D
R.
eo
io=
uí=
to=
R I
(vt
ní,
ab
quí
porí=
nbu=
ín ſe=
c mo=
ı pro=
u ſan=
n hac
the=
uiter
gní=
efa=
itũ=
ıntí=
vní=
ſacri
cele=
eſcrí=
Chrí=
olím
:, reí
ıt po
(quæ
& lí=
eccle=
ntiã,
ratíæ
eſum
laxís
xpetit
ı.

TO
IAR-
s, Neo
in do-
I qui-
posto-
HRI
eles(vt
ſſimi,
ſunt ab
TI. qui
mpori-
ambu-
is, in ſe-
nc mo-
pro-
ſan-
n hac
the-
iter
gni-
efa-
itũ-
nti-
vni-
ſacri
ele-
ſcri-
ri-
lim
rei
po
uæ
li-
de-
iã,
iæ
ım
xis
tit

PROPVGNACVLVM ECCLESIAE, ADVERSVS LVTHERANOS: PER IVDOCVM CLICHtoueum Neoportuensem, doctorem theologum, elaboratum: & tres libros continens.

¶ Primus, ritum antiquum celebrandæ missæ, ab ecclesia institutum defendit: contra nouam eiusdem mysterij agendi formulam, a Luthero recens introductam.

¶ Secundus, sacerdotum continentiam, cœlibatumque ab ecclesia indictum approbat: contra eos qui viris ecclesiasticis connubia laxis habenis permittunt.

¶ Tertius, ieiuniorum obseruantiam, abstinentiamque ciborum ecclesiastica lege inductam, commendat: contra nonnullos, & ipsa ieiunia & ciborum delectum impie damnantes.

PARISIIS.
Ex officina Simonis Colinæi.
1 5 2 6

Cum priuilegio.

Extraict des registres de parlement.

Sur la requeste baillee a la court par Simon de Colines/libraire iure en luniuersite de Paris/ par laquelle il requeroit quil luy fust permis imprimer Vng Volume cōpose par maistre Josse Clichtoue/docteur en theologie: intitule Propugnaculum ecclesie aduersus Lutheranos/ contenant trois liures particuliers: et exposer en Vēte/et defenses faictes a tous imprimeurs & libraires/ne le imprimer ne exposer en Vente iusques a deux ans apres ladicte impression/ sur telles peines que la court Verroit estre a faire. Veu par la court ladicte requeste/la conclusion de la faculte de theologie prinse sur ledict Volume icelluy examine/et ouy surce le procureur general du roy. Et tout cōsidere/la court a permis et permet audict de Colines/de faire imprimer et exposer en Vente a pris raisonnable ledict Volume. Et faict defenses a tous imprimeurs & libraires ne limprimer ne exposer en Vente autres que ceulx que ledict de Colines aura imprimez/iusques a deux ans prochainement Venant/sur peine de confiscation desdictz Volumes ainsi imprimez contre lesdictes defenses/et amēde arbitraire. Faict en parlement le premier iour de Decembre. Lan mil cinq cens Vingt cinq. Ainsi signe

De Veignolles.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO D. LVDOVICO GVILLIARdo, Episcopo Carnotensi dignissimo: Iudocus Clichtoueus, Neoportuensis, theologię professor licet immeritus: perpetuam in domino felicitatem exoptat.

IN VNICA SVA EPISTOLA, BREVI quidē verbis, sed fœcūda grauidaqꝫ sentētijs: apostolus domini Iudas Thadęus, Reuerēde in CHRISTO pater & excellētissime præsul, ita fideles (vt
sibi ab hæreticis caueant) admonet. Charissimi, Iudæ.1.
memores estote verborum: quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri IESV CHRISTI. qui dicebant vobis, quoniam in nouissimis temporibus veniēt illusores: secundū desideria sua ambulantes in impietatibus. Idem quoqꝫ & verbis haud dissimilibus, in secunda sua epistola cōmonefacit beatus Petrus apostolus: in hunc mo-
dum. Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores: iuxta pro- 2.Petri.3
prias concupiscētias ambulātes. Quæ quidem prædictio, a spiritu sancto haud dubie deriuata: cum alijs temporibus sæpenumero, tum hac tempestate calamitosa, manifeste completa conspicitur. In qua Lutherani, erecto impietatis vexillo contra sanctam dei ecclesiam immaniter debacchantur: eamqꝫ duce Martino Luthero, tātæ improbitatis signifero, toto studio moliuntur euertere. Nempe vt reliquos eorum nefarios conatus (qui plurimi sunt) in præsentia subticeam: nouum annitūtur nunc inducere celebrandæ missæ ritum. quoniam sordet illis antiquissima, eadēqꝫ approbatissima ecclesiæ forma: quæ hactenus per vniuersum orbem Christianum obseruata est in sanctissimo altaris sacri officio. magisqꝫ ipsis est cordi noua vna formula: quam ad missæ celebrationem Lutherus nuper excogitauit, suisqꝫ obseruandam præscripsit. Præterea ab eodem errorū suorum magistro edocti, ijdem Christianæ pietatis hostes, continentiam sacerdotum, ab ecclesia iam olim probe constitutam improbant: & ijs qui sacros ordines susceperūt, rei
vxoriæ operam dare, indulgentiore licentia concedunt. vt iam sicut po Osee.4
pulus: ita sit & sacerdos. Rursum ijdem sub libertatis prætextu (quæ reuera effrenata est in omnes sanctiones ecclesiasticas insolentia, & licentiosa grassatio) ieiunia sancta ab antiquis patribus & primis ecclesiæ præsidibus recte ordinata: damnant. necnon ciborum abstinentiā, ad refrenandas carnis illecebras, spiritumqꝫ pinguedine diuinæ gratiæ saginandū, præclare ab ecclesia definitā: irrident. indignanturqꝫ esum carniū, in quadragesima & alijs aliquot anni diebus: interdictū. laxis habenis ventri indulgendum esse: permittendaqꝫ illi quæcunqꝫ expetit

cibariorum genera, prædicantes. Nonne igitur his ipsis vere accõmodari queat & adaptari illud verbum:quod a sanctis duobus apostolis Petro & Iuda Thadęo prędictum est, ac paulo ante citatum? ꝙ scilicet venient in deceptione illusores: iuxta proprias concupiscẽtias ambulãtes. Nonne subdoli sunt illi ipsi, & impostores: qui laqueos perditionis ac mortis, decipiendis animabus tendunt, illuduntq; toti Christianismo: volentes sanctas ecclesiæ subruere leges, & suas statuere? Nonne ijdem & iuxta suas concupiscentias ambulant: laxantes frena desiderijs carnis, & quod effrenis gula manducandũ bibendũq; suadet: cuiq; pro suo arbitratu permittentes? ¶At vero contra hostiles huiusmodi insultus, elaborandum duxi spirituale propugnaculum: quod syncæram catholicę religionis pietatem tueatur, illabefactamq; custodiat. Si enim pro tectis, pro focis, pro corpore defensando, necnon pro tutanda vita recte decertãt homines, arreptisq; armis & se & sua inculpate tuẽtur: cur non multo magis pro aris, pro religione, pro sacris, & deniq; pro syncæritate professionis Christianæ, decertãdum animose generosoq; animo censebunt? Et cum Ecclesiasticus vsq; ad mortem certandũ pro iustitia admoneat: cur non etiam tantũ certabimus pro veritate & integritate fidei, incolumitateq; ecclesiæ & sacrorum: quam tantopere periclitari videmus, atq; in summo versari discrimine? ¶Cęterum quo firmius sit nostrum illud propugnaculum, minusq; pateat inimicorũ incursibus: tribus erigetur instructum munitionibus. Prima earum, antiquissimũ & diutino obseruatum vsu ritum celebrandæ missæ proteget, contra recentem Lutheri formulam: qua vult augustissimi sacramẽti altaris mysterium, nouo quodam modo pro suo nutu peragi. Secunda vero, castimoniam sacerdotum & continentiam defendet, vt sancte legitimeq; institutam: contra improbos eorum latratus, qui indignantur viris ecclesiasticis interdictas esse nuptias. Deniq; tertia, ieiuniorum ab ecclesia institutorum obseruationem tutabitur: necnon abstinentiam ciborum certis legibus rationabiliter inductam, aduersus illos qui ægre ferunt & ieiunandũ esse nonnunꝗ, & carnibus abstinẽdum: dolentes sibi non licere quiquid libet. ¶Porro in extruendo hoc propugnaculo literario, ipsius Lutheri dicta nõnũꝗ afferemus in medium: quo cõmodius & integrius ea deinceps confutemus. & id quidem præsertim in primæ munitionis iam dictæ extructione: quæ tota desudabit enixius ad euertendũ idolũ abominationis formulæ Lutheranæ, quod in tẽplo dei sacrilegis manibus erigere molitus est. At vero si quis id mihi vitio dederit, ꝙ manibus, Lutheri cõtrectauerim codices, & oculis percurrerim: legitime expurgabo me dicto pariter & facto viri percelebris, Dionysij Alexãdrini episcopi. qui (vt enarrat Eusebius Cæsariẽsis in septimi libri historiæ ecclesiasticæ capite sexto) visione sibi diuinitus facta admonitus est legere, quæcunque in manus suas

Eccl. 4

Eusebius. Dionysius Alexandrinus.

venissent, quorumuis authorum volumina: ad illa deinde accuratius
examinanda, & si res postularet, confutanda. Cuius quidem visionis
hortatu confirmatus: ita de se (vt ibidem refert Eusebius) scribit. Ego
& tractatus hæreticorum lego, & traditiones eorum perscrutor: etiam
si videar ad horam verbis eorum pollui. Sed multum mihi confert hoc
ipsum: ꝙ ex eorum verbis arguere eos possum. Hæc ibi. Vnde nec ipse
videbor tanq̄ admissi reus piaculi insimulandus: si in re consimili, tāti
viri vestigia consectari ob finē honestum connitar. Plura in huius cau-
sæ defensionē, expurgationēq; mei ob citatos ex Luthero locos: addu-
xi diffusius in epistola nuncupatoria Antiluthero præfixa. cuius tres
libri, & quæ in illis edifferuntur: maiorem in modū conducunt ad ea
quæ in toto hoc opere pertractantur, clarius intelligenda. Hinc plæ-
runq; in hisce libris, ad locos illic latius pertractatos (ne eandem mate
riā repetere cogamur, & actum agere: cū sit Crambe bis posita, mors,
iuxta adagium) studiosum lectorem remittendum curabimus. ¶ Cæ-
terū vt grauissimæ tuæ authoritatis vallo, munitior sit hęc nostra stru
ctura propugnaculiq; fabrica, & tutior ab infestis inimicorum incur-
sionibus impetuq; violēto: eam tui nominis auspicijs erigendā in pro-
patulum, omniūq; obijciendam oculis constituimus, amplissime præ-
sul. persuasum habentes, nihil in illam hostium molimina præualere
vnq̄ posse: dum beneuolo tuæ protectionis fauore circūuallabitur, ob-
septaq; consistet. Et plane confidimus, venerabilem tuam reuerentiam
id nostrū quātulūcunq; opus ea prosecuturā humanitate: qua iā mul-
tos annos authorem eius est benignissime prosecuta. qui ne tantæ in se
beneuolentiæ tuæ immemor videatur: in aliquantā gratitudinis testifi
cationem, si quid moliri potest literarij monumenti: id totum præstan-
tissimæ tuæ paternitati debitū esse fatetur. ¶ Ad hæc, ex diuturna cō-
municatione domestica, & quotidiana quidem, cū tua veneranda præ-
stantia: iampridem mihi exploratum est vel apertissime, ipsam Luthe-
ranas insanias semper exosam fuisse: & tanq̄ exitialem animarū pestem,
prorsus abhorruisse. Enimuero persuasum penitus habet, protritis pri-
scorum patrum vestigijs, in ecclesiasticarū sanctionū obseruatione, ad-
amussim insistendum esse: neq; ab illis ad obliqua digrediundū diuer
ticula. Via itidem regia & publica incedendum omnibus cum populo Numeri. 20
Israelitico, eadem censet: & non declinandum ad dextram aut sinistrā. & 21.
Proinde nouis adinuentionibus & doctrinis dæmoniorum, quæ no-
stro seculo sparguntur in orbem authore Luthero, nunq̄ ipsa patefecit
auditum: sed eas tanq̄ fallaces sirenum cantus surda pertransijt aure,
edocta ab altisono sancti euangelij pręcone Paulo: ꝙ corrumpunt bo- 1.corin.15
nos mores colloquia praua. ꝙ item hæreticorū sermo vt cancer serpit: 2.timo. 2
quæ syncæra sunt & pura, suo lædens cōtagio. ab Ecclesiastico itidem
prudenter admonita: eum qui tetigerit picem, ab illa inquinatum iri. Ecci.13.

Merito igitur in huius rectissimæ tuæ sententiæ approbationem, hoc eximiæ tuæ celsitudini dicatur opus: quod non obscure prodit, q̄ improba sit Lutheranorum in ecclesiā debacchatio. Huic accedit & antiquus ille mos, iam olim obseruatus: quo solent amici xenia aut donaria offerre ijs, qui nouum aliquē inierunt magistratum, & ad altiorem cuiuspiam dignitatis titulum sunt prouecti: in argumentum gratulationis de suscepto huiusmodi sublimioris gradus officio. Haud aliter vt dignissimæ tuæ amplitudini (quantum ferunt vires) gratuler pro obtenta superioribus diebus insignis ecclesiæ Carnotēsis noua moderatione: hoc chartaceum munusculum (cum aliud preciosius donum non habeat mea tenuitas: quo animi sui testificetur gratulationem pro hac tua ad nouam dignitatem pontificalem prouectione) prompto & hilari animo amplissimæ tuæ dominationi offero. Quod, licet manu clientuli tui dedititij exhibitum, non aspernabitur (vt spero) tua be-
Luc. 21 nignitas: quæ probe cognouit, nec viduæ pauperculæ duo æra minuta in gazophilacium missa, fuisse contempta a domino: sed longe am-
Matth. 10 plioribus aliorum diuitum oblationibus prælata. nec calicem aquę frigidæ datū alicui in nomine discipuli: suo apud deum, iustum remuneratorem, carere pręmio. Vale, bonarum literarum necnon literatorum amator ac cultor. Ex Carnoto, anno post incarnationem dominicam vigesimosexto, supra millesimum & quingentesimum.

IUDOCI CLICHTOVEI NEOPORTUENSIS, DOCTORIS THEOLOGI, PROPUGNACULUM ECCLESIÆ ADUERSUS LUTHERANOS: tres libros cōplectens. Quorum primus, formulam celebrandæ miſſæ a Luthero nuper adinuentam improbat: antiquamq́ ecclesiæ ad id officium formam aſtruit.

¶Magnæ temeritati id adſcribendum eſſe: q̄ tentauerit Lutherus celebrandæ miſſæ formam innouare, & aliam q̄ ſancta teneat eccleſia, conſtituere. Cap. I.

1 AD aſſerendam in triplici potiſſimum materia, vtpote ritu celebrandæ miſſæ, cœlibatu ſacerdotum, ieiunioq́ & abſtinētia ciborum, Chriſtianā pietatē: in pręſenti elucubratione (quam velut propugnaculum, arcem & munitionem in eccleſiæ ſanctæ defenſionem: duris inimicorum eius inſultibus opponimus) primum ille nobis labor ſuſcipiendus occurrit: qui eccleſiaſticam peragēdi in ſancto altari miniſterij formam vindicet a mutilatione, detrūcationeq́ aduerſariorū, ipſamq́ in integrū reſtituat, ſuęq́ reddat incolumitati, repudiata prorſus adulterina (neſcio qua) formula: quam ſupponere nituntur hoſtes eccleſiæ, & ſubintroducere vt legitimā, in populum Chriſtianū. Quod ſi impune admitteretur: quidnam tunc conſtans eſſet (oro) & firmū in tota dei eccleſia, vbi ritus ipſe cōſecrādi euchariſtiæ ſacramēti, omniū primus & pręcipuus: iam luxatus, & ſuo emotus loco labaſceret? Nōne protinus & reliquæ omnes cærimoniæ ac obſeruationēs eccleſiaſticæ: eandem ſentirent ruinam & præcipitiū? Quid enim in toto ædificio ſolidū eſſe poteſt & ſtabile: ſi ipſum fundamētū & lapis eius primarius ſubruat?

2 ¶Huius autem ſubeundi muneris occaſionē id nobis præſertim obtulit: q̄ ſuperioribus diebus incidit in manus noſtras codex vnus pręlo excuſus, hunc in ipſa liminari pagina præferens titulum. Formula miſſæ & communionis, pro eccleſia Vuittēbergenſi, Martini Lutheri. Quem cū introſpexiſſem & totum oculis percurriſſem: demiratus ſum ſupra modum hominis illius impudentiā & arrogantiā, eo demētiæ progreſſam: vt poſt ſublata improbo nixu maiore ex parte ſacramenta eccleſiaſtica, poſt eneruatas etiā ſanctas priſcorū patrum cōſtitutiones: a tota multis retro ſeculis eccleſia receptas, deniq́ poſt abrogatum pro viribus, cum ſuis votis & ordinem monaſticū: manum impiam demū iniecerit in formā ipſam conficiendi in ſacro altari auguſtiſſimi euchariſtiæ ſacramēti, multis ante ſeculis approbatam: atq́ diuturno obſer

Magna Lutheri impietas.

uatam vsu. eamq; sacrilego ausu dilaniare discerpereq; tẽtauerit: & al-
teram formã suo excogitatam ingenio, malo prauoq;, in lucem profer-
re. quæ in ecclesia Vvittembergensi, ab ipso belle instituta, immo perni-
cioso schismate corrupta. & a corpore sacro ecclesiæ catholicæ, ipso au-
thore, auulsa, posthac (vt ait) seruetur. ¶ Verum percõtari nunc id vnũ 3
a Luthero velim: in qua potestate hæc facit, & quis dedit illi hanc po-
testatem, vt antiquã formam celebrãdi diuini mysterij immutet, & no
uã fabricet. Si enim de cælo se missum cõtendit, aut a dei spiritu ad mo
liendum id opus: signa sui apostolatus ostendat, oportet. quibus fidem
faciat: a deo idipsum esse quod tentat. Huiusmodi autem signa: necdũ
cuiq̃ conspecta sunt aut cognita. Cumq; omniũ confessione ad vnũ per-
tineat summũ pontificem, aut ad concilium generale vniuersalem eccle
siam repræsentans: ea quæ ad missæ celebrationẽ spectant constituere,
aut constituta mutare. quandoquidẽ supremũ in tota dei ecclesia & ex-
cellentissimum officiũ (quale est: ritus offerendi deo in altari, singulare
illud & sanctissimũ eucharistiæ sacramẽtum) nõ nisi a tota ecclesia aut
summis ecclesiæ præsidibus primisq; rectoribus: sanciri debet, stabiliri
& ordinari. qua fretus audacia Lutherus, tantã sibi arrogat authorita
tem: vt summi sacerdotis munus sibi vendicet? qui non modo summus
non est pontifex: sed ne episcopus quidem, neq; aliquam in ordinandis
rebus ecclesiasticis habet potestatẽ: nisi quam superba spiritus præsum-
ptio & execrãda temeritas sibi suggesserit. ¶ Certe memor esse debuit: 4
Chore, Dathan & Abiron, cum scelerũ suorum socijs, præsenti & hor
renda seculis omnibus pœna interijsse: q; summi sacerdotij munus sibi
vendicare, contra dei decretum fuerint aggressi. illorumq; exemplo de-
terreri a tanto facinore: ne similis ipsum maneret exitus. Sed & Saul a
deo prouectus ad regnum Israel, quoniã holocaustum & pacifica obtu
lit domino, quod nequaq̃ regis sed sacerdotis erat officium: grauem dei
incurrit indignationẽ, audiuitq; a Samuele, regnũ suum minime a do-
mino stabilitum iri. Demum Ozias rex Iuda, in cæteris operibus suis
apprime cõmendatus, quia in superbiã elatus adolere voluit incensum
super altare thymiamatis, quod ad solos attinebat sacerdotes in illud
ministerium consecratos: subito percussus est lepra, & regni administra
tione priuatus. At non minor est hæc Lutheri insolentia: qua summo-
rum pontificum & totius ecclesiæ scita decretaq; pro ritu celebrandi di
uini officij super altare, rescindere audet, & nouum sua solius authori-
tate introducere. Cur igitur duorum insigniũ illorum regum non fuit
admonitus exemplo: vt a tanta temeritate arrogantiaq; temperaret aut
resipisceret? Cur itidem non audiuit beatissimum patrem Dionysium
Areopagitã: in libro suo de ecclesiastica hierarchia capite secũdo, queq;
salubriter prædictis exemplis, ne in magnis ambulet neq; in mirabili-
bus super se, admonentẽ? hũc in modũ. Neq; infirmis pupillis, aduer-

Ad quẽ spectat rituum missæ ordinatio.

Numeri. 16

1. regũ. 13

2. parali. 26

Dionysius.

ſam ſolaribus radijs aciem intēdere,tutū eſt:ita ne nobis quidē,ea quæ
ſupra nos ſunt tentare velle,innocuū fuerit. Siquidem vera,legalis,ſan-
ctaq; inſtitutio: Oziam quidem, ꝙ ſibi ſacerdotale munus aſſumeret,
Chore autem:ꝙ celſiora ſeſe ſacroſancta munera vſurpare præſumeret,
Nadab vero & Abiu:ꝙ ſuo munere indigne abuterentur, abiecit, rep- Leuiti.10
pulit,perdidit. Idem etiā in epiſtola ad Demophilū monachū(quæ in-
ter cæteras: octauo ponitur loco) haud diſſimilē varijs exemplis ita cō-
firmat ſententiā. Quid(inquit)quod non cōueniret, fecit Ozias:incen 2.parali.26
ſum offerens deo? Quid item Saul: victimas faciens? Quid violenti ni 1.regū.13
miū dęmones:cum IESVM dei filiū veriſſime prædicarēt? Et iratus eſt Matth.8
furore dominus cōtra Ozę temeritatē. Et Maria,lepra reſpergitur:quę 2.regū.6
legifero fratri lēgē conatur imponere. Et ſuper filios Sceue:inſiliere dæ- Numeri.12
monia. Nefas itaq; eſt(vt diuina teſtātur eloquia)ea etiā quę iuſta ſunt: Actuū.19
non ſecūdum dignitatē meritaq; exequi. Cæterū debet ſibi quiſq; cau-
tius intēdere,vt nō ſublimia & quæ ſe altiora ſunt, ſapiat: ſolaq; ea me-
ditari, quæ ſibi pro meritorum modo credita ſunt. Hæc Dionyſius.
5 ¶Porro in hoc opere ſuo Lutherus non diſſimilis mihi videtur regi
Achaz ſacrilego:qui altare æreum(quod a ſapiētiſſimo rege Salomo- 4.regū.16
ne extructū fuerat in templo, ad vſum ſacrificiorū) dimouit ſua ſede:
atq; in illius locū conſtituit altare, quod ad exemplū altaris Damaſci
idolis ſacrati extrui iuſſerat.& in illo:ſacrificia ſolēnia a lege cōſtituta
immolauit. Non etiā diſpar eſt in eodē negocio,impio regi Antiocho
Epiphani: qui tēpore Machabęorū ſuſtulit a tēplo domini altare au- 1.Mach.1
reum,& candelabrū luminis,& vniuerſa vaſa eius:& abominandum
idolū deſolationis cōſtituit in templo ſuper altare dei,vt adoraretur a
populo. Sane forma ipſa eccleſiæ catholicæ,qua hactenus vſa eſt in of Achaz &
ferendo diuinæ maieſtati euchariſtiæ ſacramēto ſuper altare:eſt altare Antiocho
illud æreū,quod extruxerat Salomon ad immolāda deo ſacrificia. eſt impijs re-
& altare illud aureum:quod reduces a captiuitate Babylonica princi gibus:ſimi-
pes Iuda erexerāt in ſecūdo tēplo,ad cōſimile miniſteriū. Ea vero for lis Luthe-
mula,quā reiecta priore cōflauit Lutherus,& ſuis cōſectatoribus tra rus.
didit:altare eſt illud regis Achaz e Damaſco petitū vt in eo fiāt ſacra.
Eadē quoq;,& abominabile eſt illud idolū: quod Antiochus ſcelera-
tus intulit tēplo domini,& coli iuſſit a toto populo. Sed veri eccleſiæ
filij nō patiētur ſe cōtaminari ſpurcitijs huius funeſti altaris: neq; de-
6 teſtandū illud idolū venerabūtur vnq̄. ¶Demū Vvittembergēſi eccle
ſiæ condolendū certe eſt,ꝙ hunc pſeudo apoſtolū admiſerit atq; in ſuū
ſuſceperit ſinū:cuius præſtigijs & peſtiferis faſcinationibus abducta
nunc eſt ab vberibus piæ matris ſuæ,eccleſiæ catholicę. Ingemiſcendū
etiā eſt haud dubie,ꝙ nigra prauorū dogmatū ſuorū fuligine:ita Lu-
therus eā cōmaculauerit:vt ex Vvittemberga,zvvartēbergam effecerit. Vvittem-
id eſt(ſi theutonicæ linguæ rationē ſequi libuerit)ex albo monte atrū berga.

reddiderit montē: priſtinūq; loci illius candorē infauſte verterit in nigrorem. At ne virus illud latius proſerpat, & ex illa ſynagoga ſatanæ ſpargatur in alias eccleſias, adhuc ſyncæra fidei puritate integras: elaborãdum nunc eſt pro viribus, vt diruatur illud altare Damaſci, ibidem a Luthero erectum: vt etiam comminuatur idolum illud deſolationis, inibi collocatum.

¶ Quæ ſunt Lutheri præludia, vt nouam celebrãdæ miſſæ formam ſuis tradat aſſectatoribus: & quibus de cauſis ſe ad id tentandum teſtatur inductum. Cap. II.

IN opuſculi quidem ſupra dicti præfatione, nonnulla afferuntur a Luthero: non vſquequaque veritati, Chriſtianæq; pietati conſona. quæ prius excutienda duximus, atq; in examen reuocãda: q̄ formulã eius nouitiam attingamus. Itaq; poſt ſalutatoriã ad eum cui ſuum nuncupat libellum nunc diſcutiendũ, orationem: in ipſo pene prædicti codicilli veſtibulo, ita rem a ſe agendam proponit Lutherus. Hactenus libellis ac ſermonibus egi inter populos: vt corda primum ab impijs opinionibus cærimoniarũ auocarem. Proinde nihil vi tentaui, nec vetera nouis mutaui: maxime propter leues & faſtidioſos illos ſpiritus. qui ceu ſues immũdę, ſine fide, ſine mēte irruunt, & ſola nouitate gaudent: atq; ſtatim vt nouitas eſſe deſijt, nauſeant. q̄uis vt rumpar ira: ferre eos cogor. Hæc ille. ¶ Hic autem 1
primum ſeuera id dignum eſt cenſura: ꝙ impias vocat Lutherus cærimoniarum opiniones, in eccleſiaſtico officio fieri ſolitarum. Nam veteris legis ritus, in oblationibus & ſacrificijs illius tēporis obſeruari cõſuetos: nemo ſanæ mentis, impios dixerit. cum iuſſerit ſæpiſſime dominus in Exodo, Leuitico, Libro numeri, & Deuteronomio: illos diligēter & diſtricte pro legis illius decurſu cuſtodiri: & per Ezechielē prophetam: ita obſeruatores eorum commendauerit. Sacerdotes autem & Leuitæ, filij Sadoch, qui cuſtodierunt cærimonias ſanctuarij mei, cũ errarent filij Iſrael a me: ipſi accedent ad me vt miniſtrent mihi, & ſtabunt in conſpectu meo: vt offerant mihi adipem & ſanguinem, ait dominus deus. Ipſi ingredientur ſanctuarium meum, & ipſi accedent ad menſam meã: vt miniſtrent mihi, & cuſtodiant cerimonias meas. Quis igitur niſi plane improbus, & mente parum conſtans: nouæ legis cærimonias, magiſterio ſpiritus ſancti inſtitutas, & ſacratiorum myſteriorum ſignificatiuas, promouētesq; populum in maiorem diuini cultus reuerentiam: appellauerit impias aut ſacrilegas? Sed hac de re: alias latius diſſerui. ¶ Eſt & hoc a veritate non minus abhorrens: ꝙ dicat hic 2
Lutherus ſe vetera nouis non mutaſſe. cum ad id, totum ſui animi intenderit ſtudium: vt priſcos eccleſiæ ritus ipſa antiquitate honorabiles, vetuſtaq; orthodoxorum patrũ inſtituta: nouis ſuo adinuentis in

Cærimonias eccleſiæ nõ eſſe contemnēdas.

Ezech. 44

In fine primi libri antilutheri.

genio commutet,penitusq; exterminet. Quod cū in cæteris libris suis, tum in hoc opusculo impensius molitur: circa sacrum missæ officium, pro suo arbitratu innouandū. Et cū alios hic sugillat Lutherus, tanq̄ nouarum rerū appetentes & cupidos : seipsum ante omnes reprehēsibilem prodit.qui antiquis ecclesiæ sanctæ legibus non cōtentus: nouitatis esse deprehenditur studiosissimus.Indignanterq; fert eos:qui nouitate dogmatū eius allecti,ea primo occursu sunt auidius amplexi. At vbi nouerunt subesse dolū,& anguem in herba latere: prudēter reuocant pedem a laqueis errorum quibus incautius erāt implicati,seq; pedicis illis sapiēter expediunt. Ob quod nequaq̄ increpandi veniūt: sed summopere cōmendandi,quoniā vt humanæ fragilitatis est errare: ita viri prudentis est non perstare in errore cognito, sed ab illo mature
, pedē referre, ¶Dehinc subiūgit Lutherus. Sed cū iam spes sit:multo-
, rum corda per gratiā dei illustrata esse ac roborata,ipsaq; res poscat,vt
, tandē scādala tollātur de regno CHRISTI: audendū est aliquid in no
, mine CHRISTI.Quare de formula aliqua pia missandi(vt vocant)&
, cōmunicandi agemus: nulli prorsus præiudicātes , ne aliā amplecti ac
3 , sequi liceat.Hæc ille. ¶Sed quomodo poterunt horrendæ noctis tenebræ: clarum diei lumen inducere mundo? aut asperum frigus:viuificū membris inferre calorem? quanā etiam ratione,ex aquæ marinæ amarore:prodibit in vtētes illius potu,dulcedo? aut a putido cadauere:manabunt amomū redolentia spiracula? Haud aliter sane ex Lutheri sermonibus & scriptis, impietate refertissimis: nunq̄ mihi persuasero aliquorum corda,diuina gratia illustrari,aut virtute sancti spiritus roborari. quin potius atris errorum tenebris offundi:& cæca obuolui prauorum dogmatū caligine. (Ex Lutheri scriptis: nullum salutis fructum prodire.) Qualis enim cibus est corporis,in alimoniā sumptus:tale redditur & corpus,eo educatum nutrimento.vt si salutaris est:efficit incolume & vegetū corpus.sin noxius & lethifer:mala itidem habitudine & morbis lethalibus afficiet corpus.Qualis idētidem est doctrina,quæ in pabulum assumitur animi:talis demū redditur & mens eo pasta alimento.Ex sana enim & recta doctrina:imbuitur salutaribus institutis.e diuerso ex praua & pestifera: improbis & mortiferis erroribus. Quo igitur pacto per hoc Lutheri studium (quo totum perturbauit orbē Christianū)tollent̄ scādala de regno CHRISTI:per quod inumera & maxima inuecta sunt scādala,& in dies magis ac magis multiplicātur? Id certe tunc fiet:quādo satanas dei aduersarius,virtutē piosq; mores,cōuerso in melius animo,inducet mundo.Quod igitur audet opus & aggreditur Lutherus:nō in nomine est CHRISTI, licet id eius verba sonēt.Nā CHRISTVS, pacis est author & vnitatis amator:prædicator etiā est obediētiæ,& veræ humilitatis magister.sed in nomine est eius:qui gaudet superseminare zizania bono tritico,in agro domini. (Matth.13) Illius enim Lutherus agit negocium: qui sator est omniū

hęreſeon. ¶At vero non eſſe probandum id Lutheri ſtudium,quo no 4
uam celebrādæ miſſæ formam nobis proponere molitur:haud difficile
comprobatur ea Ariſtotelica ſententia, quam in ſecundo libro Politi-
corum cōſcribit.Illic enim agens de Hippodami lege, qua cōſtituerat
inuenientibus etiam vtile aliquid pro republica,honorem deberi:eos
argute reprobat,qui noua in republica promouent ſtatuta,ita ſubinfe
rens. Lex nullam vim habet ad ſuadendū: niſi ex more.mos autē nō
fit:niſi ex temporis longitudine.Quare facile mutare leges ex præſen-
tibus in alias nouas: eſt infirmam facere vim legis.Hæc ibidem Ari-
ſtoteles.Q̃ſi in ciuilis facultatis adminiſtratione,pernicioſa eſt reipu
blicæ,nouarū legum(abrogatis antiquis) frequens inductio:nonne &
in eccleſiaſticæ rei directione, eorumq́ determinatione quæ ad ſyncæ
rum dei cultū pertinent: crebra innouatio cōſtitutionū reiectis priori-
bus,ingens afferret fidelium ſaluti detrimentū? Et tunc potiſſimum,
quando illa cuiq́ permitteretur licentioſa libertas : vt ex pluribus di-
uinum in ſacro altari celebrandi officium formis,quiſq́ eam ſequatur
quam velit.Immo vt pro ſuo nutu,quiſq́ nouam ſibi miſſæ celebrādæ
fabricet formā.Quēadmodum Viclefus vnam pro ſuo arbitratu cōfin
xiſſe legitur:ab eccleſiaſtica forma penitus alienam.Et diſcipulus eius
Ioānes Hus,eādem a peſſimo errorum ſuorum magiſtro acceptā, ſuis
Bohemis tradidiſſe. Quorum veſtigia conſectatus Lutherus: nouam
nunc ſuis aſſeclis contexuit ad ſacrum miſſæ peragendū officium for-
mam,& ita demum variandæ huiuſmodi formæ nullus erit finis.Sed
quæ obſecro nocentior poſſet induci peſtis in eccleſiā dei,aut quæ ma-
gis horrenda confuſio:q̃ vt tandem nulla habeatur certa forma celebrā
di diuinum miſſæ myſterium?quod omniū quæ in eccleſiaſtico gerun
tur ordine:excellentiſſimū eſt & ſupremum.Cūq́ vniformis fuerit ri-
tus apud Hebræos, immolandi atq́ mādūcandi agnum paſchalem ty
picum : quādiu veteris ſynagogæ decurſus agebatur. nonne pudendū
eſſet ac abominandū : ipſum verum agnū CHRISTVM immolari in
altari,multiformi ritu & vario,atque pro cuiuſq́ nutu,permutando?
¶Vnde conſtat nimirum, ob hanc temerariam audaciam fabricādæ, 5
pro ſacro miſſæ celebrando miniſterio,nouæ formæ:Lutherum diram
excōmunicationis ſententiā incurriſſe. Nempe quēadmodū epiſtola-
rum decretalium liber quintus atteſtatur. titulo de hæreticis. cap. ad
abolendā.Lucius tertius,vinculo perpetui anathematis innodat vni-
uerſos : qui de ſacramento corporis & ſanguinis domini noſtri IESV
CHRISTI,vel de baptiſmate,ſeu de peccatorū confeſſione,matrimo-
nio, vel reliquis eccleſiaſticis ſacramentis, aliter ſentire vel docere non
metuūt:q̃ ſacroſancta Romana eccleſia pręedicat & obſeruat.Q̃ſi per-
celluntur anathemate,qui de ſanctiſſimo euchariſtiæ ſacramento ſecus
ſentiunt aut docent,q̃ eccleſia Romana:quanto valentiore iure & illi a

Ariſtoteles.
Hippodamus.
Frequētem legū nouitatē: eſſe pernicioſam.
Viclefus.
Ioannes Hus.
Exo.12
Lucius tertius.

cõmunione fidelium ſunt ſequeſtrati atqꝫ ſeiuncti, qui alium conſecrandi huius altiſſimi myſterij ritum audent ſtatuere, atqꝫ in lucem proferre: q̃ ſacroſancta teneat & obſeruet eccleſia Romana? quoniam eo ipſo rebelles ſunt, proterui & contumaces in ſanctã eccleſiam: fidelium omnium matrem.

6 ¶Ob eandem quoqꝫ tentatam nouæ formæ pro miſſa celebranda a Luthero fabricationẽ: eidem non immerito accõmodantur ea verba Iſidori, quæ ſcribit in librum Numeri, hoc modo. Chore, Dathan & Abiron, ſibi contra Moyſem & Aaron ſacerdotem, ſacrificandi licentiam vendicantes: pœnas pro ſuis conatibus expenderunt. Per quos vtiqꝫ ſignificantur ij, qui hæreſes & ſchiſmata facere conãtur: & multos trahẽdo ſecũ decipiunt, contẽnentes ſacerdotes CHRISTI. & ſe a clero eiuſqꝫ plebis ſocietate ſegregantes: conſtituere audent eccleſias, & aliud altare precemqꝫ alteram illicitis vocibus faciunt, dominicæ hoſtiæ veritatem per falſa ſacrificia prophanantes. Hiqꝫ contra dei ordinationẽ nitentes: ob temeritatis audaciam, terræ compagibus ruptis, viuẽtes profundo hiatu merguntur. Nec tantũ hi qui duces errorum ſunt: ſed & illi qui conſentiẽdo participes eorum effecti ſunt, æterni in ignẽ iudicij præparata vltione peribunt. Hæc Iſidorus. Cui aſtipulatur & beatus Cyprianus: in epiſtola contra hæreticos dicens. An eſſe ſibi cũ CHRISTO videtur: qui aduerſum ſacerdotes CHRISTI facit, qui ſe a cleri eius & plebis ſocietate ſecreuit? Arma ille contra eccleſiam portat, contra dei diſpoſitionẽ repugnat: hoſtis altaris, aduerſus ſacrificiũ rebellis, pro fide perfidus, pro religione ſacrilegus, in obſequijs ſeruus, filius impius, frater inimicus: contẽptis epiſcopis & dei ſacerdotibus derelictis, conſtituere audet aliud altare, precem alteram illicitis vocibus facere, dominicę hoſtię veritatẽ per falſa ſacrificia prophanare. nec ſcire vult, quoniã qui cõtra ordinationẽ dei nititur: ob temeritatis audaciã diuina animaduerſione punitur. Hæc Cyprianus. Quæ omnia, optimo iure dicuntur in Lutherũ: nouæ formulæ ad ſacra in ſancto altari facienda fabricatorem.

Iſidorus. Numeri. 16

Lutherus ob nouam miſſæ formam ſchiſmaticus eſſe conuincitur.

Cyprianus.

¶Cæterum ad ea quæ ſubnectit continenter Lutherus: nunc aures attentas adhibeamus. In primis itaqꝫ profitemur non eſſe nec fuiſſe vnq̃ in animo noſtro, omnẽ dei cultum prorſus abolere: ſed eum qui in vſu eſt, peſſimis additamentis

7 vitiatũ repurgare, ac vſum pium monſtrare. Hæc ille. ¶Verũ id proprium eſt hæreticorum, ore aut ſcripto palam ea proteſtari: quæ proprijs deſtruunt factis, ſuiſqꝫ perimunt operibus, dum vnum dicunt: & aliud omnino, immo oppoſitũ faciũt. Quod & in hoc loco agere deprehẽditur Lutherus: cum profitetur nunq̃ ſibi animũ fuiſſe, omnem dei cultum penitus abolere, ad quem tamen abolendũ: omnes ingenij ſui neruos intendit. Qui enim maiorẽ ſacramentorũ eccleſiæ ſuſtollit partem, qui omnimodã eccleſiaſticorũ graduum a laicorum ordine aufert diſcretionẽ, nec vllam in ſorte miniſtrorũ eccleſiæ admittit inæqualita-

Proteſtationes hæreticorũ: ſubdolę.

tem,qui sacerdotij cōmunionem in omnes sacro ablutos baptismo dispartit, & missarum solennia cum horarum canonicarū lectione abrogat, qui deniq; sanctorum venerationem & suffragiorū ecclesiæ in defunctos cōmunicationem tollit:quid integrum aut incolume in dei cultu fideli populo relinquit? At vero hæc omnia & longe plura:ad euersionem totius ecclesiæ,molitus est suis scriptis Lutherus. Nonne igitur illi fuit animus:omnem prorsus dei cultum abolere? vt de Christianæ
Psal.79 religionis pietate,merito id psalmi verbum dicatur. q̄ exterminauit eā aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam. Aper autem ille ferus & immanis,Lutherus est:fulmineis suis dentibus quicquid in ecclesia decorum est & honorabile,cōminuere laborās. ¶Præterea, quis indicauit Luthero,eum dei colendi ritū qui nunc in vsu versatur ecclesiæ,pessimis additamentis esse vitiatū:vt repurgatione indigeat,& noui vsus inductione? Nunquid ipse,huiusce rei bonus erit iudex:& cuius iudicio, merito deferant omnes? Certe vt ægrotus cui lingua amaro est humore suffusa, de saporibus non potest rectum ferre iudicium, neq; cæcus de coloribus:ita Lutherus sinistro deprauatus affectu & totius rei ecclesiasticæ odio inexpiabili, non potest de ritu colendi deum qui nunc in vsum est receptus,rectam ferre sententiā.vt qui sanctarum genera cærimoniarum ab apostolis & viris apostolicis cōstituta : vocet pessima additamēta. Eo igitur modo repurgare hunc vsum annititur: vt is,qui pollicitus se agrum lolio & noxijs herbis expurgaturū, euelleret enixo studio triticum, & zizania illius loco superseminaret. Non ergo ludatur quispiam vana Lutheri pollicitatione : qua spondet se vsum pium quo deus colatur,monstraturū.Nam vt ait Ecclesiasticus.

Nō esse idoneum Lutherum ad iudicādum de ritu ecclesiæ.

Eccl.34. Ab immundo: quid mundabitur? & a mendace: quid verum dicetur? Ita quoq;,ab impio: quid pietatis & syncęræ in deum religionis proficiscetur? Nunquid fons de eodem foramine(vt scribit beatus Iacobus)
Iaco.3 emanat dulcem & amarā aquam? Certe non potest salsa(vt idem ait) dulcem facere aquā. Et secundū euangelicā sententiā:non possunt vuæ
Matth.7 de spinis colligi;aut de tribulis ficus.

¶Missæ formam, quantum ad ea quæ substantiā eius respiciūt: magna ex parte ab apostolis esse constitutam. Cap.III.

IN ipso deinde accessorij sermonis progressu,ijs quæ proxime sunt adducta:Lutherus hæc,continua serie subijcit. Nam hoc negare nō possumus:missas ac cōmunionem panis & vini,ritū esse a CHRISTO institutum.qui sub ipso CHRISTO primum, deinde sub apostolis:simplicissime atq; pijssime absque vllis additamentis obseruatus est. Sed successu temporū tot humanis inuentis auctus:vt prę̨ter nomen,ad nostra secula nihil de missa & cōmunione peruenerit.Hæc ille. ¶In quibus verbis,quod de CHRISTO di-

cit, ipſum ſimpliciter & ſine vlla ſuperadiectione ritum miſſæ inſtituiſ-
ſe: non eſt abnuendũ. quoniã exactam diuini illius myſterij (vt & alio-
rum ſacramentorũ) rationem ac modum, quo adminiſtrari ſingula de-
beant: in euangelio non tradidit, ſed prima tantũ rudimenta: a ſpiritu
ſancto per miniſterium apoſtolorũ & ſuccedentium ipſis virorum apo
ſtolicorum deinde abſoluenda. Si enim cuncta fuiſſent ad vnguem a
CHRISTO in euangelio explicata, quæ ad miſſæ & ſacramentorum
attinent ritum: quid contuliſſet eccleſiæ ſpiritus ſancti effuſio in diſci-
pulos, aut quid opus fuiſſet illo directore? Quid item neceſſariũ fuiſ-
ſet eccleſiæ magiſteriũ apoſtolorũ: ad cõſummatiorem illius formatio-
2 nem atq; ordinationẽ? ¶ Verum non ita admittendũ eſt: ritũ celebran-
dæ miſſæ, ſub apoſtolis ſimpliciſſime & abſq; vllis additamẽtis (vt ip-
ſius vtar verbis) obſeruatũ fuiſſe. Nempe ipſius miſſæ forma: in ijs quę
ad eius ſubſtantiã ſpectãt, integre ab apoſtolis inſtituta traditur. q̃uis
nonnulla accidentaria, adornatum decentiã & dignitatem tam ſubli-
mis myſterij facientia: postea fuerint adiecta. vt quæ altaris, veſtimen-
torum, miniſtri, calicis, & cæterorũ id genus qualitatẽ aut conditionẽ
reſpiciunt. At ne idipſum ſine probatorũ videamur authorum aſtrue-
re teſtimonio: prodeat ante omnes in mediũ Iſidorus: libro primo de
officijs dicens. Ordo autem miſſæ vel orationũ, quibus deo oblata ſa-
crificia conſecrãtur: primo a beato Petro eſt conſtitutus. cuius celebra-
tionem, vno eodemq; modo: vniuerſus peragit orbis. Hæc ille. Beatus
Paulus eundẽ ritum in myſterijs ſacræ miſſæ iam factum vniuer
orbem: prout a CHRISTO & apoſtolis accepit, tradidit ec-
ſalutari doctrina fidei & morum inſtituit. queadmodũ ſe
urum promiſit, ad Corinthios ſcribens. Cætera autem
nam. Cætera inquam: quæ ad ipſius ſacramenti eu-
verba fecit) celebrationem & cõmunionem perti-
Timotheum ſcribens idem apoſtolus hæc ver-
mũ omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtu-
actiones: pro regibus, pro principibus, pro ijs qui
t cõſtituti. inſinuat ſe (vt probatiſſimorũ authorum,
mpluriũ, eſt ſententia) ritum miſſæ celebrandæ tradidiſſe
iuxta eam formã: quam pene omnis obſeruat eccleſia. Nemi-
n ſiquidem latet, hoc fere ordine a beato Paulo deſcripto: circa ſacri
canonis initium, orationẽ a ſacerdote ſacra faciente fieri. ¶ Prætereа, ex
decreto ſextæ ſynodi, quod adducitur in libro canonicarũ ſanctionũ:
de cõſecratione, diſtinctione prima. cap. Iacobus. conſtat Iacobum fra-
trem domini, epiſcopũ Hieroſolymitanũ: in ſcripturis tradidiſſe miſſę
celebrationem. quoniã illam ex ſola traditione apoſtolorũ ac cõſuetu-
dine fieri ſolitam: ipſe vt poſteritati conſuleret, ſcriptam reliquit. Quis
autem negauerit: & hunc fuiſſe apoſtolum? ¶ Ruſum, ſacratiſſimus

Chriſtũ nõ õnia iſtituiſſe: ad miſſę ritũ attinentia.

Iſidorus.

1. corin. 11

1. timo. 2

Apoſtolos miſſæ celebrandę ritũ magna ex parte inſtituiſſe.

pater Dionyſius Areopagita, apoſtolorum tempore doctrina & virtute clariſſimus: in tertio libri de eccleſiaſtica hierarchia capite, deſcribit diffuſe formā certam in peragēdo miſſæ officio, ex apoſtolico ritu tum inſtitutam. & deinceps ſingula eiuſdem formæ myſteria: in ſpiritualem & anagogicū traducit ſenſum. Ex quo loco luce clarius conſtat, ritum ipſum celebrandæ miſſæ nequaꝗ tunc fuiſſe ſimpliciſſimū & ſine vllis additamentis: quinimmo decētiſſima multiformitate ſacrorum ſignorum adornatū effulſiſſe, miraqꝫ varietate decoratū. ¶At obſtrepet fortaſſe noſtris hiſce dictis quiſpiā importunus: obiectabitqꝫ eum qui eccleſiaſticam conſcripſit hierarchiā, non fuiſſe Dionyſium Areopagitā 4

Actuū. 17 a beato Paulo Athenis ad ſacræ fidei lumen cōuerſum, vt ſanctus Lucas in actibus apoſtolicis enarrat: ſed alterum quēuis authorem multo poſteriorē, & apoſtolorum tempora longo interuallo ſubſecutū. Et ita contendet eos ritus & miſſæ cærimonias quæ ibidem explicantur: non fuiſſe ex apoſtolica inſtitutione, ſed ex ordinatione aliorum patrū orthodoxorum, qui multo poſt tempore ſucceſſerūt apoſtolis in dominici gregis moderatione. ¶Huic quidem obiectioni, circa principiū Antilutheri iamdudum abunde reſpondimus: oſtendimuſqꝫ multipliciter neminem, diuinorū illorum operū quæ Dionyſij nomine annotantur, authorem eſſe potuiſſe: ꝗ Dionyſium Areopagitā. Idipſum tamen non pigebit adhuc quadruplici ratione impræſentiarū aſtruere. Quarū pri ma ſit hæc. ¶Eundem prorſus fuiſſe authorē ſacrorū illorum qua operum: de cæleſti hierarchia, de eccleſiaſtica hierarchia, de diu minibus, & de myſtica theologia, inſuper & vndecim epiſtol nyſio aſcriptarū: vnanimis literatorum omniū ſententia pra cōfirmat publica, & ipſius ſtyli characteriſqꝫ ſcribendi ſtificatur. Vt ſi vnius illorum quinqꝫ monumentorū rem fuiſſe Dionyſium Areopagitā, monſtratum f conficiatur, eundem & reliqua omnia compoſui illarum epiſtolarū, in vndecima ſua epiſtola ad A ſuum in ſtudio philoſophiæ prius ſibi cōmilitonē: p tenebrarū ſpectaculum vniuerſo orbi inductum tempo ſionis retexuit (quod & ante, in ſeptima quoqꝫ fecerat ep ad ſanctum Polycarpum Smyrneorū epiſcopum) contin o ſu Deniqꝫ vero annotatū diligenter feriæ diem & annum: annunciati quam ſacer Paulus noſtris attentis auribus infudit, conſentientibus ſi gnis conſpirare & concordare expertus: manus veritati ſubmiſi, & falſitatis nexibus ſum abſolutus. Hæc ibi. Quibus verbis plane indicat illius author epiſtolæ: ſe a beato Paulo ex tenebris errorum ad veritatis lumen fuiſſe conuerſum. Sed quiſnam (oro) Dionyſius aut alterius nomenclaturę author, horrificas conſpicatus eſt tenebras: quæ (cum cōditor lucis, occaſum vitę mortalis pertulit in cruce) toti incubuere mū

In quinto cap. primi libri: & quatuor ſequētibus.

Apollophanes.

Polycarpus.

Dionyſius.

do,& demũ a beato Paulo veræ fidei splendore est illustratus,ex cõsensu signorũ multo ante visorum ad prædicationẽ doctoris gentium: nisi Dionysius Areopagita? Non enim vllo ingenio poterit alter quisq̃ assignari Dionysius,ea tẽpestate conspicuus, aut alio quopiã nomine nuncupatus vir aliquis,literatura illustris: cui hæc omnia simul cõpetant. Est igitur Dionysius Areopagita, illius vndecimæ conscriptor epistolæ:quare & reliquorum operum.

6 ¶Secunda vero ad idem assertum cõprobandum ratio: sit huiusmodi.In volumine decretorum, distinctione tricesimaoctaua,cap.omnes.ex septima synodo:id inter cætera dicitur.Substãtia enim summi sacerdotij nostri,sunt eloquia diuinitus tradita:id est vera diuinarum scripturarum disciplina, quemadmodũ magnus perhibet Dionysius.Hæc ibi.Ea autem sentẽtia modo adducta: in primo capite libri de ecclesiastica hierarchia cõscribitur,in hunc modum.Substantia enim sacerdotij nostri:scriptura sacra est,nobis diuinitus tradita. Est igitur secundũ sacrosanctæ synodi septimæ sententiam: magnus Dionysius,author libri de ecclesiastica hierarchia. vt quę depromptã ex eo libro sententiã:illi tanq̃ authori ascribat.Sed quisnã appellatur apud scriptores magnus Dionysius: nisi Dionysius Areopagita? qui ob magnitudinẽ & excellẽtiam eruditionis, in rebus diuinis eminentissimæ:magni cognomẽto,tam apud Latinos scriptores sacros q̃ apud Græcos,insignitur.Planũ est igitur ex eo libri decretorũ loco: Dionysium Areopagitã authorem esse libri de ecclesiastica hierarchia, quod potissimũ hic intẽdimus.

Cur Dionysius Areopagita:magnus appellatur.

7 ¶Tertia ad eandẽ sententiã fulciendã ratio.Beatus Gregorius in homelia tricesimaquarta super euãgelia,de angelicorũ spirituũ ordinibus sacris & officijs latius differens:ait.Fertur vero Dionysius Areopagita,ãtiquus videlicet & venerabilis pater, dicere:q̄ ex minorũ angelorũ agminibus foras ad explendũ ministeriũ vel visibiliter vel inuisibiliter mittũtur,scilicet quia ad humana solatia, aut angeli aut archãgeli veniunt.Nã superiora illa agmina, ab intimis nõ recedũt:quoniã ea quæ pręminẽt,vsũ exterioris ministerij nequaq̃ habẽt.Atqui illa a Gregorio adducta de cælestibus spiritibus sentẽtia: plane cõtinetur in libro de cælesti hierarchia ipsius sancti patris Dionysij.Nẽpe in septimo eiusdẽ voluminis capite,circa eius principiũ:huiusmodi habetur verborũ contextus.Merito igitur prima illa cęlestis functio,ab altissimis spiritibus agitur:cui sit ordo õnibus celsior atq̄ sacratior,vt ante cõspectũ diuinę maiestatis semper assistat,perpetuoq̄ locata sit.Capite vero nono eiusdẽ libri:de angelicis infimi ordinis substãtijs,hęc dicuntur.Atq̄ ideo a nobis angeli rectius q̃ superiores appellãtur:q̄ scilicet ipsorũ ordo magis circa euidẽtiora & apertiora versatur, ac mũdana fere negocia ab eis disponũtur.Hæc ibi.Testimonio igitur Gregorij,doctoris celeberrimi,beatus Dionysius Areopagita author est libri de cælesti hierarchia: vt qui sententiã ex eo depromptã opere,

Gregorius.

Librũ de cęlesti hierarchia:esse Dionysij Areopagitæ.

illi tanq̃ authori aſcribat. Ex quo per hypotheſin ante poſitam conſequens eſt: eundem etiã cõpoſuiſſe reliqua opera, Dionyſio attribui ſolita. quare & eccleſiaſticæ hierarchię librũ: de quo nunc agitur quęſtio.

¶Quarta ad idem propoſitum aſtruendũ ratio. Ioãnes Damaſcenus, 8
inter Græcos non ignobilis ſcriptor, in ſecundi libri ſui de fide orthodoxa, capite ſecundo: vbi de angelis diffuſam facit determinationẽ, ait.

Ioãnes Damaſcenus.

Quẽadmodum autem ſanctiſſimus, ſacerrimuſq; & deiloquentiſſimus Dionyſius Areopagita inquit. Omnis diuinus ſermo, ſacra videlicet ſcriptura: cęleſtes ſubſtantias nouem nominauit. quas hic diuinus, ſacreq; cõſummatus: in ter trinos diſtinxit ornatus. Et primum quidem dicit illum eſſe: qui circa deũ ſemper & e vicino & immediate vniri traditus eſt. Hæc ibi. Ea vero ſententia modo adducta, clare continetur & iiſdẽ pene verbis, in ſexto cap. libri de cæleſti hierarchia, Dionyſio vulgo aſcripti: in hunc modũ. Omnes ſimul cęleſtes immortaleſq; ſubſtãtias, in nouẽ ordines diuinus ſermo diſtinxit, propriiſq; ac ſignificãtibus vocabulis appellauit. Has eximius præceptor noſter in ternas tertio repetitas diſtinctiones: ad ſanctæ trinitatis diſtinxit imaginem. Ac primã quidẽ eſſe ait: quæ corã deo verſetur ſemper. idq; ex diuina dignatione ſuſceperit: vt illi inhęreat iugiter, nulliſq; mediis interiectis ſpiritibus inſeratur. hæc ibi. Sentit igitur haud obſcure Damaſcenus: ſacratiſſimũ patrẽ Dionyſium Areopagitã, authorem eſſe libri de cæleſti hierarchia. quandoquidẽ deſumptã ex eo opere ſententiã: illi tanq̃ authori tribuat. Quo fit, vt & reliquorũ operum Dionyſiano nomini aſcribi ſolitorũ: idem beatus pater, & haberi debeat & dici author. Sed de his hactenus.

¶Hinc perſpicuũ eſt, q̃ mẽdaciter Lutherus in verbis ſupra 9
citatis dicat, ſucceſſu temporũ ita humanis inuentis adauctũ eſſe miſſæ ritũ: vt præter nomen, ad ſecula noſtra nihil de miſſa & cõmunione peruenerit. Quę eni ſuggerẽte ſpiritu ſancto per magiſteriũ apoſtolorũ ſunt ordinata in eccleſia, circa excellentiſſimũ altaris myſteriũ (ſecundũ

Ioannis. 14 illud CHRISTI promiſſũ: ipſis factũ de ſpiritu ſancto. Ille vos docebit omnia: & ſuggeret vobis õnia. & rurſum. cũ venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnẽ veritatẽ) nũquid humana ſunt inuẽta? Nõne potius a pręcipuo illorũ authore: diuina inſtituta dici debẽt? Sed & ea quę circa decẽtem ſacri altaris cultũ ab ipſis ſucceſſoribus apoſtolorũ, eccleſiæ primoribus, aut cõciliis orthodoxorũ patrum generalibus (quorũ pręſes: ſpiritus ſanctus habitus eſt) ſancita ſunt: nunquid humana ſunt inuẽta? Certe ſi quis rationabilẽ illorũ conſtitutionẽ: ad dei honorẽ, eccleſię ſanctę decorẽ, auguſtioreq; diuini cultus reuerẽtiã, dũtaxat factã attẽdat: non dubitabit ea fateri, nõ ab humano ſpiritu ſed diuino fuiſſe profecta atq; ordinata. Cũ etiã illa omnia quę ad celebrandũ miſſæ officiũ ſpectãt: legitima ratione cõſtent, neq; ſupra modũ excreuiſſe depræhendãtur, ſed certis quibuſdã limitibus contineri. cum præterea eadẽ,

Ioannis. 16

vniformi cultu per totũ orbẽ Christianũ hactenus obseruata sint,quã-tum ad ipsam rerum substantiã,& ab ipso apostolorum seculo in hanc vsq; ætatem illabefacta perseuerẽt:quis nisi mentis inops dicet cum Lu-thero,nihil de missa præter nomen,ad nostra tempora peruenisse? Cer-te non inane nomen missæ tenent nostra secula:sed rem ipsam integram & solidam. Siquidem recte quis missam ita diffinierit,ꝙ diuinũ est of-ficium, ab ecclesia ex primorũ patrum institutione in sacro altari fieri solitũ: in quo sanctæ eucharistiæ secundũ ritum legitimũ cõsecratio fit & oblatio. Atqui huiusmodi officiũ a priscis constitutũ patribus, apo-stolis & viris apostolicis,in quo sanctissimũ eucharistiæ mysteriũ confi-citur pariter & immolatur:habent nostra secula,& quotidiano vsu ob-seruant. Habet igitur & nostra ætas vere ipsam rem missæ: & non tan-tummodo nudum nomen,vt oblatrat hic Lutherus. Missæ diffi-nitio.

¶Decantationem psalmorum in missæ principio,& nouenã sup plicationem diuinæ misericordiæ imploratoriam:circa ecclesiæ exordium fuisse constitutam. Cap. IIII.

DEinceps Lutherus,ne omnia missæ Christianorũ in-stituta improbãs,multorũ sibi cõflet inuidiã & odiũ: nõnulla eorum approbat.more tamen suo semper ve-ris falsa permiscens: aut approbata a tota ecclesia,ve-neno suo pestifero cõmaculans. Inquit enim. Ac pri-morum patrũ additiones,qui vnũ aut alterũ psalmũ ante benedictionẽ panis & vini,leni voce orasse legũtur:laudabiles fue re,quales Athanasius & Cyprianus fuisse putãtur. Deinde qui kyrie eleison addiderunt: & ipsi placẽt. Nã sub Basilio magno legitur kyrie eleison,in vsu fuisse totius populi publico. Iam epistolarũ & euãgelio-rum lectio,etiã necessaria fuit & est: nisi ꝙ vitiũ sit ea lingua legi,quæ nõ intelligitur. Hæc Lutherus. ¶In quibus primũ cespitat & aberrat a vero:ꝙ psalmorũ lectionẽ siue prolationem quæ in missę fit exordio, Cypriani & Athanasij subindicet esse institutũ.cũ id reuera ex aposto lica cõstitutione,in ipso ecclesię principio fuerit ordinatũ.teste sacerri-mo Dionysio in tertio libri de ecclesiastica hierarchia capite:qui idipsũ hisce verbis perhibet.Itaq; põtifex quidẽ vbi orationẽ sanctã super di-uinũ altare peregit:ex ipso incẽsum adolere inchoãs, omnẽ phani am-bitũ circuit. Demũ ad sanctũ altare iterũ rediẽs, psalmorũ incipit me-los:cõcinentibus secũ sacra carmina õnibus ecclesiastici ordinis gradi-bus. Deinde ministrorũ officio:sanctarũ scripturarũ lectio,suo ordine recitatur. Postea psalmodiæ illius rationem:idem sanctus pater ita assi-gnat. Porro psalmorũ sancta modulatio(quæ õnibus fere sacerdotali-bus mysterijs iũgitur:& substãtię rationę cohęret)sũmo omniũ princi-paliq; mysterio deesse non debuit. Et nonnullis interiectis: subiungit. Porro diuinorum carminum sacrosancta scriptura cum id præcipue

Dionysius Areopagi-ta.

Quare psal modia ad-hibetur mis sæ myste-rio.

intendat, vt omnia dei eloquia operationeſq; cõcelebret, ſacratiſſimeq;
vitam inſtituentiũ virorũ verba ſimul atq; opera laudet:diuina vniuer
ſaliter canit atq; exponit, ad omnia ſacerdotalia ſacramẽta ſuſcipienda
atq; tradenda,eis habitum aptiſſimũ inſerens: qui illam pie digniſq; af
fectibus promunt. Hæc Dionyſius. ¶Deductus eſt autẽ hic pſalmos 2
in miſſæ officio decãtandi mos,ab apoſtolis inſtitutus:ex ipſo Iudæorũ
1.parali.25 ritu.qui(vt primus liber Paralipomenon refert)in ſuis ſacrificijs emo-
dulandi pſalmos vſum habebãt:potiſſimũ a tempore Dauid regis,qui
cãtores ad id muneris inſtituit:vt tempore ſacrificiorũ deo pſalmos cõ
cinerent. Atteſtatur idipſum beatus Auguſtinus in libro viceſimo de
Eſa.66 ciuitate dei, capite viceſimo primo:exponens locũ illum Eſaiæ vltimo
cap. Quomodo ſi inferant filij Iſrael munus in vaſe mundo: in domũ
Auguſtinus domini. Cõparauit(inquit)dominus illos tanq̃ per ſimilitudinẽ,filijs
Iſrael:offerentibus ei ſuas hoſtias cũ pſalmis in domo eius,quod vbiq;
iam facit eccleſia. Hæc ille. Cui cõſonat & beatus Hieronymus:eundẽ
Hieronymus. Eſaiæ locũ explicans in hunc modũ. Quomodo ſolebant filij Iſrael,dũ
eorum ſtaret religio,& templi cærimoniæ ſeruarẽtur, offerre victimas
cum pſalmis in domo domini:ita vſq; hodie in domo dei(quæ eſt eccle
ſia)filij Iſrael qui mente cõſpiciunt deũ,ſpirituales offerũt hoſtias cum
fructibus atq; virtutibus animæ ſuę,in vaſis mundis: hoc eſt in ſanctis
corporibus. Hæc Hieronymus. ¶Porro nouena illa ſupplicatio, di- 3
uinæq; miſericordiæ imploratio,quę in miſſa Græco fit ſermone: ante
Baſiliũ longo tẽpore inſtituta fuiſſe creditur, & ab ipſo apoſtolorũ ri-
tu atq; decreto introducta ad triplicatã ſummæ trinitatis inuocationẽ.
Neq; vnq̃ ea fuiſſe traditur in vſu publico totius populi Chriſtiani:ſed
Græcorũ a Latinis diſcrimẽ:in nouenę ſupplicatiõis decantatione. Græcorũ tantũ,apud quos in hodiernũ vſq; diem(vt ferunt)totus po-
pulus cũ clero:illã decãtat in ſacro miſſæ myſterio inuocationẽ. Apud
Latinos vero:ſolus clerus in miſſa eam cõcinit ſupplicationẽ. Eſt & al-
terũ Græcorũ a nobis diſcrimen,ꝙ ipſi nouies kyrie eleiſon replicant:
ſine aliqua in medio ternario ab extremis euariatione. Nos vero primũ
& extremũ ternarium, conſimili proferimus modo: in medio vero,ter
Gregorius. Chriſte eleiſon pronunciamus. Quẽadmodũ beatus Gręgorius in li-
bro ſeptimo ſui regiſtri,cap.ſexageſimotertio,his perhibet verbis: ſcri-
bens ad Ioannẽ Syracuſanũ epiſcopũ. kyrie eleiſon autẽ,nos neq; dixi-
mus neq; dicimus:ſicut a Gręcis dicitur.quia in Gręcis,ſimul omnes
dicunt:apud nos autem,a clericis dicitur,a populo reſpondetur. Et to
tidem vicibus etiam Chriſte eleiſon dicitur:quod apud Græcos nullo
modo dicitur. In quotidianis autem miſſis, alia quæ dici ſolent tace-
mus: tantummodo kyrie eleiſon & Chriſte eleiſon dicimus, vt in his
deprecationis vocibus paulo diutius occupemur. Hæc,dicto in loco:
Gregorius. ¶Aſſignant inſuper plæriq; & tertium inter Latinos & 4
Græcos,in hac ſupplicatione enũciãda,diſcrimen. Vtpote ꝙ ſicut La-

tini Græco sermone proferunt hanc deprecationē nouenā, diuinæ mi-
sericordiæ postulatoriā: ita Græci Latina voce eandem decantant, di-
cētes, domine miserere. Et id quidem: ad insinuandā vnitatem & socie-
tatem fidei Christianæ in vtroqꝫ populo. Non enim est apud deum di Roma. 10
stinctio Iudęi & Gręci. nā idem dominus omniū: diues in omnes qui
inuocāt illum. Et ita queadmodū apud Latinos in missæ officio om-
nis lingua, latina scilicet Gręca & Hebræa cōfitetur domino: propter
aliquas cuiusqꝫ illarum linguarū dictiones, in illo cōtentas, sic & apud
Gręcos in eodem missę ministerio: triplex etiam eadem lingua resonat
deo laudes. Hæc dixerim, vt exinde compertū & persuasum sit omni-
bus: ecclesiam Romanā non a Græcis hanc supplicationē decantandā
in missæ mysterio accepisse, a quibus ea in re tanto discrimine dissidet.
sed ab apostolica potius traditione: a qua & Græci eandem orationem
5 desumpserunt. ¶ Cæterum vbi in verbis modo adductis Lutherus di
cit vitium esse, epistolas & euangelia (quorum lectionē in sacro altaris
ministerio necessariā fuisse fatetur: & esse) in ea legi lingua in ipso mis-
sæ officio, quæ vulgo non intelligitur: tota a recto aberrat via. Insinuat Epistolas & euāgelia in missa: lingua vernacula legi nō debere.
enim ibidem, satius esse: ꝙ epistolæ & euangelia in missa legerētur lin-
gua vernacula, quæ ab omnibus assistētibus etiam plebeijs & popula-
ribus viris, imo & mulieribus & pueris posset intelligi. quod nequaq̄
illi tribuendum est. Enimuero vt produnt spectatæ fidei scriptores: in
ipso ecclesiæ primordio apostoli ad quascūqꝫ gentes se cōtulerunt, non
nisi lingua Hebraica, diuina peregere missę mysteria: quæ tamē ab ex-
teris populis non intelligebatur. An & illud apostolorū institutum &
opus: vitio ascribet Lutherus? aut crimini dabit: quod ipsi principes ec
clesiæ & fundatores fecerūt? Hunc autē morem, lingua tātū Hebræa,
sacra in altari faciendi: in tota orientali ecclesia vsqꝫ ad Adriani tēpora
obseruatum tradunt. & tunc primum incœptā esse celebrationē missę:
Græco sermone cōtextam. & demum Latinæ linguæ vsum in peragē-
do sacri altaris ministerio fuisse introductum. Neqꝫ vnq̄ progressum
est ab ātiquis patribus ad alias linguas ab Hehręa, Gręca, & Latina:
quibus tam excellens celebraretur mysteriū. Et id quidem merito, nā
tribus illis linguis modo nominatis: titulus crucis CHRISTI conscri Ioannis. 19
ptus fuisse, ab euangelista perhibetur. quo significaret toti ecclesiæ spiri
tus sanctus (vt credere dignum est) his solum tribus linguis, mysteriū
sublime viuificæ passionis CHRISTI: in ipso missæ officio tractari de-
6 bere. ¶ Huic accedit, ꝙ illæ tantū tres linguæ, doctrinales habentur:
& in quibus cū humanæ tum diuinæ disciplinæ posteritati traduntur.
quæqꝫ ob certas & proprias quibus constant regulas legesqꝫ loquendi:
eruditorum cœtum a plebe, quantum ad vsum peculiarem, secernunt.
Proinde & plus dignitatis habent & maiestatis: q̄ cæteræ linguæ quo-
rumuis populorum, quibus vulgo vtuntur. Rationabile est igitur,

Grauia in= commoda: quæ lectio= nem verna= culam par= tium miſſæ conſequerē tur.

& admodum decens, & ſacra quæ decantantur in templis diuinarum
laudum officia, & potiſſimũ illud omniũ ſupremum,in quo ſacroſan=
cta offertur hoſtia in altari:in aliqua tantũ trium,quæ dictæ ſunt,lin=
guarum peragi. ¶Et non modo id congruũ cenſeri debet : ſed & om=
nino neceſſariũ. Alioqui prophanarentur ſacra,& proſtituerentur vul
go:ſi aliqua illius digniſſimi officij pars,lingua vernacula lectitaretur.
Periret enim reuerentia illa & veneratio diuinorũ verborum : in epiſto
lis apoſtolicis & euangelijs contentorũ. quinimmo ſordeſcerent tandē
& vileſcerent populo,eadem verba ſacratiſſima: ſi ſublato latini ſermo=
nis operimento(quo condita:ſeruantur in ſua dignitate)exponerentur
omniũ oculis & auribus. Neq; tanta populus ipſe afficeretur deuotio=
ne atq; animi veneratione ad eadem verba, in vernaculam traducta lin
guam: quanta nunc afficitur,cum linguæ honoratioris atq; dignioris
tegmine adoperta:auguſtiorem præ ſe ferunt maieſtatē,maioreq; habē
tur in precio.tanꝗ gēmæ non omniũ manibus,vt contrectentur,expo=
ſitæ:ſed ſecretæ a vulgari contactu. ¶Omitto ꝙ plęrunq; daretur ru=
di populo grauiter errandi occaſio: ſi epiſtolæ ſacræ & euãgelia in ſer=
mone vernaculo, quãdo ſacra facit ſacerdos,eius auribus paſſim inge=
rerentur.Nempe ſententiã aliquam in illis contentam,& crude atq; ſi=
ne aliqua interpretatione ipſi vulgo obiectam: facile quiſpiam e plebe
detorqueret in alienum ſenſum,aut ſecundum literæ duntaxat ſonum
acciperet: quæ ſpiritualem latentemq; penitus haberet intelligentiam.
Vnde multiplex errorum plebeijs inijceretur laqueus,& pro doctrinę
ſacrę traditione,quæ inde fortaſſe ſperaretur: perditio & ruina animæ,
ipſis inferretur.Ad quæ deuitanda incõmoda: prorſus eſt cauendũ,ne
toti populo epiſtolaris aut euangelica lectio in miſſæ officio propona=
tur vernacula voce,quã omnes capiant. ¶Neq; vero eoipſo, ꝙ latino 7
leguntur ſermone in eccleſia occidentali epiſtolæ & euangelia,in ipſo ſa
cratiſſimo miſſæ officio: præcluditur ipſi populo aperta illorum intelli
gentia.Nempe in concionibus publicis,quæ feſtis diebus de more ha
bentur:ſatis ſuperq; explicatur(adhibita etiam cõgrua explanatione)
ſententia epiſtolarum & euangeliorum ſermone vernaculo, toti plebi.
Ad quas quidem publicas verbi diuini prædicationes conuenire de=
bent e turba populari: qui flagrant deſiderio cognoſcendi ſenſa,in his
diuinæ ſcripturæ lectionibus contenta.neq; expetere : vt quotidie illa
vernaculo idiomate,nude & nulla adhibita interpretatione,cum ſacris
interſunt miſſæ myſterijs,inſonent ſuis auribus. ¶Si enim admittan=
tur epiſtolæ & euãgelia legi lingua vernacula in ipſo altaris officio:ex=
petent deinde plebeij & hymnum angelicum,& ſymbolum Nicenum,
& orationem dominicam,in eodem ſacro miniſterio,lingua etiam ver=
nacula legi:eadem prorſus ratione qua hic vtitur Lutherus,quoniam
vitium eſt(inquit)illa legi in ea lingua:quæ non intelligitur a populo.

Deinde, vt in hiſce rebus vana curioſitas nullis contenta finibus, ſemper ad vlteriora progreditur: & introitus miſſæ, & collectæ orationeſq; miſſæ, ſimul & ipſę pręfationes cum toto ſacro canone, efflagitabuntur etiã vernaculæ. ꝙ vitium ſit (vt ait Lutherus) ea in illa legi lingua: quæ non intelligitur. & ita tandē tota miſſa fiet vernacula. Quod q̄ ſit abſurdũ: paulo poſt latius explicabimus. ¶ Cæterũ vt ipſius Lutheri rationem adductã interimamus, ſi vitium eſt epiſtolas & euãgelia in ea legi lingua quæ vulgo non intelligitur: cur non etiam vitiũ erit pueris & puellis tenellę adhuc ætatis tradi orationē dominicã, ſalutationē angelicam, ſymbolum apoſtolorũ, ſeptem pſalmos pœnitētiales, horas ſacratiſſimæ virginis MARIAE, vigilias (vt vocant) mortuorũ, id eſt, officium legi ſolitum pro defunctis: & cætera id genus piarum orationũ ſtudia, in latini ſermonis contextu? Nihil enim horum, intelligere adhuc poſſunt: ſed nec vulgus ipſum, quippiam horum latina voce prolatum intelligit. Quid igitur agendum hic ſentiet Lutherus? Nunquid dãnabit prædicta omnia tradi, ediſcēda aut legenda teneriuſculæ ætati: latino ſermone? Nunquid etiam improbabit, illa a laicis latinæ linguæ expertibus legi aut audiri: ſed volet eadē in vernaculam verſa linguam, tantũ illis permitti? Quod ſi non cenſeat agendũ eſſe, vt nec cenſere debet, ſi recte ſapit: cur ſugillat ipſe hoc in loco, epiſtolas & euangelia in miſſæ officio legi lingua latina, quæ vulgo non intelligitur? Par enim vtrobiq;, & eadem eſt ratio.

Rationis Lutheranę diſſolutio.

¶ Cantũ in officio eccleſiaſtico non eſſe improbandũ: eundēq; & veteris & nouę legis teſtimonio magnopere cōmēdari. Ca. V.

Sed nunc audiendus rurſum Lutherus: quid deinde in ſua præfatione proponat. Poſt vero (inquit) vbi cantus cœpit: mutati ſunt pſalmi in introitum. tum additus eſt hymnus ille angelicus: gloria in excelſis deo, & in terra pax. Item gradualia, alleluia, & ſymbolum Nicenum. Sanctus, Agnus dei, communio, Quæ omnia, talia ſunt: vt reprehendi non poſſint, præſertim quæ de tempore ſeu dominicis diebus cantantur: qui dies ſoli adhuc priſcam ſeruant puritatem, excepto canone. Hæc ille. ¶ In quorum principio nobiſcum ſentit: ꝙ non damnat cantum eccleſiaſticum in officio miſſæ. quod & paulo poſt etiã aperte inſinuat: cum formulæ ſuæ ordinē contexens, ait. Secũdo kyrie eleiſon: vt hactenus celebratum eſt, varijs melodijs pro diuerſis temporibus amplectimur. Ecce cantum harmonicum pro more eccleſiaſtico: quo ſupplicatio illa nouies replicata diuinamq; implorans miſericordiam, decantari ſolet: non recuſat neq; auerſatur Lutherus. & id quidem recte agit: & præclare. ¶ Veruntamen quoniam hac noſtra tempeſtate nōnulli ſuo magiſtro deteriores hac in parte Lutherani: improbant omnem prorſus in officio eccleſiaſtico can-

tum cum impio Viclefo,& cum Hussitanis ipsius asseclis.quorũ inter
Hussitani: cantũ ecclesiasticũ dãnant. cæteros articulos impietatis suæ testes: & hic vnus erat. Omne seruitium diuinum cum nota:est derisio dei & deceptio populi. Idcirco nõ superuacuum arbitrati sumus,nec inutilem futurum sermonẽ: si nonnihil hic afferamus pro ipsius ecclesiastici cantus approbatione,ostendamusq; eundem & antiqui authoritate testamenti & noui, maiorem in modum comprobari.Antiqui quidem.nam hic deo laudes canora voce concinendi ritus: ex veteris instituti more deducitur & exemplo. Nempe rex Dauid in deum pientissimus mirifice cõmendatur in sacris literis:quod cãtores ordinauerit in domo domini,qui tempore sacri-
1.parali.25 ficiorum diuina cantica personarent,singulisque suas distribuit vices. Quod & Ecclesiasticus tanti regis præconia recensens, non subticuit:
Ecci.47 inter cætera & id de eo commemorans. Stare fecit cantores contra altare:& in ore ipsorum dulces fecit modos.Vnde & propheta in psalterio frequenter exhortatur fidelem populum,ad emodulandas deo sonora voce laudes:vt cum ait.Iubilate deo in voce exultationis.Et rur-
Psal.46
Psal.95 sum.Cantate domino canticum nouum:cantate domino omnis terra. Et alijs multis in locis. Sancti etiam prophetæ,ad idem decantandæ deo laudis studium:suis oraculis omnes frequentius inuitant.Neq; id ab re quidem.Hæc nanq; emodulatio vocum quę dei resonat laudes: quædam est imitatio perpetuæ laudationis dei in cælo:de qua dicit di-
Psal.83 uinus psaltes.Beati qui habitant in domo tua domine: in secula secu-
Apoca.19 lorum laudabunt te.Et de qua refert Ioannes in Apocalypsi,se spiritu reuelante vidisse & audisse vocem aquarum multarum & tonitruorũ magnorum: dicentium alleluia. ¶In nouo vero testamento: salutife-
Luc.2 rum nostri redẽptoris ortum multitudo cælestis exercitus celebri cantu & altisono denunciauit. Et cum nostræ salutis opus breui consummaturus CHRISTVS ingrederetur Hierusalem: occurrit illi populus cum magno laudis applausu. & incitante eos spiritu sancto: pue-
Matth.21 ri Hebræorum, illi Osanna in excelsis acclamarunt. Quod cum indigne ferrent scribæ & Pharisæi, typum gerentes hæreticorum, nunc ægro ferentium animo, quod voces humanæ laudes canoras deo perso-
Ibidem. nent:ipse dominus & rex gloriæ non modo non prohibuit laudantes se in tẽplo pueros:sed & iubilatorias eorum laudes testimonio prophetico cõprobauit.Insuper transacta nouissima cœna:ipse CHRISTVS
Matth.26 cum discipulis suis hymnum dixisse scribitur.Quid autẽ est hymnus: nisi canticum dei cum laude? Alta igitur voce prolatus est hymnus ille:quem sacro ore saluator noster tunc cũ discipulis concinuit. ¶Rursum beatus Paulus in suis epistolis sæpius fideles(quibus scribit) admonet:vt deo laudes etiam voce clara exoluant.quemadmodum Ephe-
Ephesi.5 sijs scribens:ait.Loquẽtes vobismetipsis:in psalmis,& hymnis,& canticis spiritualibus.Cantica autem:quomodo sine cantu & vocis sono,

ritate fieri poterunt? Quinimmo & ipse quod alios edocuit: etiam opere expleuit. Quippe de ipso refert sanctus Lucas: in Actibus apostolorum. Media autem nocte Paulus & Silas adorantes laudabant dominum: & audiebant eos qui in custodia erant. Subito vero terremotus factus est magnus: ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia: & vniuersorũ vincula soluta sunt. Quomodo autem audiuissent sanctos dei athletas laudantes dominũ, alij qui in custodia erant: nisi alta voce & moderate sublata, in modũ hymni laudes illas deo concinuissent? Et verbo igitur & exemplo Pauli apostoli: approbatur cãtus in diuinis laudibus. Actuum. 16

4 ¶ Proinde recte dicit Isidorus: libro primo de officijs. Itaq; & in hymnis & psalmis canendis, non solum prophetarũ: sed etiã ipsius domini & apostolorũ habemus exemplum, & præcepta de hac re vtilia: ad mouendũ pie animũ, & inflamãdum diuinæ dilectionis affectum. In quibus verbis assignat Isidorus rationabilem causam: propter quam introductus est & frequẽtari debet cantus ecclesiasticus. quoniã scilicet præter maiorem attẽtionem solennitatemq; & reuerentiã diuiuæ laudis: etiam excitat vehemẽtius animos fideliũ in syncęriorẽ deuotionem & pium affectum. Vnde scribit de seipso beatus Augustinus, voces illas cãticorum ecclesiæ: vberes sibi & pias lachrymas, interdum ex intimo cordis fonte eduxisse. quando simul cum canora vocũ modulatione, sententiarũ veritas & pia intelligẽtia: menti ipsius instillabat ac influebat. Flebam (inquit) vberrime in hymnis & canticis: suaue sonantis ecclesiæ vocibus vehementer affectus. Voces autẽ illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas in cor meũ: & fluebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis. Hæc Augustinus: de seipso. Isidorus. Augustinus

5 ¶ Neq; illud in præsentia omittendum: ꝙ Vitalianus summus pontifex, diuini cultus exornãdi cupidus, ecclesiasticam regulam (qua scilicet decẽs fieret & canora officij diuini decantatio) cõposuisse scribitur ab ijs, qui historias summorum pontificum cõtexuerunt: cantumq; ordinasse, adhibita organi consonantia. Quocirca qui cantũ improbant ecclesiasticũ: & sedi apostolicæ totiusq; ecclesiæ authoritati repugnare dinoscuntur. & quod deterius est, diuinæ etiam ordinationi: cum in veteri, tum in nouo testamento, multifariã expressę. At vero qui ampliorem de hac materia exposcit determinationẽ: recurrat ad insigne præclarumq; opus venerandi patris, Thomæ Vvalden, inscriptum de sacramẽtalibus. In cuius secundo titulo, de orationibus & cãticis altis, per totum decimũ sextum caput & tria subinde sequentia: inueniet cantum ecclesiasticum, multiplici scripturæ sacræ probatissimorumq; authorũ testimonio pie ac religiose approbatũ, contra vesanã Viclefi impietatem: cantum ecclesiastici officij improbantẽ. Sed de his hactenus. Vitalianus. Thomas Vvalden.

6 ¶ Porro ꝙ psalmi in principio missæ dicendi, mutati sunt in introitum, quemadmodũ in verbis suis ante citatis circa huius capitis Quo authore psalmi in missæ ĩtroitũ sunt mutati.

exordium perhibet Lutherus:ex institutione beati Gregorij factũ tra
Gregorius. ditur. Qui attendens psalmorum prolixitatẽ interdũ ingerere fastidiũ fideli populo,& totum missæ officium in tædiosam protendere tẽporis morã: vt huiusmodi occurreret incõmodo, constituit loco integri psalmi desumendũ esse versum vnum,officio missæ celebrandæ accõmodũ: quem nunc introitũ vocant. & ipsius psalmi principium: pro versu accipiendum,post quem:repetatur introitus. Qui mos in ecclesia sancta deinceps obseruatus: in hunc vsq; diem impermutatus perseuerat. Veruntamen nonnunq̃ ex alijs scripturę locis q̃ ex psalmis:immo interdũ ex ijs quæ in diuina pagina nequaq̃ expresse continentur, pia tamen sunt & religioni Christianę q̃maxime congruentia: sumuntur aliquarum missarum introitus. Vt in officio missæ de natiuitate dominica, & ascensione,de annunciatione sacrosanctæ virginis MARIAE,de commemoratione eiusdem virginis,de sancta cruce,de dedicatione ecclesię, de spiritu sancto,de vno confessore,de vna virgine,pro defunctis, & alijs plęrisq;. Sæpenumero tamen comperiuntur missarum introitus:ex
Lutherus: parum sibi constans. libro psalmorũ deprompti. ¶Cæterum hic demirari lubet ipsius Lu- 7
theri verba:non satis secũ constantia. qui paulo ante dixit, nihil de missa ad nostra secula:præter nomen peruenisse. & tamen hic q̃plurima refert continuo contextu, in verbis suis ad principium præsentis capitis adiectis:quæ a priscis patribus in peragendo sancti altaris mysterio recte instituta, nostro seculo adhuc integra constant. Quæ cum vt a maioribus accepta sunt, nunc etiam illabefacta conseruẽtur:quomodo nihil ad nos de missa præter nudum nomen peruenit? Itaq; interimunt hæc Lutheri verba idipsum: quod ante perperam enũciauerat. ¶At vero cum subtexit, omnia ea quæ supra nominauit, talia esse vt reprehendi non possint, præsertim quæ de tempore & diebus dominicis cantãtur: qui dies soli(inquit)adhuc priscam puritatẽ testantur, excepto canone. vastum horrendæ impietatis aperit barathrum: repudiatq; tanq̃ impurum & feculentum, quicquid in missæ officio non agitur de tempore & diebus dominicis. Et ita secundum eius sentẽtiam abijciendæ essent missæ omnes de sacratissima virgine MARIA, de sanctis quibuslibet, pro defunctis,& cõsimiles:tanq̃ alienæ a prisca puritate, quod inoffensis auribus audire quis poterit? Sed posteriora eius verba mox adducenda:hanc eius mẽtem reddent testatiorẽ, pariter & exproment apertius, quantopere canonem sacrum missæ abominetur.

¶Contumeliarum Lutheri in sacerdotes dei, in sanctos regni cælestis cõsortes,& in canonẽ sacrum missæ:conuulsio & refutatio. Cap. VI.

POstq̃ modicum mellis proposuit lectori Lutherus in verbis proximi capitis:admittens cantum ecclesiasticum, introitũ missæ,& nonnullas alias illius partes,

ante nominatas: nunc fel amarulētum eidem porrigit hauriendū, im-
mo exitiale venenum, cum subiungit. At vbi iam licentia fiebat adden
di & mutandi pro vt cuiuis libebat, accedente tum & questus & ambi
tionis sacerdotalis tyrannide: tum cœperūt altaria illa & insignia Baal
& omniū deorum, poni in templis domini per impios reges nostros, id
est episcopos & pastores. Hic sustulit impius Achaz altare æreum: &
constituit aliud e Damasco petitum. loquor autem de canone illo lace-
ro & abominabili: ex multorum lacunis seu sentina collecto. Hæc ille.
1 ¶In quibus id primum est a veritate alienū: ꝙ facta fuerit cuilibet po
testas addendi & mutandi illa quæ ad missę spectant officium, pro cu-
iusq; nutu & arbitrio. Nunq̄ enim fuit in ecclesia sancta permissa po-
testas, quippiam in sacratissimi illius mysterij officio statuēdi, addendi
aut permutandi: q̄ summis pontificibus, supremā ecclesiasticæ mode-
rationis potestatē gerentibus, & ipsi concilio generali ecclesiam catholi
cam atq; totam repręsentātī. Neq; vnq̄ tentarunt inferiores pontifices,
quantalibet pollerent sanctitate: aliquid sua ipsorum authoritate in eo
negocio constituere. At Lutherus ipse (quæ sua est impudentia) ita ascē Lutherus hic eadem agit: quæ in alijs dānat.
dere audet vltra crepidam, eoq; temeritatis prosilire: vt tentauerit illi
missæ officio adijcere atq; subducere, quæ sibi visa sunt adijciunda aut
subtrahenda, necnon demutare pro suo arbitratu: quę in eodem officio
sibi videntur permutari debere. Et ita quod in alijs reprehendit: ipse
vnus in hoc suo opusculo cōmisit, factus proprio ore sui ipsius cōdem-
nator: & huic apostolicæ sententiæ obnoxius. In quo alterum iudicas: Roma. 2.
te ipsum condēnas, eadem enim agis: quæ iudicas. Et paulo post, eodē
in loco. Qui alium doces: teipsum non doces. Qui prædicas non furā- Ibidem.
dum: furaris. qui dicis non mœchandū: mœcharis. qui abominaris ido
la: sacrilegium facis. Haud aliter Lutherus hic sugillat adiectionem &
mutationē ad officium missę ab alijs factam: & ipsemet manum iniecit
temerariam ad detruncandū, & mutilandum idem officium ecclesiasti
2 cum: atq; pro suo arbitrio permutandū. ¶Deinde vero in verbis suis
paulo ante adductis: ipse Lutherus supra modum contumeliosus est
in dei sacerdotes, in sanctos itidem supernæ gloriæ participes, & deniq;
in sacrum missæ canonē. In ipsos quidē domini sacerdotes, cum acerbis
eos incessit probris: auaritiæ & ambitionis atq; tyrānidis eosdem indi
gne insimulans pro more suo, quo omnes libros suos amaris respergit
conuitijs, in ipsos templi ministros & viros ecclesiasticos: contra illud
Ecclesiastici salutare documentū. In tota anima tua time deum: & sacer Ecci. 7
dotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & mi
nistros eius ne derelinquas. Honora deum ex tota anima tua: & hono-
rifica sacerdotes. Sed hæc tam crebra eius opprobria in ecclesiæ mini-
stros, quos ingēti honore deberet prosequi: plane indicant animū eius-
dem exulceratum atro liuore atq; implacabili odio, in sanctos domini

sacerdotes. Quod tamen non debet quempiam in admiratione adducere: quandoquide id hæreticis omnibus familiare est, sanctam dei ecclesiam contemnere, & consequenter in eiusdem rectores oblatrare. Quemadmodum Eusebius Cæsariesis in quinto libro ecclesiasticæ historiæ, cap. decimoquinto, refert de Montano hæresiarcha: q inter cæteras impietates suas assectatoribus suis Cataphrygibus persuadebat, in vniuersam ecclesia (quę per orbem terrę est) blasphemare. & non solu nihil ei deferre reuerentiæ: sed ne limen quide eius incedere. Ab hac autem teterrima hæreticorum conditione Lutherum non abhorrere: testatur ferme omnia eius opera, contemptu, proteruia & rebellionem in ecclesiam dei, sonatia. At qui ecclesiam non agnoscunt (vt ait beatus Bernardus: in sermone sexagesimosexto super cantica canticoru) non est miru, si ordinibus ecclesiæ detrahunt, si instituta non recipiunt, si sacramenta contenunt, si mandatis no obediunt. ¶ In sanctos autem ęternę felicitatis consortes, maxime iniurius est in verbis supra dictis Lutherus: quos nomine idolorum, deorumq gentiliu ignominiose designat. & altaria in sanctorum honore extructa, appellat altaria Baal & omnium deorum: subindicans eos, qui sanctos ipsos veneratione prosequendos ducunt, cultores esse Baal & omniu deorum. Queadmodum & ecclesiam in honore omniu sanctorum Vvittembergæ erectam: cum summa blasphemia execrabiliq impietate, in fine huius libri sui quem excutimus, vocat domum omniu diaboloru. ægroq fert animo, illam hactenus integra & incolumem perstitisse: suisq necdu accessisse nefarijs ritibus & sacrilegijs. Verum hæc adeo impia sunt & abominanda: vt indigna prorsus habeatur quæ refelli debeat. Quis enim adeo stupidę mentis est: vt nesciat nos Christiana pietate sanctos colere, non vt deos & diuinum in se numen habentes: sed vt sanctitate eximia præfulgidos homines, & in vnius dei confessione pie defunctos, & proinde insigni honoratione dignos: tanq dei amicos, & conciues atq condomesticos regis æterni? Q si cui illud satis non est persuasum: audiat beatu Augustinu, vicesimosecundo libro de ciuitate dei, cap. decimo dicetem. Non erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus: sed vni deo & martyrum & nostro, sacrificiu immolamus. Ad quod sacrificium, sicut homines dei qui mudum in eius confessione vicerunt: suo loco & ordine nominantur, non a sacerdote qui sacrificat, inuocantur. Deo quippe, non ipsis sacrificat: quis in memoria sacrificet eorum, qui dei sacerdos est, non illorum. Hæc Augustinus. Verum de sanctis honore debito venerandis: paulo post diffusior habebitur sermo. ¶ Demu in sacru missæ canonem mira pietate refertu, & nihil nisi deo rebusq sacris dignum, continente: maledictis minime tolerandis debacchatur Lutherus. cum eundem, lacerum & abominabilem vocat: altariq sacrilego regis Achaz confert. Quæ omnia vt responsione indigna, floccifacienda

Eusebius. Montanus.

Bernardus.

In sanctos cæli ciues: cotumeliosus Lutherus.

Augustinus

ſunt:atq; cum ſuo contēnenda authore. Neq; illis nunc refellendis inſi‐ ſtendum duximus: tum ꝙ in ſecundo Antilutheri libro nōnulla in ip‐ ſius canonis defenſionē ediſſeruimus. tum etiā ꝙ ſuperioribus diebus inſigni eruditione præclarus, & Chriſtianæ pietatis contra impios ho ſtes generoſus aſſertor, Hieronymus Emſerus: elaborarit egregiā ſacri canonis defenſionē, cōtra Vldricum quendā Zuinglium, Lutheranæ factionis improbum militem. Cuius obtrectationes inſanas in eandē miſſæ partem, omnium ſacratiſſimā, & oblatrationes impias: acerrime retundit. Idem quoq; hanc quā nunc excribramus formulam Luthera nā, ſuccincte argute & præclare confutat: particulatim ſingulis Luthe‐ ri dictis reſpōſiones proprias accōmodans, verbis quidem breues: ſed fœcundas ſententijs, & varietate rerū ſcitu digniſſimarū reſperſas. Cu‐ ius & nos cōſectari veſtigia in hac elucubratiūcula, pro viribus cōnixi

5 ſumus. ¶ Sed & eximius pater Thomas Vvalden, ſacræ theologiæ pro‐ feſſor eruditiſſimus, Carmelitanæq; religionis ſplendor illuſtris (cuius paulo ante etiā meminimus) in ſuo luculento opere, de ſacramētalibus inſcripto, totū miſſæ canonē explicat egregie & ampliſſime, per ſingu‐ las eius partes: a triceſimoſexto libri illius capite vſq; ad quadrageſimū quartū caput. eundemq; cōprobat, ex traditione apoſtolorū necnō apo ſtolicorū virorū, qui proxime ſunt illos conſecuti: magna ex parte eſſe deſumptū. Comprobat inquā idipſum: authoritate Dionyſij Areopa‐ gitæ, Chryſoſtomi, Auguſtini, Ambroſij, Haimonis, aliorūq; celeber‐ rimorū authorum. Eundemq; in vſu frequēti fuiſſe: cū clariſſimæ illæ lampades eccleſiæ, Hieronymus, Auguſtinus, & Ambroſius, ſuæ do‐ ctrinæ lumine illam mirifice illuſtrarunt: non futilibus cōuincit argu‐ mentis. Vt certe pro reſtitutione ſacri canonis in priſtinā ſuam dignita tem: nihil vltra ea quæ prædictus affert venerabilis pater, ſit nobis re‐ quirendū. Quinimmo idem author per totū quartū ſui operis ante di‐ cti titulum (qui eſt, de miſſarū ſacramentalibus) a viceſimooctauo capi te ad quadrageſimūquartū vſq; caput, extētum: totum miſſæ ordinē a vertice ad calcem vſq;, erudite copioſe & pie deducit. ſingulaſq; partes eius ſuffulcit authoritate grauiſſimorū patrū: contra impietatē Vicleſi, ritus ſacros miſſæ tū ſuſtollere conati. cuius veſaniā noſtra tēpeſtate Lu therus imitatur: reſuſcitareq; contendit. Verū cui cordi fuerit, totū illū quartū titulum percurrere: plane videbit & in Vicleſo cōfoſſum acutis iaculis veritatis Lutherum, & execrandam quoq; huius improbitatē penitus eliſam: quam in toto hoc opere nititur aſtruere. Porro quem‐ admodum de iuſtis dictum eſt a propheta: ꝙ ibunt de virtute in virtu‐ tem, & qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. ita ediuerſo de improbis dicit diuinus ſermo, ꝙ abyſſus abyſſum inuocat: & qui in ſordibus eſt, ſor‐ deſcat adhuc. Quod poſterius, in Luthero cōpletū plane videtur: quē audiui in nouo quodam opuſculo tam execrandas in ſacrum canonem

Cap. 17.

Hieronymus Emſerus.

Liber de ſacramentalibus: Thomæ Vvalden.

Ex quo authore: totius miſſæ pia aſſertio eſt requirēda.

Pſal. 83

Apoca. 22

Pſal. 41

Apoca. 22

miſſæ euomuiſſe blaſphemias:vt ſuarũ etiã partiũ ſtudioſi exhorreſcãt earum lectionem,neq; inoffenſis poſſint oculis illas aſpicere. Verũ conſpuendæ prorſus ſunt & nihili faciendę execrabiles illæ inſaniæ: quo-
3.Eſdræ.3. niam ſecundũ præclaram inclyti Zorobabel ſententiam,tandem vincet veritas,& impiorum improbitatem ſyncæra pietas.

¶Non recens id eſſe ſed antiquum, ꝙ miſſa ſit ſacrificium: neq; damnandam eſſe ſuſceptionem emolumẽti temporalis a ſacerdote, poſt ſpiritualium adminiſtrationem. Cap. VII.

IMpietati autẽ prædictæ adijciens nouas impietates: ſubijcit Lutherus. Ibi cœpit miſſa fieri ſacrificiũ. Ibi addita offertoria:& collectæ mercenariæ. Ibi ſequentiæ & proſæ: inter ſanctus & gloria in excelſi, inſertæ. Tum cœpit miſſa eſſe monopolium ſacerdotale: totius mũdi opes exhauriens. Hæc ille. ¶Vbi illud 1
in primis falſum eſt,id recens eſſe aut nouitium: ꝙ miſſa ſit ſacrificium. Nempe idipſum,& in veteri lege multipliciter eſt figuratum: & ex prima miſſæ inſtitutione exhibitum. Quid enim(vt cæteras ſubticeã com
Gene.14. pluſculas figuras)præſignauit panis & vinum: oblatũ a Melchiſedech ſummo dei ſacerdote? plane ſacratiſſimũ CHRISTI corpus & ſanguinem: ſub venerãdis panis & vini ſignis in altari offerendũ. Quid item
Exo.29 iuge figurauit antiquæ legis ſacrificium? certe hanc ſacram dominici ſacramenti in miſſæ officio oblationẽ:ad finem vſq; mundi frequentandã
Leuit.24. ſine intermiſſione. Quid deniq; deſignarunt panes illi duodecim,propoſitionis:quorum ſeni & ſeni collocabãtur altrinſecus in menſa tabernaculi domini,& ſingulo quoq; ſabbato renouabantur? Nimirum panem illum viuificũ:qui quotidie conſpectui diuinæ maieſtatis offertur in ſacro altaris officio. Quod & Origenes ſuper Leuiticum exponens
Leuit.24. hæc verba capitis viceſimiquarti. vt ſit panis in monumentum oblatio-
Origenes. nis domini. aſſeuerat dicens. Si reſpicias ad illum panẽ qui de cælo de-
Lucæ 22. ſcendit:& ad illam cõmemorationẽ de qua dicit dominus. hoc facite in meã cõmemorationẽ,intẽtiuſq; eccleſiaſtica myſteria recorderis: in his quæ ſcribit lex,futuræ veritatis inuenies imaginẽ præformatã. ¶Sed & a ſanctis apoſtolis,idem ſublime ſacramẽtum habitũ eſſe ſacrificiũ:
Aegeas. dilucide verba teſtantur beati Andreæ apoſtoli. Cui cum Aegeas proconſul Achaiæ,cultum deorum amplectendũ ſuggerens,dixiſſet. Hæc vana tuis narra,& mihi obtempera: ac dijs omnipotentibus ſacrifica.
Sãctus Andreas. reſpondit ille. Omnipotenti deo quotidie agnum immaculatũ offero: qui poſtq̃ a toto populo comeſtus fuerit, viuus ac integer perſeuerat. Agnus autem ille immaculatus,quotidiana oblatione a ſancto apoſtolo ſacrificatus deo: erat ſacratiſſimũ euchariſtiæ ſacramentũ,ab eodem in ſacro miſſæ myſterio conſecratũ & immolatũ. ¶Demum ab ortho- 2
doxis patribus, idem ſacramentũ in ſancto altari conſecratũ: etiã ſem-

per habitum est & denominatũ sacrificium. quod nonnullorũ testimonio: non pigebit hic etiã astruere. In primis, de cõsecratione, distinctione secunda, cap. quia corpus. adducitur authoritas Eusebij Emiseni, id ipsum plane sentientis: hoc verborũ cõtextu. Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus: necessarium erat vt die cœnę sacramentũ nobis corporis & sanguins cõsecraret, vt coleretur iugiter per mysterium: quod semel offerebatur in precium. vt quia quotidiana & indefessa currebat pro omniũ salute redemptio: perpetua esset redemptionis oblatio. & perennis victima illa viueret in memoria, & semper pręsens esset in gratia: vere vnica & perfecta hostia, fide æstimanda nõ specie, neq; exteriori censenda visu: sed interiori affectu. Vnde cælestis cõfirmat authoritas, quia caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Hæc ille. Quomodo autem perpetua esset redẽptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria: nisi sacratissimum corporis & sanguinis dominici sacramentũ, quod quotidiano ministerio in altari consecratur: esset oblatio, & sacrificiũ deo omnipotenti exhibitum? ❡Accedit eidem & Chrysostomus dicens. Hoc autem sacrificiũ: exemplar est illius, idipsum semper offerimus. Nec nunc aliũ agnũ, crastina die alium: sed semper idipsum. Hæc ille. Vbi hoc sacrificium quod in altari offerimus: dicit esse exemplar & repręsentationem illius sacrificij, quod in cruce semel pro nobis oblatum est. & idipsum sacrificiũ, corporis scilicet & sanguinis dominici: nos semper offerre cõtestatur. Nonne igitur plane sentit Chrysostomus: sacramẽtum eucharistiæ in altari consecratũ, esse sacrificium? Quod & ex sequẽtibus eius verbis adhuc euadit clarius: cum subiungit. Pontifex autem noster ille est: qui hostiam mundantẽ nos obtulit. ipsam offerimus & nunc: quæ tunc oblata quidem consumi non potest. Hæc ille. Sed quomodo nunc illam offerimus hostiam: nisi in sacro altaris officio cõsecrantes eucharistiam, panemq; vitæ & calicem benedictionis offerentes deo? Est igitur haud dubie, consecratũ in missa eucharistię sacramẽtum: verum sacrificium, & ita denominandũ. ❡Quod etiã non obscure testatur Ambrosius in hisce verbis deprecatorijs: & ad deum cum mira animi pietate profusis. Quanta cordis contritione & lachrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quãta corporis castitate atq; animi puritate: istud diuinum & cæleste mysterium est celebrandum, domine deus. vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur: vbi summis ima, humanis diuina iunguntur, vbi adest sanctorũ frequẽtia angelorum: vbi tu es sacerdos & sacrificium, mirabiliter & ineffabiliter. Quis igitur digne hoc potest celebrare mysterium: nisi tu deus omnipotens offerentẽ feceris dignum? Hæc ille. Vbi plane sacerdotem sacra facientem vocat offerentẽ: ex quo consequens est, id sacrum quod cõtrectat mysterium esse oblationẽ & sacrificiũ. Dicit itidem in verbis supra

Marginal notes: Sacramentũ eucharistiæ in missa consecratum: esse sacrificium. — Eusebius Emisenus. — Ioannis. 6 — 3 Chrysostomus. — Idem. — 4 Ambrosius — Pia ad deũ oratio.

dictis idem sacer antistes, CHRISTVM in missa sacerdotem esse & sacrificium: quemadmodũ & prius in cruce pro nobis fuerat. Qui autẽ id fiet: nisi sanctum eucharistię sacramentũ in missa consecratũ, sit vere sacrificium? ¶Neq; dissidet ab eadem sanctorum patrum sentẽtia bea- 5
Augustin⁹. tus Augustinus: quã cum in alijs compluribus suorum operum locis, tum in decimiseptimi libri de ciuitate dei cap. vicesimo, comprobat his
Prouer. 9 verbis. Participem autem fieri mensæ illius (ad quam scilicet diuina sapiẽtia vocat inopes sensu, dicens. Venite & mãducate de panibus meis: & bibite vinũ quod miscui vobis) ipsum est incipere habere vitam. Nã
Ecclesiastes. 5 & in alio libro qui vocatur Ecclesiastes, vbi ait. Non est bonum homini: nisi q̄ manducabit & bibet, quid credibilius dicere intelligitur: q̃ quod ad participationem mensę huius pertinet, quam & sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet secũdum ordinem Melchisedech, de corpore & sanguine suo? Id enim sacrificium, successit omnibus illis sacrificijs veteris testamenti: quæ immolabãtur in vmbra futuri. Propter quod, etiam vocem illam in psalmo tricesimo & nono: eiusdem media-
Psal. 39 toris per prophetã loquentis agnoscimus. Sacrificium & oblationẽ noluisti: corpus autem perfecisti mihi. quia pro illis omnibus sacrificijs & oblationibus: corpus eius offertur, & participãtibus ministratur. Hęc Augustinus ibidem. In quibus verbis, cõsecrationẽ corporis & sanguinis dominici sub venerabilibus panis & vini signis, in sacro missæ officio: plane ac aperte vocat sacrificium, immo sacrificiorũ omnium veteris testamenti consummationẽ & veritatẽ. Et cum deinde affirmat, pro omnibus antiquæ legis oblationibus sacratissimũ CHRISTI corpus offerri (quod vtiq;, in ipso sancti altaris ministerio missęq; celebratione: duntaxat efficitur) & participãtibus ministrari: nõne etiam astruit missam esse sacrificium? Quod enim offertur: recte oblationẽ & sacrificium dicere solemus. Cæterum ab adducẽdis aliorum sanctorũ patrum (qui q̃plurimi supersunt) testimonijs, missam esse sacrificium clare attestãti-
Cap. decimo: & sex. cõtinue sequentibus. bus: nunc supersedeo. quoniam in secundo Antilutheri libro latissime hanc materiam sum prosecutus: dissoluiq; singulatim rationes omnes Lutheri, quibus contendit colligere, missam non esse sacrificium. ¶Quæ 6
autem deinde in verbis suis postremo citatis, addita offertoria & collectas & prosas in missa sugillat Lutherus: nulla mouetur iusta ratione. quoniã in his omnibus nihil indecens aut diuinis laudibus indignum continetur: approbationeq; summorũ pontificum (penes quos & totam ecclesiam, est authoritas ista ordinandi) iam olim corroborata sunt & suffulta. ¶Porro collectas mercenarias & monopolium sacerdotale in verbis pr̨edictis, non modo contumeliose: sed & falso denominauit Lutherus. Sacerdotes enim pro collectis & orationibus in missæ officio ad piam fidelium petitionẽ dictis, non accipiunt pecuniã: tanq̃ mercede & pacto ante conducti more mercenariorũ, aut tanq̃ venditæ mercis pre-

cium:sed tanq̃ emolumentũ temporale illis exhibitũ pro spirituali ministerio, in vitæ suę sustentationẽ. Cum etiã pro celebratione missarum peracta, suscipiũt sacerdotes a fidelibus oblatam vltro pecuniam: nulla illic interuenit pactio, nulla itidem emptio siue venditio aut alius contractus. sed dũtaxat ibi est illius quod diuino & naturali iure ipsis debetur, acceptio: in stipendium obsequio altaris assignari solitũ. Quomodo igitur collectas recte vocat hic Lutherus mercenarias: & millã monopolium sacerdotale? ❡Sane ministranti spiritualia, & diuino & humano iure temporalia deberi: nullus probe sentiẽs inficias iuerit, cum & veteris & noui testamẽti authoritate, id facile cõprobari queat. Veteris quidem. nam decimooctauo Numeri capite: legitur dominus dixisse ad Aaron. Ecce dedi tibi custodiam primitiarũ mearum. Omnia quæ sanctificantur a filijs Israel: tibi tradidi & filijs tuis pro officio sacerdotali, legitima sempiterna. Hæc ergo accipies de ijs quę sanctificantur: & oblata sunt domino. Omnis oblatio & sacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in sancta sanctorum: tuum erit & filiorum tuorum. Et nonnullis interiectis subiungit. Filijs autem Leui dedi omnes decimas in possessionẽ: pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Ecce contestatur in toto illo capite ipse dominus, primitias, sacrificia & decimas a sacerdotibus & leuitis Mosaicæ legis accipiendas esse: pro officio sacerdotali & ministerio tabernaculi. Atqui nonne hæc tria prædicta, temporalia sunt emolumenta: quę pro spiritualium officiorũ administratione, legitime tum accipiebãtur? ❡Noui vero instrumenti testimonio idem constat: ex primæ epistolæ beati Pauli ad Corinthios, capite nono. Vbi postq̃ multis exemplis naturalibus atq; sensibilibus ostendit ipse doctor gentiũ, illud quod propositũ est: acceptionẽ inquã temporaliũ pro spiritualiũ munerũ subministratione, esse iuri naturali consentaneã: demum colligit. Si nos vobis spiritualia seminauimus: magnum est si nos carnalia vestra metamus? Nescitis quoniã qui in sacrario operantur: quæ de sacrario sunt edunt? & qui altario deseruiunt: de altario participant? Ita & dominus ordinauit ijs qui euangeliũ annunciant: de euãgelio viuere. Demum humano iuri idem non esse dissonum, comprobat illud in Genesi de sacerdotibus Aegyptijs scriptum: ꝙ ipsis a rege, & terra peculiariter possidenda fuerit tradita, & alimẽta ex horreis publicis dabantur, qui tamen idolorum erant cultores falsorumq; deorum. Quanto magis vnius & veri dei professores, in vitæ suę alimoniam recte accipiunt a fidelibus temporalia: tanquam debitum altaris officio stipendium? Hinc Ecclesiasticus ait. Da illis (scilicet sacerdotibus, tẽpliq; ministris) partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis. Similiter beatus Paulus ad Timotheum scribens: inquit. Qui bene præsunt presbyteri, duplici

Ministrãtibus spiritualia: omni iure temporalia deberi.

Numeri. 18

1. corin. 9

Gene. 47

Eccl. 7

1. timo. 5

honore digni habeantur. obedientia scilicet, honoreque subditorum: & subministratione temporalium in vitæ suæ sustentationem, quẽadmodum exponit beatus Augustinus & cæteri authores sacri. Demum Gabriel lectione vicesima octaua suæ expositionis de canone missæ: hanc materiam de perceptione temporalium pro spiritualiũ ministratione, egregie pertractat. quam studiosus lector ibidem perquirat. Ex quibus omnibus euasit iam perspicuum: q̃ inique Lutherus hic & collectas vocauerit mercenarias, & missam monopolium sacerdotale. Sed illud ipsum demirari debet nemo: cum per Esaiam vere dictũ sit de eo & sui similibus. Stultus fatua loquetur: & cor eius faciet iniquitatem.

Gabriel Biel.

Esa. 32

¶ Non esse improbandã missarum celebrationem pro defunctis, neq; pro obtinendis huius vitæ mortalis necessarijs: contra Lutherum, vtrunq; damnantem. Cap. VIII.

DEhinc Lutherus paucis interiectis (quæ cõsulto nunc prætermittuntur: quia solam sonant in dei sacerdotes contumeliã, & quidem indignam relatu) ijs quæ postremo sunt ex eo adducta, subnectit. Hinc missæ pro defunctis, pro itineribus, pro opibus. Et quis illos titulos solos numeret: quorũ missa facta est sacrificiũ? Hæc ille. Ex monopolio (inquit) sacerdotali ortum habuere missę pro defunctis: & pro subleuandis viuentium necessitatibus, aut consequẽdis vitæ præsentis commoditatibus introductæ. tanq̃ paucis ante temporibus id adinuentum fuerit aut excogitatum: ꝙ pro solutis mortali corpore animabus fiat sacrosanctæ eucharistiæ immolatio, quæ illis refrigerium prestet & relaxationem. Quod vtiq; falsum est: & sanctorum patrum omniũ sententię aduersum. ¶ Enimuero ꝙ pro fidelibus 1
mole carnis exutis oret ecclesia in sacro missæ mysterio: non recens est inuentum, quemadmodũ hic subinsinuat Lutherus. sed antiquũ atq; vetustum ecclesię institutum: exemplo veteris legis inductum, & ab orthodoxis euangelicæ legis patribus comprobatum. Nempe Aaron sacerdos accepto thuribulo offerens incensum domino, inter viuentes & mortuos stetit medius: cum desęuiret plaga a deo immissa in eos, qui seditioni Chore, Dathan & Abiron consenserant. Quid autem mysterij, factum illud subindicat? plane, sacerdotis esse munus: & pro viuis & defunctis deo preces & hostias offerre. Iudas quoque Machabæus diuinæ legis propugnator inclytus, grandem pecuniam misit Hierosolymam: quæ offerretur pro peccatis mortuorum in sacrificiũ. CHRISTVS itidem pontifex noster, medius constitit inter circunstantẽ turbam & Lazarum mortuũ, quem statim erat resuscitaturus: orans deũ patrẽ suum. In cruce vero, idem nostræ redemptionis perficiens opus: pro viuis orauit vt pater illis ignosceret. deinde ad mortuos liberãdos se cõuertit: quos ad inferna descendens, admirabili benignitate visita-

Antiquum esse institutum: ꝙ pro defunctis in missa oret ecclesia.

Numeri. 16

2. Mach. 12

Ioannis. 11

Lucæ. 23

uit. Ad cuius imitationem, primum in ſacri canonis ordine, pro viuis
2 fit ad deum oratio per ſacerdotem: deinde pro mortuis. ❡Hanc autem pro defunctis deprecationem in miſſa, antiquiſſimã eſſe: teſtatur in primis ſacer Dionyſius, apoſtoli Pauli diſcipulus: qui in eccleſiaſticæ hierarchiæ capite ſeptimo, docet ex eccleſiaſtica traditione (& haud dubie apoſtolorum: quibus erat contemporaneus) ſancitum eſſe atque receptum: ꝙ orationes pro defunctis in ſancto altaris myſterio fierent, eiſdemq́ magnopere prodeſſent huiuſmodi viuentium piæ ſupplicationes. Eandem quoque ſentẽtiam confirmat Iſidorus: in primo libro de origine officiorum dicens. Sacrificium pro defunctorum requie offerre, quia per totum orbem cuſtoditur: credimus ab ipſis apoſtolis eſſe traditum. Accedit illi & Auguſtinus: hunc in modum idem aſtruens. Hoc a patribus traditum vniuerſa tenet eccleſia, vt pro eis qui in corporis ac ſanguinis CHRISTI cõmunione defuncti ſunt, oretur: cum
3 ad ipſum ſacrificium ſuo loco cõmemorantur. ❡Idem etiam in libro nono ſuarum confeſſionũ, vbi extremam piæ & ſanctæ matris ſuę Monicæ infirmitatem apud oſtia Tiberina contractam deſcribit: inter cætera commemorat eam iam morti propinquã, illi & fratri eius dixiſſe. Ponite hoc corpus vbicũq́: nihil vos eius cura conturbet. Tantum illud vos rogo: vt ad domini altare memineritis mei, vbi fueritis. Quod & ab omnibus qui id opus ſuum lecturi ſunt, vtrique parentum ſuorũ pręſtitum iri: in fine eiuſdem noni libri, ipſe Auguſtinus pio efflagitat affectu, ita ad deum verba conuertens. Inſpira domine deus meus, inſpira ſeruis tuis, fratribus meis, filijs tuis, dominis meis: quibus & voce & corde & literis ſeruio. vt quotquot hæc legerint: meminerint ad altare tuum Monicę famulæ tuæ, cum Patritio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxiſti me in hanc vitam: quemadmodum, neſcio. Meminerint cum affectu pio, parentũ meorum in hac luce tranſitoria: & fratrum meorum ſub te patre, & matre catholica, & ciuium meorum in æternam Hieruſalem: cui ſuſpirat peregrinatio populi tui ab exitu vſq́ ad reditum. vt quod a me illa popoſcit extremũ: vberius ei præſtetur in multorum orationibus, tam per confeſſiones quàm per orationes meas. Hęc ille. Ad cuius ſancti patris imitationem: auſim & ipſe (modo id audacius æquo & fidentius non videatur) ab ijs qui hæc vtcunq́ a nobis in omnium vtilitatem elaborata lectitauerint, expoſcere: vt meminerint & ipſi ad altare dei, Nicolai & Mariæ quondã coniugis eius, parẽtum meorum, animaſq́ amborum ſuis ſuffragijs diuinæ cõmendent miſericordię, æternæq́ lucis imprecẽtur illis conſortiũ. Vt quoniã pro illis quantum debeo, non poſſum deo preces fundere: ꝙ accepta ab ipſis beneficia, nulla poſſint a me digna compenſatione rependi. quod minus valet mea ꝓſtare imbecillitas: aliorum ſaltem adminiculo perficiatur. & multorum orationes, cum ſancto aſtiterint

Dionyſius Areopagita.

Iſidorus.

Auguſtin⁹.

Verba ſanctæ Monicę ad filios ſuos.

Sancti Auguſtini parentes.

Pro parentibus defunctis pẽtẽda eſſe multorum ſuffragia.

altari, id apud diuinam emereãtur & impetrent clementiam in meorũ parentum ſubleuationem ac refrigerium: quod vnius tantũ oratio tam vbertim & commode non queat aſſequi. ¶ Cæterum ex ſupra dicto libri confeſſionũ beati Auguſtini loco conſtat vel apertiſſime: quãta animi ſyncæritate, tam mater eius pientiſſima, q̃ filius in matrem pie affectus, expetiuerint ſuffragia pro ſalute animæ illius ad altare domini fieri. quod vtiq; nõ expetiuiſſent: niſi perſuaſum habuiſſent & recte inſtitutas eſſe preces ad altare domini pro defunctorũ cõmemoratione, & illas ipſis prodeſſe. Verũ nunc cõtrahendus eſt hac de re ſermo: quo-
Cap.27 niã de eadẽ, in ſecũdo Antilutheri libro latius determinationẽ fecimus. ad quem ſane locum diligentius euoluendũ: ſtudioſus lector recurrat.
¶ Demum pro tuta viarum peragratione atq; inoffenſa, pro opibus ad 4
vitæ neceſſitatem via honeſta conſequendis, pro ſanitate corporis animæq; ſalute, ac alijs vitæ humanæ neceſſarijs adminiculis obtinendis: quis impium dixerit aut indignum, in miſſę officio orationes ad deum effundi? Nõne hæc omnia vniuerſali ambitu cõcluſit dominus in euã-
Ioannis.14 gelio: cum dixit? Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo: hoc faciam. Et cum cõtinuo ſubiunxit. Si quid petieritis me in nomine meo:
Ioannis.16 hoc faciã. Et alio apud eundem euangeliſtã loco. Si quid petieritis patrẽ in nomine meo: dabit vobis. Petite: & accipietis. Rurſum apud Lu-
Lucæ.11. cã ait dominus. Petite: & dabitur vobis. quærite: & inuenietis. pulſate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Deniq; apud Marcum: eãdem exauditionis
Marci.11 gratiam orantibus indultũ iri promittit, dicens. Omnia quæcũq; orantes petitis: credite quia accipietis, & euenient vobis. Sub hac autem gemina vniuerſalitatis nota: nonne dominus noſter & itineris proſperitatem, & opum ſufficientiam ad vitam hanc tranſitoriã honeſte traducendam, & cætera humanæ neceſſitati conducibilia etiam temporaria bona comprehendit? Eſt igitur commendandũ illud orationis ſtudium: quo talia ſiue in petitione peculiari & occulta, ſiue in publica, vt in ſacro miſſæ officio: poſcuntur a deo, cum debitis bonæ operationis circũ-
Gene.28. ſtantijs. Sane legitur & Iacob oraſſe dominũ, vt proſperam faceret viã atq; peregrinationem ſuam: cum relicta domo paterna proficiſceretur
Gene.32 in Meſopotamiam. Et cum inde reuerteretur, rurſum oraſſe deum refertur: vt ipſum reducem de manu fratris ſui erueret. Ezechias itidem
4.regũ.19 pro impetranda protectione diuina cõtra Sennacherib regem Aſſyriorum: & deinde graui laborans morbo pro recuperanda corporis ſani-
4.regũ.20 tate, dominũ orauit cum lachrymis: & exauditus eſt. Inſuper Manaſ-
2.parali.33 ſes eius filius pro ſui liberatione a manibus hoſtium & dura captiuitate Babylonica deprecatus eſt altiſſimum: & exauditus a patre miſericordiarum & deo totius conſolationis. Rurſum in prouerbijs ſcribitur
Prouer.30 Salomon ita oraſſe dominũ. Mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi:

tribue tantum victui meo necessaria. neq; idcirco reprehenditur a quopiam. Orauit præterea Isaac pro vxore sua sterili: & geminã a domino ex ea obtinuit prolem. Anna quoque mater Samuelis, pro obtinenda prole supplices deo preces effudit: & voti compos est effecta. Cũq; beatus Petrus detineretur in carcere Herodiano, essetq; breui producendus populo secundũ persecutoris propositum: oratio sine intermissione fiebat ab ecclesia pro eo. quã certe nec irritam nec inanem fuisse: admirabilis rei exitus edocuit. ¶Si igitur pro his supra dictis, & cæteris id genus vitæ huius occiduæ necessitatibus, oratione priuata recte deum oramus: cur nõ & pro ijsdem orare licuerit in ipso missæ officio, aut ad bona consequenda aut ad mala declinanda? Immerito igitur & gratis reprehendit Lutherus in verbis suis postremo citatis: missas esse institutas pro itineribus & pro opibus. Præter rationem etiam indignatur multos & varios esse titulos: quorum missa facta est sacrificium. Quot enim occurrere possunt humanæ necessitates a deo expetendæ, quas haud facile fuerit breui numero cõplecti: tot esse possunt tituli petitionum, in ipso missæ sacrificio a nobis deo porrigendarum. Qđ si titulos illos omnes abradi & aboleri ab ipso altaris ministerio cõtendat Lutherus: non erit amplius pro pace, pro serenitate aeris, pro pluuia impetrãda, orandum in ipso missæ officio. Nec erit posthac pro depellenda peste, fame, aut bello: fundenda ad deum oratio. neq; postulandũ, ꝙ prosperum faciat nobis iter deus salutarium nostrorum. neq; itidem orandum pro ægroto, ꝙ dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Et vt breui verbo concludam omnia: nihil temporalis commodi a deo postulandum est per sacerdotem sacra facientem. quo nihil absurdius & ineptius: dici aut cogitari potest.

Gene. 25. 1. regũ. 1 Actuum. 12. Pro huius vitæ necessitatibus: recte in missa preces fieri. Psal. 67 Psal. 40

¶Ornamenta altarium & templorum, in vasis, luminaribus, vestimentis, & organis: non esse damnanda. Cap. IX.

SVbijcit deinde prædictis Lutherus. Neq; hodie cessat canon iste augeri: alijs & alijs festis, alias actiones, alios Cõmunicantes asciscẽs. Vt taceam memorias viuorum ac mortuorũ: nondum ad finẽ sui auctas. Nam additamenta externa vestium, vasorum, cęreorum, pallarum, deinde organorum, totius musicæ, & imaginũ: quid dicam? Nihil pene fuit in toto orbe artificiorũ: quod non magna ex parte, sua negocia & suum quæstum haberet, & e missa aleretur. Hæc ille. ¶Verum cum suis finibus & certo limite iam olim definitus canon missæ, nullum multo retro tempore acceperit incrementum: mirum id haberi debet, quomodo dicat hic Lutherus, illum adhuc in dies augeri atq; semper excrescere. Præterea, in toto quidem anni curriculo sex tantum solennitates cæteris celebriores occurrunt: quę speciali quodam priuilegio peculiarem habent deprecationẽ,

Non recte scribit Lutherus: canonem missæ in dies augeri.

intra actionem dici de more solitam in illa canonis particula, cuius ini-
tium est, Cōmunicantes & memoriā facientes. vtpote dies CHRISTI
natalitius, Epiphaniæ, cœnæ domini, dies resurrectionis, ascensionis
& pentecostes. Sed cum illę actiones (vt vulgo vocant) certæ sint, nume-
roq; determinatæ, & multis ante seculis in vsum receptæ: nonne impu-
dens est mendacium, asserere: propter istas actiones, canonem assidue
etiam nunc augeri? quod tamen hic astruit Lutherus. ¶ De memorijs
autem viuorum & mortuorū, quas dicit continue quoq; adaugeri: re-
spondendum est. ꝙ si intelligat memorias eorum quę in collectis fiunt
deprecatorijs a sacerdote sacra faciente, in maiorem semper numerum
excrescere per nouarum huiusmodi collectarum adiectionem: id plane
falsum est. Nam prohibitæ sunt talium orationnm in missa vsurpatio-
nes: nisi fuerint ab ecclesia approbatæ, neq; liberum est cuiq; pro suo ar-
bitratu nouas collectas in vsum assumere. Q; si per memorias viuorū
& mortuorum, intelligat cōmemorationes viuorum atque mortuorum
quæ ex ecclesiæ instituto, certis locis in ipso fiunt canone: neq; recte di-
cit hic Lutherus illas sine numero & termino augeri. Nam cum huius-
modi cōmemoratio particularium personarū, pro deuotione & pia af-
fectione facientis sacra sacerdotis fieri soleat, illiusq; relinquatur arbi-
trio: siue breuior sit illa, siue productior, non recipit inde officium mis-
sæ quippiam incrementi. quoniā non adiectione aliquorum quæ legē-
da sunt, exercetur hæc cōmemoratio & memoria tam viuorum q̄ mor-
tuorum: sed sola animi meditatione tacitaq; cogitatione. ¶ Porro exter
narum rerum, quæ ad templorum & altariū faciunt ornatū, adiectio-
nem ad ipsius missæ officium: vt vasorum, luminarium, indumentorū,
organorum, & cæterorum, ad diuini cultus honorificentiā magnopere
conferentiū: immerito damnat hoc loco Lutherus, ꝙ illa omnia diuinę
maiestati pergrata esse: sacræ literæ dilucide produnt. Nempe in Exo-
Exodi. 26 et. 27 do præcepit dominus, miro apparatu confici totam tabernaculi supel-
lectilem: candelabrum aureum, diuersorū generum vasa, cortinas & cæ
tera operimenta, cum velis distinguentibus partes tabernaculi. vestes
Exodi. 28 item Aaron & minorum sacerdotum: quibus induti domino ministra-
1. parali. 23 & 24. rent. Cōmendatur & rex Dauid non mediocri laude: ꝙ organa, cym-
bala, psalteria, & citharas curauerit componendas, cantoresq; cōstitue-
rit & psaltes non paucos: qui musica modulatione laudes deo concine-
1. para. 15 rent. Quinimmo & ipse ministerio leuitarū canentiū organis & cītha-
ris, scribitur deduxisse arcam domini ex domo Obededom in ciuita-
tem Hierusalem: & in illa deductione etiā lyram pulsasse. Cur etiam
Psal. 150 exhortaretur nos ipse diuinus psaltes his verbis. Laudate eum in sono
tubę: laudate eum in psalterio & cithara. Laudate eum in tympano &
choro: laudate eum in chordis & organo. & in plærisq; alijs psalmorū
locis, idem propheta nos admoneret organis harmonicis ac musicis in-

ſtrumentis cantare domino canticum & laudes:ſi eſſent in officio eccle-
3 ſiaſtico damnāda organa,& omnis improbanda ſymphonia? ¶Quid
præterea referā ingentes impenſas & magnorū ſumptuum: quas idem 1.parali.29
rex pietate inſignis & armis,præparauit ad extruendū deo templum?
Quid deniq; cōmemorem magnificentiā templi a Salomone extructi: 3.regum.6
ornatūq; & ſplendorem eorum omniū quæ ad illius decorē & cultum &7.
ſunt mirifice adiecta? Neq; inuentus adhuc eſt quiſq̃: qui ſuperbā illā
fabricam,ſingularem materiæ precioſitatē vbi omnia rutilabant auro,
vtēſiliumq; totius templi varietatē pariter & ornatū improbarit: quo-
niā a domino deo(cui ea dedicabātur)approbata ſunt.Quid ergo nunc
carpere ſtudet Lutherus hic templorum adiectitia ornamēta? quæ &
deuotionē teſtantur fideliū atq; non parum excitant:& ad honoratiorē Ornatus tēplorum & altariū: quare probandus eſt.
diuini nominis celebritatē mirum in modū conducunt. Omitto φ ea-
dem,ſymbola ſunt & ſignificatiua ſpiritualis ornatus virtutū: quibus
decoratus eſſe debet homo interior ad exhibendū deo debitū obſequiū.
Nullam etenim dederis veſtem ſacram,qua induitur ſacerdos immola-
turus deo ſacrificium laudis: quæ non ſignificet pręclarā aliquam vir-
tutem,qua debeat exornatus effulgere ipſius animus.Ipſa itidem vela
altaris & cortinæ,luminaria ſimiliter & pallæ,& cętera omnia quę ad-
hibentur ad altaris & templi adornationē: ſuam habent ſpiritualem ſi-
gnificationē,qua deſignant eum decorē intimum,quo lucere debet ani
mus hominis qui eſt templum dei viui.Neque poſſent cuiuſlibet artis
opifices ſuam operā melius cuiq̃ impēdere: q̃ ſacrorū altarium & tem-
plorū ornatui,immo & deo,a quo quicquid habent,acceperunt:& ſuæ
etiam artis induſtriā.Cuius igitur obſequio æquius eam deuouebunt
artifices: q̃ ipſius bonorum omniū authoris dei, a quo ipſam percepe-
runt? Pręclare itidem nunc res agitur,φ miſſa quę prius dicta eſt a Lu
tero totius mundi opes exhaurire: nunc quoſuis locupletet & ditet ar-
4 tifices,honeſtiq; quæſtus materiā illis ſuggerat.¶Verū obiectabit for-
taſſe quiſpiam,ornamēta illa omnia tabernaculi Moſaici & tēpli Salo-
monij,ad vetus tantūmodo inſtrumentū pertinuiſſe:& in exortu nouę
legis euangelicæ fuiſſe abolita, cū ritibus & cærimonijs eiuſdē inſtitu-
ti.Proinde illa eadem non eſſe traducenda ad noui teſtamenti vſum:in
quo ornatus potiſſimū ſpiritualis , & adoratio dei in ſpiritu & verita-
te, exquiritur. Neq; ex vetuſti ritus qualitate ſumi poſſe argumentū:
φ eadem nunc ſint deo grata obſequia. ¶Cui adhibēda eſt reſponſio, Obiectionis aduerſariorū diſſolutio.
illa templi ornamēta nequaq̃ ad cærimoniarū genera aut iudiciorū ſta-
tuta ſpectare:quæ duo tantunm veteris legis inſtituta,in euangelicæ le
gis obſeruatione ſunt abſoleta.ſed ad diuini cultus rationem & integri-
tatem attinent:& primi pręcepti reſpiciunt materiam,quo præcipimur
colere deum,non minus immo impenſius in noua lege:quàm veteri.At
quomodo rite a nobis coletur deus toto noui teſtamenti tempore: niſi

sit locus aliquis peculiaris, orationi publicæ diuinoq; obsequio deputatus, qui sit & vocetur domus dei & templum? Quonã autem pacto fient in ea domo sacra, officiaq; & preces: si omnino sit nuda supellectili, nullumq; habeat ornatum vtensilium, ad munia ibidem præstanda necessariorũ? cum nec ipse Lutherus nec alius quispiã vellet aliquã habitare domum, omni supellectili vacuam: nudamq; prorsus & destitutam ornatu, varietateq; suorũ vtẽsilium. Vnde si cõtendant Lutherani cũ Hussitanis quos sequũtur, nulla tẽpli dei aut altaris esse debere ornamenta, quoniã illa fuerunt in veteris legis decursu: eadẽ prorsus ratione conficerent nos, nec templis vti debere nec altaribus, ad decantãdas deo laudes & offerenda sacrificia, quoniam in lege Mosaica legimus fuisse erecta altaria: & templum magnifice extructum. Et ita in domibus prophanis aut horreis, & super mensas cõmunes: esset nobis sacrificandum. Sed quis adeo mentis fuerit inops: vt talia admittat?

Alterius obiectionis dilutio.

¶Rursum insistet alius, CHRISTVM cum in vltima cœna sanctissimum sui corporis & sanguinis instituit sacramentũ & consecrauit: non vestes habuisse sacras, nec altare cortinis & pallis adornatũ, neq; cæreos adhibuisse, & cætera: quæ nunc in vsu missę habentur. Vnde ergo (inquiet) tanta irrepsit pontificibus summis audacia & temeritas: vt ausi sint superadijcere ijs quæ dominus noster egit, complura quæ nõ adhibuit suæ cõsecrationi? quasi eo ipso voluerint emendare ipsius CHRISTI opus: tanq̃ imperfectum, & superadiectione multorum indigens. 5

¶Sed illi satisfaciẽdũ est, nunq̃ ex eo ritu & modo quo CHRISTVS egit illud institutionis sanctæ eucharistię opus: nos validũ posse sumere argumentũ, ꝙ consimili modo quantum ad accidentarias circũstantias, sit agendum nobis. Vt quoniã apostolis cœnatis tradidit suum sacratissimũ corpus & sanguinem: quis probe collegerit & idem sacramẽtum fidelibus tradẽdum esse post cibũ corporis, eodẽ die sumptũ? Eodem quoq; modo, tametsi dominus noster institũes hoc sacratissimum mysteriũ: nec altare adhibuerit, neq; vestes sacras, immo nec in templo tunc sacra fecerit. apostoli tamen & eorum successores, a spiritu sancto edocti: ea omnia ad missæ ornatũ decoremq; facientia, paulatim ordinarunt, immo & ipse CHRISTVS per eosdem ordinauit huiusmodi adiectitia. quare non est illud ascribendũ cuiuspiam temeritati: sed veræ pietati, syncęritatiq; religionis Christianæ. Vnde queadmodum in ipsa prima tabernaculi constructione, adhuc rudia erant sacra: pelles hiacynthinæ applicabantur ad cooperimentũ eius, & vela cilicina. quæ tamen omnia, successu temporis permutata sunt in maiorẽ ornatũ: & admirabilem templi auro præfulgidi decorẽ ac gloriam. Ita in ecclesiæ nascẽtis exordio, prima tantũ erant diuini cultus rudimenta: necdum insignem qui exterius enitesceret decorem sortita. sed pedetentim excreuit splendor in diuino cultu per temporum curricula: ritusq; celebran-

Exo. 25

3. regũ. 6

dæ missę factus est sensim expletior,& ita demum deductus est in perfectum(qui nunc habetur)statum.

¶Dei & sanctorũ imagines non esse templis eradendas:sed congruente ac debito illis honore venerandas. Cap.X.

1 CAeterum inter multa quæ in verbis suis Lutherus circa præcedentis capitis principiũ adductis enumerat: tanq̃ superuacuo studio inducta in templum domini & altaria,quæq; cẽset ceu superflua prorsus tollenda: digerit in numerum & ordinem cum cæteris, & imagines,dei scilicet & sanctorum: in templis & super altaria religiose poni solitas. quasi indoleat & eas in basilicis collocari, debitaq; in veneratione haberi a fidelibus:malletq; easdem prorsus abradi edibus sacris,illarũq; vsum penitus tolli.Qua in re conspirat omnino cũ Hussitanis: qui inter cæteros execrabiles perditissimæ suæ hęreseos articulos,& hunc vnum asseruerunt.Imagines sunt destruendæ propter idolatriam:& quæcunq; eis veneratio facta displicet deo & sanctis suis.Ecce quos sequitur duces: errorumq; suorum insignes magistros. ¶Sed quid imagines sacras ægre fert Lutherus:etiam in templis locum & sedem obtinere?quæ nos in dei & sanctorum memoriã reuocant:recordationemq; passionum & sanctitatis ipsorum,aspectu sui,nobis inducunt.Excitant & torpentia corda nostra in ardentiorem deuotionis affectum:atq; instimulant ad æmulationẽ virtutum quibus claruerunt. Nonne & deus in veteri testamento iussit duos cherubim fieri in propitiatorio:& serpentem æneũ in deserto erigi pro signo,vt quicunq; illum aspiceret:sanaretur?Quid autem aliud sacræ sunt sanctorum imagines,q̃ venerabilia signa:quæ nobis sanctos ipsos supernæ ciuitatis Hierusalem incolas repræsentãt, atq; in nostram reducunt memoriã.

Hussitę detestantur sacras imagines.

Exo.25

Numeri.21

2 ¶Insuper & dominus noster euangelicæ legis fundator, hunc imaginũ vsum non esse repudiandũ:suo ipsius demonstrauit exemplo. quod ita refert Damascenus libri quarti de fide orthodoxa capite decimoseptimo: vbi honorandas sanctorũ imagines luculenter ostendit. Fertur(inquit)& quædã historia:q̃ dominus Abagaro Edesenorũ ciuitatis regi, qui pictorem miserat qui domini similem pingeret imaginem:non valente autem pictore ob resplendentẽ faciei suæ claritatem, ipse vestimentũ suæ faciei diuinæ & viuificæ applicans: in vestimento, sui ipsius imaginem abstersit, & sic desideranti misisse Abagaro. Hæc ille.Ad cuius historię approbationẽ non parum etiam facit,quod Eusebius in tribus postremis primi libri ecclesiasticæ historiæ capitibus enarrat:de epistola ipsius Abagari ad dominũ nostrum missa,& respõsione epistolari domini ad ipsum,demum de aduẽtu Thadæi,vnius ex septuaginta duobus eius discipulis ad Abagarum: quẽ integræ sanitati restituit,& Christianam cum toto eius populo fidem edocuit. Fe-

Ioãnes Damascenus. Abagarus.

Eusebius.

Sanctus Lucas.

runt pręterea probati authores: beatum Lucam, deiparæ virginis MARIAE imaginem depinxisse. ad cuius exemplum multæ deinceps alię fuerunt efformatæ: quæ adhuc nostra tēpestate in nonnullis celebribus locis cum magna veneratione asseruantur. ¶ Vnde sumi potest non futile argumētum, imaginum veneratione ex apostolica traditione fuisse introductam: & a principio nascentis ecclesiæ constitutā. vt etiam sentit in loco supra dicto Damascenus: qui in principio capitis modo citati 3

Damascenus.

ait. Quia nonnulli nobis exprobrant ꝙ adoramus & veneramur saluatoris nostri & reginæ nostrę deiparæ imaginem, insuper & reliquorum sanctorum & famulorū CHRISTI: audiant, ꝙ a principio deus

Gene. 1.

hominē ad suam imaginē fecerit. Hæc ibi. Ex quibus verbis, facilis sumitur cōiectura: ꝙ ipsius Damasceni tēpore (qui floruit circa annū ab incarnatione dominica: trecentesimū & nonagesimū) suscitati fuerint a maligno spiritu improbatores venerationis imaginū. Vt post trāquillitatem ecclesiæ redditam a persecutione tyrannorum, in sanctos martyres immaniter ante debacchātium: hoc nouo turbine & vento ab aquilone concuteret ecclesiæ domum, & pacem eius interturbaret. ¶ Neminem etiam latet, qui historiam legerit ecclesiasticā libri noni capite nono: quanta reuerentia & veneratione prosecutus sit sacrum dominicæ

Cōstātinus magnus.

crucis signū sibi cælitus ostensum, Constantinus magnus. quod in omnibus vexillis suis militaribus effigiari iussit: & cuius virtute contra Maxentium tyrannū incruentā (vt petierat) victoriā obtinuit. ¶ Adde ꝙ priscorum regum statuas, in monumentū virtutis eorum, atq; vt posteritati cōmendetur ipsorum memoria, erigi patimur: neq; quisquā eas censet deijciēdas. Cur igitur deo & sanctis eius nō sinit Lutherus hoc impēdi genus obsequij: quod terrenis principibus in republica bene instituta exhibetur? Quod si quis imaginem regis publico erectā consensu confringeret aut euerteret: capitalis esset reus criminis, & læsæ maiestatis insimularetur. Cur igitur tantum ac tale scelus, immo grauius non incurrit: qui sanctas regis æterni, reginæq; cæli & sanctorum cum deo regnantium violat imagines? quarum inhonorationē legitur deus, nōnunq̃ præsentanea & manifesta pœna in sacrilegos vltus. Sed satis superq; hæc abradendarū e templis sacrarum imaginū vesania: in septima synodo (quæ in vrbe Nicena, vbi & prima, celebrata est) dānata fuit: circa annum ab aduentu domini in carnem, octingentesimū & 4

Leo tertius Constantinus.

nonagesimū. postq̃ sacrilegi imperatores Græci, Leo tertius & Constātinus eius filius paternæ impietatis æmulus, & nōnulli alij eos consecuti imperatores Constātinopolitani: per aliquantum temporis interuallum improba rabie abolendarum imaginum grauiter ecclesiam sanctam perturbarūt. Quorum impijs conatibus animose sunt aduersati summi pontifices, ea tēpestate sedis apostolicę moderatores: præsertim Gregorius secundus, & proxime hunc subsecutus Gregorius tertius.

5 queadmodũ probati annaliũ scriptores: diffuse meminerunt. ¶Vnde decretorũ pontificaliũ cõpaginator: de cõsecratione, distinctione tertia, cap. perlatũ, hunc refert canonẽ Gregorij secũdi: ad Seruium episcopũ Massiliensem. Perlatũ ad nos fuerat: ꝙ inconsiderato zelo succẽsus, sanctorum imagines, sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent: cõfregeris. Et quidem te eas adorari vetuisse, omnino laudamus: fregisse vero, reprehendimus. Dic frater, a quo factũ esse sacerdote aliquando auditũ est: quod fecisti? Aliud est enim picturã adorare: aliud, per picturæ historiã, quid sit adorandũ: addiscere. Nam quod legẽtibus scriptura est: hoc & idiotis præstat pictura cernentibus. quia in ipsa ignorantes vident quid sequi debeant: in ipsa legũt qui literas nesciunt. vnde & præcipue gẽtibus: pro lectione, pictura est. Hæc ille. Eodẽ quoq; voluminis decretorũ loco, vtpote de consecratione, distinctione tertia, cap. venerabiles (quod proxime subsequitur) ex septima synodo profertur hic canon. Venerabiles imagines, Christiani non deos appellãt, neq; seruiunt eis vt dijs: neq; spem salutis ponũt in eis, neq; ab eis expectant futurũ iudiciũ. sed ad memoriã & recordationem primitiuorũ, venerantur eas & adorant: sed non seruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ. Hęc ibi. Quæ duo, ex pontificio iure deprompta testimonia, dilucide produnt: a canonicis quoq; sanctionibus probari hãc (quam astruimus) imaginũ venerationem: quatenus signa sunt, ad exemplarium recordationem nos inducentia.

Gregorius secundus.

Testimonio iuris canonici approbatur imaginũ veneratio.

6 ¶Porro quoniã septimæ synodi vniuersalis, modo facta est mentio: non incongruum nunc videbitur, quippiam diffusius de illa hic sermonem producere: & quæ ex annalibus Græcorum deprompta ferũtur de eiusdem actis: imprę̃sentiarum afferre in medium. vt ex illis dilucidius cõstet: sacrarum imaginũ venerationem ibidem esse approbatã. Septima itaq; synodus (vt ex Græcorum librorum monumentis: probati referunt authores) celebrata fuit Niceæ (quæ in Bithynia vrbs est, admodum celebris) vbi & prima omnium congregata fuerat contra Arrium & eius affectatores. Conuocationis autem huius sacrosanctæ & vniuersalis synodi, quæ septimũ sortitur ordinis locũ: hanc perhibent fuisse causam. Cum tota ferme Græcia, contaminata esset infando errore & hæresi execranda abolendarũ e templis sacrarum imaginũ: inducta per Leonem tertium, Græcorum imperatorem, & aliquot alios eius in imperio successores, & impietatis eiusdem imitatores: Constantinus sextus illius nominis imperator, Leonis quarti filius, Christianæ pietatis amator: cũ Hirene matre sua, muliere cordata & syncæræ religionis amantissima, miseratus grauissimam perturbationem, qua tota Gręcorum ecclesia tum concutiebatur ob hanc controuersiam de honorandis aut abijciendis imaginibus sacris: curauit generalem synodũ conuocari in Nicena vrbe, sub Adriano summo pontifice, huius nominis primo: qui & illuc suos misit lega-

Quo tempore & loco, & quam ob causam: septima synodus fuit celebrata.

Constantinus.
Hirene.

tos apostolicæ sedis vicarios in illius cōcilij approbationem. Cum quibus fuisse dicuntur illic congregati patres orthodoxi, trecenti sexaginta septem, circiter annum ab incarnatione domini octingentesimū & nonagesimū: vt paulo ante etiam est dictum. Hi autem omnes verenādi patres tam occidentalis q̃ orientalis ecclesiæ, vno spiritu cōgregati sunt cōtra Iconomachos, id est impugnatores imaginum figuratarū CHRISTI & sanctæ crucis, beatæ quoq; virginis & matris domini, necnō reliquorum sanctorū: quas improbe asserebant nullo modo esse colendas seu venerandas. Verum infelices illi veræ pietatis hostes ignorare visi sunt, ꝙ honor qui imaginibus impenditur: non propter imaginem, sed propter illum quē imago repręsentat, exhibetur. & ꝙ propter huiusmodi picturas & figuras, egregia facta & opera præclara sanctorum infiguntur altius memoriæ laicorum idiotarū: qui per scripturarū notitiā & lectionem ea capere non sufficiunt. ꝙ deniq; imaginum pictarū aut sculptarum adminiculo, insignia ipsorum sanctorum acta, facinoraq; memoratu digna successiuo quodam ordine trāsmittuntur ad posteros. vt gloriosi horum triumphi & mores eximij, obliuione non deleantur: sed cum omni pietate celebrētur a tota posteritate. Vnde & alij prouocentur alacrius ad æmulationem eorum: & demū per exemplum ipsorum imitatores effecti, assequantur & participationē hæreditatis æternæ: in qua conscripti sunt illi supernæ felicitatis ciues. Horum itaque, imagines sacras improbantiū assertionē erroneam & impiam: multis sacræ scripturæ testimonijs confutātes prædicti patres, in ea synodo congregati: ipsam ab ecclesia catholica prorsus exploserunt. perpetuo anathemate ferientes ac percellentes, eos: qui contra illius synodi sententiā, imagines ipsas sanctorum pie religioseq; venerandas esse definientem: postmodū aliquid temerarie attētarent. Ecce synodi illius septimæ decretum, ab hinc sexcentos annos & amplius sancitum: cui nullus sanæ mentis aduersari aut reclamare debet.

Multiplex profectus: ex imaginū veneratione proueniens.

7 ¶ Quod vt approbatius habeatur, lubet adhuc vno celeberrimi authoris (scilicet Augustini) testimonio, illud ipsum suffulcire & stabilire. qui his quæ prædicta sunt cōformis: eandem quoq; venerationem cōmendat generalibus quidē verbis, cū ait in tertio libro de doctrina Christiana. Sub signo seruit: qui operatur aut veneratur aliquam rem significantem, nesciēs quid significet. Qui vero aut operatur aut veneratur vtile signū diuinitus institutum, cuius vim significationēq; intelligit: non hoc veneratur quod videtur & transit, sed illud potius, quo cuncta talia referēda sunt. Hæc ille. Ex quibus liquido constat, eos qui sanctorū venerantur imagines secundum ecclesiæ sanctæ constitutionem: non ipsis affigi imaginibus, nec solis illis immorari in huiusmodi honoratione: sed eā vlterius referre in prototypos ipsos & primitiuos sanctos, qui per imagines eas repręsentantur. Proinde merito quondam dānatos fuisse & habitos hæreticos:

Augustin9.

qui tam piam & religiosam sacrarum imaginum veneratione improbare tentarunt cum peruicacia & mentis obstinatione. Quid igitur hæresin hanc pestiferam multis retro seculis explosam, resuscitare connititur Lutherus: suggerente bonorum omniũ osore satana? qui inuidens salutari animarũ fructui, ex imaginum in templis erectione prouenienti: suos instimulat ministros & satellites, vt eas suadeant eliminandas, tollendasq; curent. De quibus venerandis ampliorem expetens pertractationem: recurrat ad expositionem de canone missæ præstãtis doctrina viri Gabrielis Biel. qui in eiusdẽ operis lectione quadragesima nona: de ipsa veneratione imaginum præclare & copiose differit. Gabriel Biel.

¶In euangelio nihil contineri: sacro missæ officio apud ecclesiam obseruato aduersum, missamq; esse opus bonum: contra Lutherum, hoc improbe negantem. Cap. XI.

POstremum, quo fine concludat tandẽ Lutherus suã prefationem: attentius audiamus. Transierunt itaq; ista (inquit) & adhuc transeant, reuelante euangelio abominationes tãtas: donec penitus aboleãtur. Nos interim omnia probabimus: quod bonum est tenebimus. Verum hoc loco dicere omittimus, missam esse sacrificium seu opus bonum: quod alias abũde docuimus. Apprehendamus eam vt sacramentũ siue testamentum, seu benedictionẽ latine. eucharistiam græce: vel mensam domini, vel cœnam domini, vel memoriam domini, vel cõmunionem, vel quocunq; nomine pio placet: modo sacrificij aut operis titulo non polluatur. & ritum monstremus quo nobis visum est in illa vti. Hæc ille. ¶Cæterum nescio plane an aliud sit Luthero euangelium a nostro, per ecclesiam catholicam recepto: quod reuelet missæ secũdum antiquum ritum celebratæ abominationes. Id vnum scio, euãgelium CHRISTI tales abominationes non reuelare: quoniã nullæ sunt. Q; si dictum suum modo adductũ intelligat Lutherus de sacro ecclesiæ euangelio quo ipsa in omni terrarum orbe & apud vniuersos vtitur: magnam certe illi infert iniuriam, atq; blasphemiam. q; dicat illo abominationes nostræ missæ detegi: quo ipsa missa tanq̃ firmo & primo fundamento nititur. Verum hic mos est Lutheri: impietates & insanias suas, sacrarũ literarũ perperam intellectarũ præsidio munire, easq; euãgelio attribuere: vt ita rem CHRISTI agere videatur. Sed nonne illud ipsum est prophanare sacra: & sanctissima dei eloquia, nequitiæ suæ arma facere & munimenta? Quod & de sacratissima beati Pauli sentẽtia, Omnia probate: quod bonum est tenete. hoc itidem in loco facit: dicens se illi in hoc negocio innouandæ missæ, conformare velle. cum id attentans: omnino alienũ faciat opus ab eo, quod deiloquus Paulus in verbis illis suadet. Enimuero cum admonuisset ibidem apostolus: prophetias, sacrarumq; literarum expositiones non 1. thessa. 5.

esse spernendas: & contingat interdū expositores ipsos aberrare a vera
Recta sentē tiæ Pauli expositio. & recta illarū intelligētia: in verbis supra dictis hortatur sacer Paulus, omnia ipsorum interpretū dicta quæ in sacræ scripturæ proponuntur expositione, exacta ratione discutiēda esse: & demū quę sana sunt & recta in illis, acceptari debere. At in ipso celebrandæ missæ ritu, omnia summorum pontificum & ecclesiæ authoritate sunt iam olim approbata ac stabilita. neq; cuiq; nunc datur facultas, illa nouo examine discutiendi: sed illis tantum, vt instituta sunt, vtendi. Qua igitur authoritate (ne dicam, temeritate) audebit Lutherus rem antiquissimo vsu probatam discutere: & in ea quod sibi bonum videtur, capessere, quod vero suo non sapit stomacho: reijcere? ¶Porro quoniam non admittit hic 2
Lutherus: missam ipsam cognominari debere sacrificium nec opus bonum, & eam titulo sacrificij esse insigniendā: paulo ante est monstratū, age nunc paucis ostendamus, eandem etiā opus bonū denominari debere: quod sequentibus moliemur rationibus. ¶Primum, antiquæ legis sacrificia & oblationes erant (cum rite fiebant) opera bona. quandoquidem per Malachiam prophetā ait dominus. Et placebit domino sacrificium Iuda & sacrificiū Hierusalem: sicut dies antiqui & sicut dies seculi. Nihil autem ei placet: nisi bonum sit opus. Et cum offerret Noe holocaustum domino, exacto iam diluuio: odoratus est dominus odorem suauitatis, quod diuinæ erat acceptationis indiciū. Quinimmo in nōnullis instituti veteris oblationibus ignē cælo demisit dominus: qui deuoraret holocaustū. quod argumentū erat non modicum: talia sacrificia illi fuisse cordi. At nouæ legis sacrificiū, quod in sacro missæ officio immolatur: longe præstātius est & dignius quibusuis antiqui ritus victimis. & tanto quidē sublimius: quanto sacratissimū CHRISTI corpus & sanguis sacratiora sunt carnibus hircorum & taurorum, sanguineq; pecorū. Igitur celebratio missæ (in qua tam admirabile mysteriū deo offertur) valentiore iure opus est bonum: eoq; nomine nuncupāda.

Malachiæ. 3

Gene. 8.

Leuit. 9. 3. regū. 18

¶Rursum, beatus Paulus de Mosaicæ legis institutis loquens: in epi- 3
stola ad Hebræos inquit. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Huiusmodi autem pontificis oblatio, secundum pontificalis ordinis ritum & leges a deo definitas peracta: erat procul dubio opus bonū, nam a deo præceptū & fieri iussum. Atqui sacerdos euāgelicus haud dissimiliter pro hominibus cōstituitur in ijs quæ sunt ad deum: vt donum illud singulare dei, panē scilicet viuum qui de cælo descendit, & sacrificiū perfectum offerat pro peccatis, tam suis q̄ totius populi. Igitur oblationis illius exhibitio, quæ in missa peragitur secundū ecclesiæ sanctæ institutū, a CHRISTO acceptū: etiam est opus bonum. Immo tanto potius: quāto veritas est figura superior, & exemplar imagine. ¶Insuper, beata Maria Magdalena cum caput domini 4

Hebræ. 5

Ioannis. 6

nostri in cœna perfudit vnguento,& pedes eius inunxit:bonum opus Matth.26
fuisse operata,summæ veritatis voce perhibetur.Sacerdos autem sacra Ioannis.12
faciens:vnguento diuinorum charismatũ & donorum,ex oblatione do
minici corporis & sanguinis profluentium in fideles: perfundit corpus
CHRISTI mysticum,sanctam scilicet ecclesiam,quę cõmunionem bo
norum spiritualiũ largiter accipit ex hoc vberrimo gratiæ fonte.Quis
igitur recte negauerit,& hunc sacerdotem facere opus bonũ salutareq̃
multis: in quos deriuatur spiritualiter odor diuinæ gratiæ, ex hoc sa-
cramento exuberanter in cæteros emanãtis? ¶Ad hæc,CHRISTVS
in cœna nouissima cum panem in sacrum corpus suum virtute super-
cælesti conuertit,& vinum in sanguinẽ, instituens hoc sublime myste-
rium:sine aliqua hęsitatione opus bonum fecit.cum ipse de patre suo lo
quens, dicat apud Ioannem. Ego quæ placita sunt ei: facio semper.Et Ioannis.8
vox superni patris in baptismo & trãsfiguratione super ipsum clare in- Matth.3
tonuit.Hic est filius meus dilectus:in quo mihi complacui, ipsum au- Matth.17
dite.At vero sacerdos in altari sacrum CHRISTI corpus consecrans
& sanguinem: idem consimileq̃ facit opus illi,quod CHRISTVS fe-
cit in cœna.quandoquidem discipulis suis de illo mysterio dixerit ipse
dominus. Hoc facite in meã cõmemorationem.Quod & omnibus sa- Lucæ.22
cerdotibus deinceps esse dictum,intelligi debet:in sacerdotali ministe-
rio idem cum apostolis munus sortitis.Quare & sacerdos in altari mis-
sam celebrans, facit opus bonum:& missa,de bonorũ operum numero
5 esse conuincitur. ¶Præterea,dominũ nostrum in cruce bonum opus fe
cisse:negauerit nemo.cum tradidit semetipsum pro nobis, oblationem Ephesi.5
& hostiam deo in odorem suauitatis: & sanguinẽ suum effudit pro no-
bis in precium. Et tale quidem opus:quod toti mundo salutiferũ fuit.
quando mortuus est non solum pro Iudæorũ gente: sed etiam vt filios Ioannis.11
dei qui erãt dispersi, congregaret in vnum.& factus est propitiatio pro 1.Ioannis.2
peccatis nostris:nõ pro nostris autẽ tantũ, sed etiam pro totius mundi.
Sed consimile facit opus sacerdos,in altari consecrans venerabile sacra-
mentũ eucharistię:ei quod CHRISTVS peregit in cruce.Nam idem
deo offert sacrum corpus,eundemq̃ sanguinẽ re ipsa:licet alio modo,&
mysticis adopertum signis.Eundẽq̃ agnum immaculatũ offert domi
no: eum scilicet qui tollit peccata mundi,in repræsentationem atq̃ cõ- Ioan.1
memorationem oblationis eiusdem agni,semel factæ in cruce. queãd-
modum ex Chrysostomo prius est adductum.Est igitur missa,immo-
6 lationis illius ministeriũ:opus bonũ. ¶Adde ꝙ opus bonũ recte pos- Quid est
sit hoc in loco diffiniri idipsum esse:quod rite faciẽti & alijs prodest ad opus bonũ
salutẽ. Ipsa autem missa,sacerdoti debite eam celebranti.maiorẽ in mo-
dum ad salutem animæ suæ confert: quod neminem inficiari velle pu-
tauerim. Conducit insuper & cæteris tam viuis q̃ defunctis (pro quo-
rum celebratur salute)eadem oblatio.Nam de plenitudine gratiæ tãti

ſacramenti, ipſi accipiunt participationem & portionem:tanq̃ diſtribu tionē diuini muneris,vbertim in multos effluētis.eſt igitur ipſa miſſa: opus bonū. ❡Ad hęc,Quāuis ſordidatus peccatis & deo odibilis eſſet 8
tanti ſacramenti miniſter,atq; idcirco ſibi graue pararet iudiciū, illud in ſancto altari conſecrās & ſumens: nihilo ſecius eius immolatio alijs prodeſſet ad ſalutem,pro quibus illa fieret,& ratione oblati muneris, vnigeniti filij dei:qui non poteſt vnq̃ deo patri non eſſe gratiſſimus.& ratione offerētis id ſacrū munus,eccleſiæ:dilectæ CHRISTI ſponſæ. haud ſecus atq; a bono domino per malum ſeruū collata eleemoſyna: pauperi prodeſt & eſt ſubſidio,in quem confertur.q̃uis ſeruus ille obmurmurans in præceptū domini ſui,nihil inde cōſequatur meriti,ſed etiam dando delinquat.Igitur per contaminatū ſceleribus ſacerdotem peracta miſſa: adhuc opus eſt bonum,non quidem celebranti,qui deo inuiſus eſt:ſed cæteris,quibus efficacia immolationis illius communicatur. acceptaturq; a deo id munus, tum ob hoſtiā ſacram oblatā: tum etiam ob ſanctam eccleſiam, illam offerentē. Quāto magis igitur opus eſt bonum,idem ſacrum miniſteriū:cum a bono purgatoq; vitijs fit ſacerdote: cui vltra hæc omnia prodeſt etiā illa oblatio ad animæ ſuæ ſalutem? Semper igitur ipſa miſſa,opus eſt bonum:ob communicationē gratię eius in multos. ❡Rurſus.Eleemoſynā in pauperes rite erogatā, 9
nullus addubitat opus eſſe bonum:necnon ieiunium & orationē.cum dixerit angelus Raphael ad Tobiam. Bona eſt oratio cum ieiunio,& eleemoſyna:magis q̃ theſauros auri recondere. & dominus in euangelio repromittat amplam mercedem ijs qui ſyncæro affectu hęc tria opera exercuerint.Cur igitur ſimili,immo potiore iure:nō tribuemus miſſam eſſe opus bonū? cuius longe amplior eſt fructus ſpiritualis & vberior benedictionis copia:in alios emanās ab ipſo gratiarū fonte.In hac enim,auguſtiſſimi myſterij eſt celebratio,& nō pecuniæ aut caſtigationis corporis aut orationis ſolū oblatio:ſed agni immaculati,qui totius mundi eſt reconciliatio & ſalus. ❡Deinceps,Suſceptio ſanctæ euchari- 10
ſtiæ a laico per manum ſacerdotis,recte ad tantum opus præparato:denominatur opus bonū ab omnibus,cum dicat ipſa ſumma veritas. Si quis manducauerit ex hoc pane:viuet in æternum.Per illam enim mā ducationē, fidelis anima deo inſeritur:ſaginaturq; pabulo cæleſtis alimoniæ.per eandem quoque, pia mens in deum traducitur: illiq; penitus immanet.Igitur & miſſa,ſacrumq; in altari miniſteriū cōſecrandæ euchariſtiæ: æquiore ratione bonū eſt opus.Quicquid enim in illa cōmunicatione ſacramentali laici,geritur,rationem habens & ſpeciem boni operis:idem quoq; exercetur in miſſa,vtpote ſumptio ſanctiſſimi ſacramenti.Et inſuper aliquid amplius fit in miſſa, quod in laici cōmunione locum non habet:vtputa conſecratio corporis & ſanguinis dominici,eiuſdemq; oblatio. Neq; quenq̃ dederis: qui non dicat miſſæ cele-

Tobiæ.12
Matth.6
Ioannis.6

brationem esse sublimius & excellentius opus, q̃ solam laici sacramen-
11 talem cõmunicationẽ. ¶Postremo. Si non est missa bonũ opus, vt vult Lutherus: tunc eam celebrans sacerdos haudquaq̃ gratũ deo præstaret obsequiũ, quia bonum opus non faceret. Tunc itidem nullus ex missę celebratione in assistentes & eos pro quibus peragitur id mysteriũ: proueniret fructus. Quare frustra ad missam audiendam confluerent fideles: vt ex qua nullam essent spiritualem vtilitatem percepturi. Inuanum etiam pro viuis aliqua oppressis calamitate vel necessitate, fieret in missa supplicatio: cum non posset ipsis virtute illius quicq̃ opis cõmunicari. Deniq; incassum pro mortuis fierent fundationes anniuersariæ aut perpetuæ: ꝙ non posset illarum celebratio opitulari illis vel afferre leuamen. Sed idipsum asserere, nonne est piam fidelium deuotionem extinguere, ac eosdem a missæ frequentatione auertere: abducereq; a suffragijs, sacro missarũ ministerio ijs qui vita exempti sunt impẽdendis? Impia igitur & execranda est hæc assertio, ecclesięq; sanctæ ma
12 xime perniciosa: quæ asseuerat missam non esse opus bonum. ¶Porro in hoc loco & sequẽtibus, missæ nomen collectim accipitur, pro toto celebrationis in sacro altari officio: quod ad consecrationem & oblationẽ sanctissimi eucharistiæ sacramenti ab ecclesia est ordinatum. ꝙ in quotidiana & apud omnes vsitata locutione: secundũ eam rationẽ plærũq; sumi soleat id nomen. Haud tamen negauerim, eandem dictionẽ etiam proprie accipi pro ipso altaris sancti sacrificio: quod in huiusmodi ecclesiastico ministerio immolatur & sumitur, & ab illo tanq̃ præcipua illius officij parte: totum etiam illud officium consimili appellatione denominari, missamq; dici. Vnde qui Hebræam callent linguã & illius norunt rudimenta: dicunt missam Hebraicum esse vocabulum, & tãtundem significare atq; oblationem siue sacrificium. Siquidem in illo decimisexti capitis libri Deuteronomij loco: vbi nostra habet traductio. Et celebrabis diem festum hebdomadarũ domino deo tuo, oblationẽ spontaneã manus tuæ: quam offeres iuxta benedictionem domini dei tui. pro dictione, oblationem: perhibent in Hebræo haberi & poni dictionem, missam. & in nonnullis alijs librorum veteris testamẽti locis, vbi nos oblationem aut sacrificium legimus: Hebręos missam habere. Ex quo perspicuum euadit, eam vocem, missam: antiquum esse vocabulum, & a synagoga ad ecclesiam traductum, atq; a primis euãgelicæ legis patribus: ex Hebraica lingua in vsum ecclesiasticũ, assumptũ. Dilucidũ etiam fit ex eodem fundamento, q̃ futilis & inanis, veritatiq; dissona sit illa Lutheri peruicacissima assertio: qua contendit missam non esse sacrificium. cum secundũ Hebræorum documenta, missa idipsum significet quod sacrificiũ. perinde atq; contenderet, lapidem non esse saxum: aut ensem non esse gladium, vel tunicã non esse vestem. Sed de illo asserto: satis superq; prius productus est sermo.

Quid missa: apud Hebræos significat.

Deutero. 16

¶Rationum quibus contendit Lutherus missam non esse opus bonum, dissolutio: & quibus appellanda sit nominibus missa, discussio. Cap. XII.

AT vero non fuerit hic ociosum, respondere quodā cōpendio, aliquot Lutheri rationibus: quibus in libro suo de captiuitate Babylonica, maxime omnium pestilente & exitiali (de quo intelligendum puto, quod in verbis suis postremo adductis dicit: se alias docuisse, missam non esse sacrificium nec opus bonum) contendit missam nequaquā esse bonum opus. Et primo quidem loco ita 1
1 rem propositā aggreditur. Missa (inquit) est promissio nobis a deo fa-
2 cta: non igitur est opus bonum, nec quicq̄ in eo fit. ¶Sed hic comprobet, opus est, quod assumit: missam inquam esse promissionem, nam id a veritate alienum est. Non enim maiorem habet missa, promissionis rationem: quàm CHRISTI consecratio, in vltima cœna, peracta. Planum est autem, in illa cōsecratione nullam exprimi promissionem: sed solam potētificam & excellentissimam CHRISTI circa mystica sacramenti eucharistiæ signa operationem. Et cum in missa fiat superadmirabilis cōuersio panis in corpus dominicum, & vini in eius sanguinē, eiusdemq; oblatio: quomodo vere dicit hic Lutherus, nihil in ea fieri?
Lucæ. 22 Certe qui apostolis, & per eos sacerdotibus cunctis dixit. Hoc facite in meā cōmemoratione. ipsis aliquod opus faciendū iniunxit, hoc ipsum videlicet: quod ipse tum fecit. Cum etiam in missa fiant obsecrationes, orationes, postulationes & gratiarum actiones, secundum apostolicam
1. timo. 2 regulam Timotheo traditam: quis vere negauerit, aliquid in ea fieri, & bonū quidem opus ibidem exerceri? ¶Secūdo obiectat, missam aliud 2
nihil esse q̄ testamentum CHRISTI: sacramento corporis & sanguinis sui cōfirmatum, & exinde colligit: ipsam non posse esse opus. Quis enim est (inquit) vspiam tam insanus: vt testamentum donatum vocet opus bonum, quod suo testatori faciat accipiens? ¶Sed & hic abnuendum est: quod assumit. Nam etsi sacramentum ipsum eucharistiæ ad pium & rectum sensum possit testamentum vocari, q̄ nobis ineffabili dei bonitate sit in testamento domini legatum. cum tamen missa secundum propriam suam rationem non sit ipsum altaris sacramentum, sed diuinum officium, quo secundum constitutionem ecclesiæ, huiusmodi sacramentum consecratur: complectens sacrarum literarum lectiones, professionem fidei, pias orationes, & oblationem dominici corporis & calicis, atque sumptionem, tanquā partes suas: plane constat ipsam missam nequaquam dici debere testamentū, sed potius dominici testamenti aliqua ex parte commemorationem aut repræsentationem. quatenus scilicet in ea recitatur institutio prima & mira ordinatio tanti mysterij. Quis autem huiusmodi cōmemorationem diuini testamenti, præcepto

Quid nomine missę: proprie signatur.

testatoris factã in gratitudinis argumentum,& totius ecclesię subleua-
3 men: inficiabitur esse opus,& bonum quidem opus? ¶Tertio Luthe
rus hanc nectit ratiocinationem. Laici cõmunio: alteri non prodest lai-
co. Non igitur sacerdotis missa prodest populo. ¶Quae reuera pror-
sus inualida est: ꝙ magnum sit discrimen inter laici cõmunionem & sa-
cerdotis celebrationẽ. Nempe laicus e manu tantum sacerdotis cõmu-
nionem sacram accipit,& pro se: quemadmodũ apostoli in cœna accepe Matth. 26
runt idem mysterium e manu domini. Sacerdos vero id facit in altari:
quod CHRISTVS in cœna gessit. nam conficit ipsum sacramẽtum &
offert deo: non quidem pro se solo, sed & pro toto populo. Quemadmo
dum enim pontifex Leuiticus dona & sacrificia solitus erat offerre pro Hebrae. 5
sua & populi ignorantia, rogareq; ex designato sibi officio pro tota sy-
nagoga: haud secus sacerdos euangelicus vt publicus ecclesiae minister
in illa sacratissima oblatione, ratione accepti muneris sacerdotalis pro
tota orat ecclesia. Perspicuũ est igitur, & ipsam missam populo prodes-
se, per fructus ipsius participationem: quod perperã negat Lutherus.
4 ¶Quarto vero, pene consimilem texit rationem: & pari dissoluendam
modo. Non potest (inquit) laicus pro alio baptizari: aut vxorem duce-
re. Igitur nec sacerdos pro alio potest missam celebrare: cui id prosit ad
salutem. ¶Sed & hic perperam comparat eum qui sacramenta tantum
accipit: ad eum qui illud conficit & cõfert. Nempe laicus duntaxat ba-
ptimum suscipit aut matrimoniũ: non etiam alijs confert. Sacerdos ve-
ro in altari ipsum consecrat sacramẽtum & alijs ministrat: neq; solum
illud pro se accipit. Proinde debet ipse conferri ijs qui baptismum aut
matrimonij sacramentum ex ecclesię instituto alijs ministrant. qui sicut
illis singulis quibus lauacrum regenerationis aut sacra connubij fœde
ra cõferunt, haud dubie prosunt: ita & sacerdos celebrans, caeteris affert
ex ipso missae ministerio, animae profectum. & tanto quidem vberiorẽ:
quanto maior gratiae exuberantia in ipso eucharistiae sacramento conti
5 netur,& ex eo in alios emanat: q̃ in caeteris ecclesiae sacramentis. ¶De-
mum postremo loco, huiusmodi intorquet iaculum Lutherus. Quem-
admodum Abraam non pro caeteris credidit Iudaeis, sed in vnoquoq;
eorum sua requirebatur fides ad salutem: ita nec sacerdotis fides quicq̃
salutis affert assistentibus missae, sed quisq; eorum propriam debet exhi
bere fidem: quae sibi ipsi salutaris sit & prosit. Non igitur celebratio sa-
cerdotis, alijs cõmunicat quippiam boni: vt qui nihil fructus ex missa
possint assequi, nisi radicata fuerit in ipsis primũ fides. Sine fide enim
(vt testatur apostolus) impossibile est quenquam placere deo. ¶Ve-
rum haec ratiocinatio probe quidem colligit: necessariã esse fidem ijs,
qui fructum aliquẽ ex missa volunt assequi. Non tamen ex eo recte cõ
ficit propositũ: vtpote missam alijs nõ prodesse. Queadmodũ & passio
CHRISTI in cruce quantum ad fructum eius, illis tantum attulit sa-

lutem: qui fidem habebant in illum. nam cæterorum incredulitas illis fuit obstaculo: ne tanti boni fierent participes. haud tamen ex eo recte colligas: passionem domini nostri nullis profuisse, vt quæ toti mundo gratiā salutis cōmunicauerit. Est itaq; fides propria cuiusq;, vt fundamentum apprime necessariū: ad obtinendā diuinorum munerum per missæ mysterium participationem. Sed eo fundamento solide iacto in fabrica cordis: magna supernæ gratiæ largitas per sacramenti altaris celebrationem in cæteros deriuatur. Verūtamen haud negauerim, nonnunq̄ per missæ beneficiū id impetrari: vt fides alijs qui increduli fuere infundatur, illustrenturq; eorum corda splendore diuinæ visitationis. quemadmodū & benefica CHRISTI passio promeruit, multis Iudæis & gentibus donum fidei (qua prius caruerant) aut ostensione miraculorū aut apostolorū prædicatione impartiri. Vt intelligamus nullum esse diuinæ gratiæ munus: quod nō possit per sacrum missæ ministerium alijs obtineri. quoniam in eo vere immolatur ipse dominus noster: in quo omnes thesauri gratiæ sunt reconditi, & de cuius plenitudine nos omnes accepimus. ¶ Sed nunc ad institutū iter reflectamus nostri sermonis habenas. Iam (vt reor) ex prędictis liquet satis: missam recte & sacrificij titulo & boni operis denominari. quorum vtrunq; negat hic Lutherus in verbis suis, circa pręcedentis capitis principiū productis: volens eam potius alijs insigniri nominibus, vt appellatione sacramenti, aut testamenti, ac cæterorum ante dictorum. quorum tamen nullum, secundū exactam sermonis proprietatem rectumq; loquendi morem: missæ attribui apte queat. Enimuero missa ipsa (si totam & integram eius rationem attendimus) proprie sacramentū non est: sed officium ecclesiasticum, quo sacramentū eucharistię consecratur & offertur deo. Neq; itidem testamētum est: sed diuini testamenti cōmemoratiuū mysterium, vt paulo ante est dictum. Rursum nemo missam probe dixerit benedictionem: sed potius ritum ecclesiæ, quo panis & calix benedictionis deo cōsecratur & sacrificatur. Neq; itidem quis missam congrue appellauerit eucharistiam: cum non sit ipsa sacramentū altaris dominici, sed sacrum ministerium quo ipsa eucharistia consecratur & immolatur. Neq; eucharistiam dictionem Græcam, qui eam callent linguam, interpretari solent latine benedictionē: vt subindicat hic Lutherus, sed bonam gratiam. Benedictionē vero: græce eulogion proferunt. Consimili quoq; ratione, missa ipsa nō mensa domini est aut cœna: sed mensæ & cœnæ domini repræsentatiuū mysterium. Neq; etiam, memoria domini recte dicitur: sed in cōmemorationem eius institutū officiū. Demum neq; cōgrue appellatur ipsa missa, cōmunio: sed potius communionis sacræ ministeriū, ecclesiastico ritu institutum ac celebratum. Videmus igitur octo illa nomina quæ missæ ascribit hic Lutherus: nō tam illi collectim sumptæ conuenire, quàm sancto eucharistiæ sacra-

Ioannis. 1.

Diuersa nomina: missæ nō congruētia.

mento,quod nullus recte sapiens:missam appellauerit vnq̃. ¶Sed iam tempus adest,vt ritum ipsum Lutheranũ proferamus quo vult missam celebrari : immo reuelemus formulæ illius execrandæ abominationes pessimas. Nunc igitur arrectis auribus nouũ audiamus Aristarchum: virga censoria quæ admittenda sunt aut submouenda, alto supercilio signantem,suæq; missæ ordinem hoc modo describentem.

¶Generalem peccatorum confessionem, in missæ principio non esse prætermittendã: neq; damnandam sanctorum a nobis inuocationem,vt deum pro nobis orent. Cap. XIII.

PRimo(inquit Lutherus) introitus dominicales & in festis CHRISTI probamus & seruamus: quanquã psalmos mallemus vnde sumpti sunt, vt olim. Q̃ si qui,apostolorum,virginis,aliorumq; sanctorum introitus(quando e psalmis aut alijs scripturis sumpti sunt)probare volent:non dãnamus. Hæc ille. ¶Sed ab ipso percontandum esset ante omnia, cur confessionis peccatorũ publicę,ante missæ introitum faciẽdę:hic suo in loco non meminerit.quã ex recta institutione ecclesię,a Pontiano summo pontifice,vel(vt alij sentiunt)a Damaso introductam:facit alternatim sacerdos missam celebraturus,& assistens populus. Credo equidem nullã illius ab ipso factam mentionem:vt eam suo damnet ac improbet silentio,q; in ea confessione sanctis dei confiteamur peccata nostra, & precemur illos, q; pro nobis orent deũ. Nempe capitale bellum palam videtur Lutherus indixisse venerationi sanctorũ:quos a nobis honorari & orari non vult,vt sequẽtia eius verba in proximi capitis principio proferenda:dilucide indicabunt. Et quoniam complusculi pestifera eius tabe corrupti, cẽsent eam confessionem præambulam in missæ exordio non esse dicendam : vt eo liberentur errore, nonnihil hac de re est proloquendũ, idq; proponendum in primis, q; non est recens inuenta aut temere instituta huiusmodi præuia & publica peccatorũ confessio: sed ex veteris instrumenti deducta ritu. Nempe præcepit dominus Moysi inter cæteras festi expiationis obseruationes : q; pontifex posita vtraq; manu super hircũ emissarium,confiteretur omnes iniquitates filiorum Israel & vniuersa delicta atque peccata eorum. ¶Rursum in alio loco, vbi graues explicuit ęrumnas dominus deus quas perpessuri erant filij Israel ex præuaricatione mandatorum eius: demũ subiunxit. Et propter peccata patrum suorum & sua affligentur : donec confiteantur iniquitates suas & maiorum suorum,quibus præuaricati sunt in me. Vbi vna ad reconciliationem cum deo obtinendam via proponitur : humilis peccatorum confessio , in conspectu eius suppliciter facta . Quam & Neemias in oratione sua humiliter ad deum profusa, obseruauit dicens . Audias orationem serui tui , quam ego oro coram te hodie , die ac nocte pro

Pontianus
Damasus.
Leuiti.16
Leuit.26.
Neemiæ.1.

filijs Iſrael ſeruis tuis:& confiteor pro peccatis filiorum Iſrael,quibus
peccauerunt tibi. ¶Apud eundem etiam texitur narratio,ꝙ pro impe
tranda venia præuaricationis in mādatum dei de non ducendis vxori-
Neemiæ.9. bus alienigenis: conuenerunt filij Iſrael in ieiunio & ſaccis, & humus
ſuper eos, & ſeparatum eſt ſemen filiorum Iſrael: ab omni filio alieni-
gena. Et ſteterunt & confitebantur peccata ſua: & iniquitates patrum
ſuorum. ¶Demum ſanctus propheta Daniel poſtq̄ in ieiunio & fletu 3
orauit dominum intentius pro liberatione populi ſui a captiuitate Ba
bylonica: poſt deſcriptam ſuam orationem piam & deuotā ſubiungit.
Danie.9 Cumq; adhuc loquerer & orarem : & confiterer peccata mea, & pecca-
ta populi mei Iſrael. Ecce ſancti patres in ſacrificijs & orationibus ſuis,
inſpirante deo & interdum iubente: confeſſionem peccatorum ſuorum
fecerunt,compertum habentes, id pergratum eſſe deo obſequium. Ad
cuius imitationem & exemplum, recte inſtituerunt patres orthodoxi,
in principio ſancti ſacrificij & orationis publicæ deo exhibendæ: faciē-
dam eſſe peccatorum confeſſionem, cum dicat etiam Sapiens in pro-
Prouer.18. uerbijs.Iuſtus,prior accuſator eſt ſui. Et hæc humilis ſui accuſatio, ac-
ceptabilem domino reddit ſacerdotis orationem pariter & oblationē:
deumq; inflectit ad benignam illius exauditionem, cum dicat Sapiēs.
Ecci.35 Oratio humiliantis ſe,nubes penetrabit:& donec propinquet,non con
ſolabitur:& non diſcedet,donec altiſſimus aſpiciat. ¶Quod manifeſto 4
prodit argumento publicanus ille: qui templum domini ingreſſus ad
orandum & ſtans a longe, non audebat oculos ſuos ad cælum leuare:
Lucæ.18 ſed percutiebat pectus ſuum dicens. Deus propitius eſto mihi peccato-
ri, & deſcendit iuſtificatus in domum ſuam. Nec minus idem ſuo fa-
cto manifeſtat filius iunior patriſſamilias,prius prodigus:& poſtea in
extremam redactus egeſtatem. Qui ad patrem ſuum contrito corde &
Lucæ.15 animo reuerſus:poſt humilem hanc confeſſionem. Pater peccaui in cæ-
lum & corā te,iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnū
de mercenarijs tuis. meruit accipere a pientiſſimo patre ſtolam primā,
manuumq; & pedum ornamenta recipere: atq; ad paternū admitti con
Aduerſario uiuiū,vitulo ſaginato occiſo ſplendide inſtructum. ¶Sed inſtabit for- 5
rū obiectio taſſe quiſpiam,ex his quæ modo ſunt adducta ex ſacrarum literarum
promptuario,id quidem haberi:ꝙ deo ſit facienda in orationibus & ſa
crificijs noſtris peccatorū confeſſio.non autem:ꝙ beatæ MARIAE vir-
gini & omnibus ſanctis dei,debeamus eadem confiteri. Et ergo cōten-
det,hoc ipſum in ea confeſſione publica prætermittendum eſſe: ꝙ non
poſſit beata virgo nec ipſi ſancti veniam nobis peccatorum elargiri,nec
Reſponſio. miſericordiam præſtare,cum hoc,ſolius dei ſit proprium. ¶Cui adhi-
benda eſt reſponſio, plæraq; in noua lege ſuperadiecta eſſe rationabili
ex cauſa in ijs quæ ad dei cultum ſpectant,vltra veteris legis traditio-
nes & regulas. Et proinde inualidum eſt argumentum,ſi quid in anti-

qua lege factum non est:nec in euangelica lege id fieri debere. Est enim semper illustrior veritas q̄ figura:neq; veritatis ipsius perfectio,ex figuræ qualitate & conditione pendet. Inter illa autē quę superaddita sunt in lege euangelica supra Mosaicæ legis instituta: est veneratio pia sanctorum, vt in illis amplius honoretur deus,author & sanctificator eorum. Quibus in huiusmodi confessione generali:etiam post deum confitemur peccata nostra. non quidem vt ab eis remissionem peccatorum tanq̄ iustificatoribus nostris obtineamus: sic enim soli deo confitendū est.sed vt ipsorum imploremus patrociniū:habeamusq; eos oratores & aduocatos nostros apud deum,pro obtinēda facilius venia peccatorū. Recte in principio missæ:sanctis confitemur peccata nostra.

6 ¶Si enim hominibus etiā nō insignitis gradu sacerdotali interdū detegimus peccata nostra:vt viris sapientibus,qui suo nos adiuuent cōsilio, aut amicis,qui nobis in rebus anxijs ac dubijs sint auxilio. cur nō potiore ratione confitebimur eadem & sanctis, vt nobis suo apud deū opitulentur suffragio?queādmodum in ipsius confessionis calce profitemur nos suppliciter eos rogare:vt pro nobis ad deum intercedant. In hac autem confessione etiam ad sanctos directa,nostrā protestamur inopiam & infirmitatem,quæ sanctorum indigeat patrocinio: & ita humiliamus nosipsos in conspectu dei. Exhibemus & ipsis sanctis reuerētiam & venerationē singularem,insinuātes eo ipso tanti eos apud deū esse meriti,dignitatis & potestatis:vt possint nobis suis precibus suffragari,& peccatorum impetrare veniam.quod vt assequamur: ad eorum patrocinia confugimus,ipsisq; nostra confitemur peccata. ¶Cæterum huiusmodi confessio,nequaq̄ sacramentalis est:aut secunda pars pœnitentiæ. Tum q; publica sit & in propatulo facta:sacramētalis autem cōfessio,semper est secreta. Tum etiam q; confessio illa missam antecedēs: generalis sit,& sola peccatorum genera paucis complectens. Sacramentalis autem cōfessio,singularia explicat peccata:suis definita circūstantijs. Tum deniq;,q; hæc quæ missæ præmittitur confessio:coram multis fiat,& etiam laicis. Illa vero quę ad sacramentū pœnitentię spectat: vni tantum fit & sacerdoti soli,qui clauium ecclesiasticarū virtute possit reum absoluere. Sed de his tantilla sufficiant.

7 ¶Nunc ad Lutherū veniamus. In cuius verbis modo adductis id illi vitio dandum est, q; malle se dicat pro missæ introitu integros legi psalmos,vt olim factitatum est:q̄ vnum tantūmodo versum,quemadmodū nunc diuturno vsu receptum est. quoniam nouitatis amator,suam ipsius sententiam ecclesiasticæ præfert authoritati,& receptæ iā olim obseruationi: videturq; illi displicere, quicquid ecclesiæ probauit vsus. Credo sane,si nunc inoleuisset consuetudo in ecclesia , dicendi integrum psalmum pro missæ introitu: ipse vt ecclesiastico mori aduersaretur,diceret se malle q; vnus pro introitu versus psalmi legeretur. vsqueadeo studet in omnibus reluctari probatæ consuetudini totius ecclesiæ: dissentireque ab eadem,

& nouum quippiã(ꝙ nouitatis,maxime ſit affectator & ſtudioſus)inducere. ¶Eſt & illud non conniuentibus oculis prætereundũ:ꝙ ſacratiſſimam dei matrem nunq̄ ſine præclaris & honorificis nominandã titulis,nuda & ſimplici appellatione hic virginẽ nuncupat:præter morẽ ſanctorum patrum,Auguſtini,Hieronymi,Bernardi, & cæterorum, qui eã in ſuis ſcriptis ſemper honeſto & inſigni epitheto cognomineq̃ adornant: ſacram eam appellantes virginẽ, aut ſanctam, aut beatam, aliave quauis illuſtri nomenclatura:eandem(vt dignum eſt)celebrantes. At ꝙ hic ſolo virginis nomine eam deſignet Lutherus:neſcio quid tepidi in eam affectus & exiguæ honorationis ſubindicat. quæ tamen omniũ corde,ore,calamo,& opere,eſt ſingulariter & excellenter honoranda: ꝙ pro ſua dignitate ſatis a nobis extolli prædicari & honorari nequeat. ¶Demũ cum in verbis ſuis poſtremis,miſſarum de ſanctis ce- 8
lebrandarũ introitus vult ſemper ex ſacra deduci ſcriptura:nimiũ dari ſibi poſtulat.non attẽdens interdũ aliunde in eccleſiaſtico officio: ſumptum eſſe de ſanctis miſſæ exordiũ.vt introitũ illum de ſacroſancta virgine MARIA,Salue ſancta parens,enixa puerpera regem:ex Sedulio eſſe deromptũ.inſuper & hunc de qualibet virgine introitũ. Gaudeamus omnes in domino:diem feſtum celebrantes.ex nullo ſcripturæ loco ſecundũ illum verborũ contextum,eſſe deſumptũ. Quod & de pleriſq̃ alijs miſſarũ initijs quę de ſanctis celebrantur:non operoſum eſſet oſtẽdere. Neq̃ ad Lutherum ſpectat hanc eccleſiæ legem imponere:ſed ſufficit,huiuſmodi introitus(q̄uis ex aperto aliquo ſcripturæ loco non depromãtur)piam,deoq̃ & ſanctis dignam continere ſententiã:& eoſdem antiquo eccleſiæ vſu (quem publicus firmauit conſenſus) eſſe approbatos. Quis enim id iure improbauerit:quod lõgus probauit vſus?

Beatam virginem:cum preclaris titulis ſemper eſſe nominandã.

¶Sanctorum celebritates & memorias nõ eſſe abolendas:ſed eorũ ſuffragia,pijs votis & officijs ſedulo implorãda. Ca. XIIII

QVamuis autem in verbis poſtremis,circa principium præcedẽtis capitis adductis, viſus ſit Lutherus quoquo modo veneratione ſanctorum in miſſę officio admittere : eam tamen a ſuis aſſectatoribus prorſus abrogandam eſſe, per verba ſubſequentia decernit, cum deinde ait. Nos Vvittembergæ ſolis dominicis & feſtis domini ſabbatizare quæremus:omniũq̃ ſanctorũ feſta prorſus abroganda putamus. ¶Sed valeat Lutherus contemptor ſuperũ, & impius ſanctorũ conculcator:faceſſatq̃ cum ſua Vvittemberga. Nos certe cum ſancta & catholica eccleſia:ſanctorum ſolennitates pie celebrandas cenſemus.ꝙ idipſum antiqua habeat eccleſię conſtitutio,& ſanctorum fauorem nobis atq̃ gratiã conciliet: qua apud deum per ipſorum patrocinia ſubleuemur. Et quidni id faceremus: quod & ipſa clamat ſcriptura, & totus orthodoxorum patrum chorus? Siquidem Caſſio-

Caſſiodorus.

dorus inter sacros authores illustris, exponēs hunc psalmum. Leuaui Psal.120
oculos meos in montes: vnde veniet auxiliū mihi, ait. Primo in tribu-
latione positus propheta, ad exemplum publicani illius, qui tunso pe- Lucæ.18
ctore oculos eleuare nō audebat ad cælum: liberari se petijt a labijs ini
quis & a lingua dolosa. Nunc autem respirans, ad secundū gradū pro-
uectus: oculos leuauit ad montes, ad intercessores vtiq; sanctos: quorū
suffragio munera superna mereretur. Hoc enim ex sua persona loqui-
tur propheta: qui tamē & ipse mons erat, & patriarcha mirabilis. Hæc
ibi. At vero ipsum Dauid, etiam vnum fuisse montiū mysticorum, per
quos auxilium nobis veniat a domino, vt hic ait Cassiodorus: cōtesta-
tur & ipse deus, ita loquens ad Ezechiam regem Iuda. Protegā vrbem 4.regū.20
hanc & saluabo eam: propter me & propter Dauid seruū meum. Vbi
diuina protectio promittitur ciuitati Hierusalem & populo Iuda:
propter excellentiā meritorū ipsius Dauid. Vnde sumitur exemplum
non obscurum, diuina beneficia etiam fidelibus hic adhuc degentibus
præstari: meritis & patrocinio sanctorū, & proinde ipsos a nobis meri-
to honorandos. Sed ad Cassiodorum reuertamur, qui in prædicti psal Cassiodo-
mi centesimi vicesimi partitione: post verba supra dicta subnectit. Pri- rus.
mo membro propheta, ad sanctorū merita eleuasse se dicit oculos suos:
vt eorum precibus auxilia postulata mereretur, ne mens ipsius hostili
impugnatione succumberet. Deinceps idem: in primi versus illius psal
mi expositione ait. Sed hoc si spiritualiter inquiras, omnino proficuū
est: vt oculos cordis sui siue ad sanctos viros, siue ad libros diuinos, si-
ue ad sublimes angelos credatur eleuasse: qui magnitudine & firmita-
te sua vere montes sunt, vnde etiam competens sustinebatur auxilium.
Sed ne forsitan spem nostrā in montibus poneremus prædictis, secun-
dus versus ostendit: vnde nobis veraciter venire possit auxiliū. salutari
ordine cuncta disponens, quatenus sic speretur in montibus: vt tamen
per illos, auxilium nobis dominū præstare noscamus, a quo est necessa-
rium beneficiū, & salutare præsidium, & incōuulsa felicitas. Hæc Cas-
siodorus. In quibus verbis, montium nomine, sanctos intelligit super-
næ ciuitatis incolas: ad quos leuare debemus oculos mētis nostræ, per
pium affectum orationisq; obsequiū: vt per eos tanq̄ patronos & orato-
2 res nostros, veniat nobis auxilium a domino. ¶ Accedit illi sententiæ
& Augustinus: in libro de cognitione verę vitæ, dicēs. Animæ sancto- Augustin9.
rum non clamorem vocis sed cordis audiunt: & se fideliter inuocanti-
bus subueniunt. Quomodo autem clamorem cordis fideliū in hoc vitæ
stadio adhuc peregrinantiū audirent: si nullæ ad eos dirigerentur pre-
ces nostræ, nullaq; fierent pio studio illis orationū vota? Hæc autē vna
Augustini sententia modo adducta, retundit prorsus illorum insaniā:
qui dicunt sanctos, orationes nostras audire nō posse, q; procul a nobis
distent, nimiaq; dispescantur locorum intercapedine. ¶ Insuper idem

sanctus pater Augustinus in quæstionibus super Exodum, discutiens
Exodi. 32 illa domini verba ad Moysem. Dimitte me vt irascatur furor meus su-
Augustinus per eos: vt deleam eos. ait. Huius fidelissimi famuli tantũ erat meritũ:
vt ei diceret deus. Sine me: vt iratus conteram eos. Cuius dicti sensus
in promptu est: ꝙ deus his verbis significat, plurimũ apud eum posse
quos diligit. & nos, cũ merita nostra nos grauãt ne ab illo diligamur:
releuari posse eorũ meritis quos diligit. Hæc ille. Vnde constat preces
sanctorũ magno nobis esse pręsidio, ad mitigandam dei iram: cum of-
fensus peccatis nostris manum suam extẽdere parat ad nos feriendos.

Sancti re-ctæ stellis cę li comparã-tur.

¶ Præterea. Qui solum deum, honorandum a nobis prædicant, & san- 5
ctis eius nullũ venerationis honorẽ impendi debere: idem sane astrue-
re contendunt, atq; si dicerent nos a sola lãpade phœbea lumen in hoc
mundi hemisphærio recipere debere: non autẽ a luna aut rutilis astris,
inter nocturnas tenebras claro splẽdore promicãtibus. Idipsum autẽ
diuinæ prouidentiæ prorsus est aduersum, quę non solũ constituit no-
bis a sole claritatẽ administrari debere: sed & a cornigera luna, astrisq;
perlucidis. Certe deus ipse: sol est iustitiæ, & pater supernorũ luminũ.
Canti. 6 Sacrosancta autẽ virgo MARIA, lunæ nomine nonunq̃ in scriptura sa
cra designatur: & sancti ipsi, stellis fulgẽtibus apte cõparantur. Quod
postremũ, vno beati Gregorij testimonio nunc comprobare lubet: qui
in prologo suorũ moralium super librũ Iob, his verbis sanctos patres
Gregorius. æthereis confert syderibus. Sed libet inter hæc, mira diuinæ dispensa-
tionis opera cernere: quomodo ad illuminandã noctẽ vitæ præsentis,
astra quęq; suis vicibus in cæli faciem veniãt: quousq; in finẽ noctis, re-
dẽptor humani generis quasi verus lucifer surgat. Nocturnũ nãq; spa-
cium dũ decedentiũ succedentiũq; stellarũ cursibus illustratur: magno
cæli decore peragitur. Vt ergo noctis nostræ tenebras suo tẽpore ædi-
tus vicissimq; permutatus stellarũ radius tãgeret: ad ostendendã inno
centiam venit Abel. ad docendam actionis munditiã: venit Enoch. ad
insinuandã longanimitatẽ spei & operis: venit Noe. ad manifestãdam
obedientiã: venit Abraam. ad demonstrandã coniugalis vitæ castimo-
niam: venit Isaac. ad insinuandã laboris tolerãtiam: venit Iacob. ad re-
pendendam pro malo, bonæ retributionis gratiã: venit Ioseph. ad ostẽ-
dendam mansuetudinẽ: venit Moyses. ad informandã contra aduersa
fiduciam: venit Iosue. ad ostendendã inter aduersa patientiã: venit Iob.
Ecce q̃ fulgentes stellas in cælo cernimus: vt inoffenso pede operis, iter
nostræ noctis ambulemus. Nam cognitioni hominũ diuina dispensa-
tio quot iustos exhibuit: quasi tot astra super peccantiũ tenebras cęlum
misit, quousq; verus lucifer surgeret: qui æternũ nobis mane nunciãs,
stellis cæteris clarius ex diuinitate radiaret. Hæc ille. Q; si legis anti-
quæ patres, stellæ sunt, noctis huius seculi tenebras illustrantes: multo
potiore iure legis euangelicæ sancti, apostoli, euãgelistæ, martyres, cõ-

Antiquos patres: multarum virtutum nobis exẽpla dedisse.

fessores & virgines, clariore sanctitatis fulgore radiantes: etiam stellæ
præfulgidę dici haberiqꝫ debent. Ad has igitur stellas miro splendore
coruscas, etiã nostrę mentis oculos debemus conuertere, per pium ora=
tionis & venerationis studium: vt claritate patrocinij & fauoris earum
4 perfundamur. ¶Ad hæc. Venerabilis Beda explanans fidem Centu=
rionis, Lucæ octauo capite descriptam (qui se reputans indignũ venire
ad dominũ nostrum pro exposcenda pueri sui salute: seniores Iudęorũ Lucæ.8.
ad eum misit vt patronos suos, atque per ipsos CHRISTVM supplex
accessit) hoc salutare nobis ex illius exemplo tradit documentũ. Qui= Beda.
cunqꝫ (inquit) seruitutis nostræ passiones agnouimus: iam ad residentẽ
in dextra dei patris accedere debemus, iam seniores Iudæorum mitte=
re, hoc est sanctos ecclesiæ viros qui nos ad dominũ præcesserunt: eosqꝫ
suppliciter obsecrãdo patronos acquirere, vt pro peccatis nostris apud
5 deum intercedant. ¶Idem quoqꝫ propositũ, scilicet per intermedia san=
ctorum patrocinia ad deum nobis esse tendendũ: demonstrat id quod
apud Ioannẽ scribitur de quibusdã gentilibus, qui pio flagrantes affe= Ioannis.12
ctu vt CHRISTVM viderent: non protinus ipsum accesserũt, sed pri=
us Philippũ, dicẽtes. Domine, volumus IESVM videre. Philippus au
tem idipsum Andreæ coapostolo deinde nunciauit: & demum vterqꝫ
eorum pium aliorum votum domino retulerunt. Vbi gentiles: per apo
stolorum ministeriũ peruenerunt ad ipsius domini cognitionẽ. Haud
dissimili plane ratione, ad impetrãda a deo beneficia gratiæ suæ: per se=
6 dula sanctorum patrocinia nobis accessus ad deũ parandus est. ¶Rur
sum, cum beatus Petrus sciendi percupidus, quisnã apostolorũ in cœ=
na extrema tunc assistentiũ esset dominũ traditurus: vt ipse futurũ prę= Ioannis.13
dixerat, non illud a CHRISTO est continuo percontatus: sed innuit
Ioãni euãgelistæ, ꝙ idipsum a domino interrogaret. Quod & ille clam
fecit: & signo accepto proditorem agnouit. Si igitur in rerum ad salutẽ
pertinentium cognitione, aliorum officio perducimur ad dominũ: cur
non ita prouehemur ad ipsum, pro alicuius beneficij spiritualis impe=
tratione? sanctorũ scilicet patrocinio prius implorato: qui nostrã ipso=
rum causam illi commendent.

¶Alijs insuper rationibus, ostẽduntur sancti a nobis orandi esse
& honorandi: necnon festa sanctæ crucis quotannis celebran=
da cum magna veneratione. Cap. XV.

1 NEqꝫ superuacuum putabitur, alijs adhuc rationibus
& exemplis hic ostẽdere: orãdos esse a nobis sanctos
æternæ gloriæ participes, necnõ & honorãdos. Nem=
pe cum Thabita mulier sancta & plena bonis operi= Actuum. 9
bus, vita esset defuncta: discipuli tum assistẽtes fune=
ri non protinus ad deum confugerunt, vt ab eo impe
trarent eius resuscitationem. quoniam ex humilitate cordis, suis diffisi

meritis id attentare non sunt ausi. Sed ad beatũ Petrum miserunt nũ-
cios, rogãtes ne pigritaretur venire ad eos, & mortuã reuocare ad vitã.
quod & factũ est. Et nautæ quidam sæua iactati tempestate maris &
iamiam naufragio proximi, beatũ Nicolaum adhuc superstitẽ suppli-
cibus inuocarunt votis: vt ab imminente naufragij periculo liberaren-
tur. quod protinus obtinuerũt: sedatis pelagi procellis. ¶ Præterea, q̃- 2
plurimi ab alijs sanctis viris Martino, Benedicto, Antonio, Hilario-
ne, cum hanc adhuc agerent vitam: petiuerunt sanitatis opem, & ab an
gustia sese opprimente liberationẽ, quam etiam pro voto suo sunt asse-
cuti. Queadmodũ & vidua Sareptana, ab Helia filij sui postulauit re-
suscitationem: & mulier Sunamitis ab Helisęo. & vtraq; sui voti cõpos
effecta est. ¶ Verũ reprehẽdet hos omnes Lutherus, q͞ ad homines san
ctitate conspicuos confugerint pro impetrando eorũ precibus a deo be-
neficio quod expetebãt: & non sine aliquo interstite ad ipsum deũ, qui
solus bonorum omniũ est largitor & fons primarius. ¶ Certe eos etiã
si velit, damnare nõ poterit. Nam impetrata ægrotis sanitas, reuocatio
mortuorũ ad vitam, & quęuis alia boni postulati impetratio: prodit &
est argumento, illam sanctorũ virorũ implorationẽ rite factam fuisse,
deoq; acceptam. Cur igitur damnabit ipse nunc pium fidelium necessi
tate aliqua oppressorum cõfugium ad sanctos, in æternis tabernaculis
cum deo regnantes: vt eorum patrocinio impetrent quod exposcunt?
An minoris sunt virtutis & efficacię ad quippiam a deo pro suis culto-
ribus obtinendum sancti, nunc perpetua supernæ felicitatis sorte poti-
ti, torrenteq; diuinæ voluptatis largiter inebriati: q̃ fuerint, cum adhuc
decurrerent in hoc stadio, & mortalitatis tunica circũdarentur? ¶ Q; 3
si orare eos liceat, ad impetranda ipsorum pro nobis ad dominũ suffra
gia, aut (quibus indigemus) spiritualia beneficia: cur & eos honorare
non licuerit vt dei amicos & contubernales, conciuesq; beatæ ciuitatis
Hierusalem? cur non & templa & altaria deo in eorum extruemus ho-
norẽ: & celebrem ipsis solennitatẽ quotannis cõstituemus diesq; festos?
Quod ne nouum esse aut recens cõminiscatur Lutherus: ecce in ipso
nascentis ecclesiæ exordio & apostolorũ temporibus factum illud fuis-
se, qui annales sanctorum conscripserunt spectatæ fidei authores: pro-
didere. Quippe beato Petro cum adhuc vitã mortalem degeret, erectũ
fuisse apud Senonas templum a sancto Sauiniano eius discipulo: me-
moriæ proditum est. quod Petri viui templum: hac etiã tempestate ap
pellatur. Sic & beato Iacobo in Hispania, basilica est haud multo post
cõsummatum eius martyrium extructa, deuecto illuc non sine diuino
nutu, ipsius corpore. Sancto itidem Ioanni euangelistæ post placidam
eius in domino obdormitionẽ: Ephesi constructum fuisse templũ com
memorant. Quinimmo nulla ferme est regio in orbe Christiano: quæ
sanctis, a quibus primum percepit documenta sacræ fidei, aut virtutis

Multa a deo benefi- cia homini bus per san ctorũ inuo- cationem præstari.

3. regũ. 17

4. regũ. 4

Circa initiũ ecclesiæ: ere cta fuisse sanctis tem pla a fideli- bus.

exemplum ex sanctimonia vitæ apud eam trāsactæ: non erexerit alta-
ria, aut solennem diem ceu tutelaribus patronis non cōstituerit. Sic sa-
ne Galli Dionysium Areopagitā colunt, Parisij sacram virginem Ge-
nouefam, Lemouici Martialem, Cenomani Iulianū venerantur, Am-
biani Firminum, Xantones Eutropium. Veromandui Quintinum, &
ita cæteri populi, quisq; suum patronum. Si igitur non sunt honoran-
di sancti: totus mūdus in tenebris superstitionis versatur, & solus Lu-
therus cum suis assectis ambulat in luce Christianæ pietatis. Sed quis
4 adeo insanus est aut mente captus: vt illud admittere velit? ¶ Verum
quoniā super hac materia, veneratione inquam sanctorum, duobus li-
bris alias abunde disseruimus: iam ab ampliore eius prosecutione su-
persedendū censemus. Pertractat etiam eandem copiose, venerabilis pa
ter & eximia eruditione cōspicuus, Thomas Vvalden: in sui operis de (Thomas Vvalden.)
sacramentalibus inscripti, titulo duodecimo qui est de sanctis orandis,
& decimotertio de sanctis adorandis: a capite centesimo octauo vsq; ad
centesimum vicesimū primum caput, simul extētis. Ex cuius vberrimo
fonte, larga quisq; poterit haurire pietatis & sacrę doctrinæ fluenta: nō
parū nunc profutura. Nam quę prædictus author contra Viclefum &
impios illius sectatores diffuse ibidem adducit, ad astruendā sanctorū
venerationem: haud minus cōtra Lutherum militant, qui ex Viclefia-
na sentina hoc hausit virulentum dogma, de sanctis non honorandis.
5 ¶ Cæterum nō est illud, plenum impietatis verbum quoquo pacto fe-
rendum: quo Lutherus sanctæ crucis festa execratur & tanq̄ anathe-
» ma reijcit, postremo adductis suis verbis subnectens. Festa sanctæ cru
» cis: anathema sunto. Nam eo ipso dicto, se inimicū crucis CHRISTI
manifeste prodit: q eam ab hominibus celebritate annua prohibet ho-
norari, in qua sola Paulus se gloriari velle testatur, cuius virtute & si- (Gala. 6)
gno Ioannes euangelista venenum bibit illęsus. quam inuersus Petrus
pertulit: & Andreas eam subiturus egregijs laudum titulis magnifica- (Sanctæ crucis præconia.)
uit, biduumq; in ea, populum docens vixit. De qua etiā beatus Mar-
tinus ad Iulianum cæsarem sacrilegum dixit. Ego signo crucis muni-
tus non clypeo vel hasta: hostium cuneos penetrabo securus. & in qua
demum per sanctos patres, multa miracula facta sunt. de qua deniq; sic
ait Augustinus. Crucifixus noster a morte resurrexit & cælos ascendit: (Augustinus)
cruceq; nobis in memoriā suæ passionis reliquit. Hoc signum, pręsidiū
est amicis: obstaculum inimicis. Huius crucis mysterio rudes catechi-
zantur: fons regenerationis consecratur, altaris sacramēta cum interpo
sitione dominicorū verborum conficiuntur. Et vniuersaliter omnia ec-
clesiastica sacramēta: in huius virtute perficiuntur. Nam quod faciebat
in terris, corporis CHRISTI præsentia: hoc nunc facit victoriosæ cru
cis insignita memoria. Hæc ille. Lutherus vero sicut ecclesię sacramēta
ridet: ita & sanctam crucem abominatur, quam CHRISTVS precio-

ſo ſanguine conſecrauit,& in qua noſtræ redemptionis opus expleuit.
¶Q; autē execretur illam, id manifeſtū eſt indiciū: quoniā vetat eam 6
a fidelibus inſtituto die feſto honorari,tanq̄ aduerſarius infenſiſſimus
Chriſtianæ religionis: quæ duplex feſtum viuificæ cruci ſacrum inſti-
tuit.Primo,feſtū inuentionis ſanctę crucis:nō ſine diuino miraculo ab
Helena Conſtantini matre factæ. Vt refert diffuſe liber decimus eccle
ſiaſticæ hiſtoriæ: capite ſeptimo & octauo. Quam etiam ſolennitatem
Euſebius ſummus pōtifex ab omnibus celebrari pręcepit publico de-
creto:quod canonicis ſanctionibus inſeritur de conſecra.diſtinc.tertia.
cap.crucis domini.in hūc modū,Crucis domini noſtri IESV CHRI-
STI,quę nuper nobis gubernacula ſanctæ Romanę eccleſiæ tenētibus
quinto nonas Maij inuenta eſt:in prædicto calendarū die,inuentionis
feſtū vobis ſolenniter celebrare mādamus. Hæc ibi. Huic igitur ſum-
mi pontificis mandato obtemperandū eſt potius:q̄ Lutheri deliramen
to:prohibentis idem feſtū ſolenniter agi.¶Secundo eccleſia ſancta inſti
tuit feſtū exaltationis ſanctæ crucis, decimaquarta die ſeptembris cum
magna celebrari ſolennitate: in cōmemorationem magnificæ & hono-
rabilis delationis eiuſdem crucis, in ciuitatē Hieruſalem atq; templū
domini,factę ab Heraclio imperatore Romanorū.poſtq̄ eripuit eandē
manibus impij Coſdroe regis Perſarum:qui prius illam a templo Hie
roſolymitano prędabundus ſuſtulerat,atq; in ſuam aſportarat regiam.
Vbi etiam non defuerunt ſigna diuinitus oſtenſa:in ſanatione langui-
dorum,odoriſq; ſuauiſſimi ſpiraculo.Itaq; hæc duo feſta ſanctæ crucis
vult Lutherus anathematis haberi loco: in ipſum etiā CHRISTVM
ſacrilegus & impius,triumphalis crucis ſanctificatorē.Nam honor ſa-
cratiſſimæ exhibitus cruci:in ipſum refertur crucifixum pro nobis,in-
fernarumq; poteſtatum per hoc ſignū triumphatorē.Qui ergo ſacratæ
cruci honorem a populo Chriſtiano per crucem redempto denegat ex-
hiberi:nonne & debitū ipſi CHRISTO ſubtrahit honorem,neq; vult
ipſum in ſua cruce(quā ſuo dedicauit ſanguine:& poſtea miraculis ma
gnificauit)honorari? Ecce qui ſoli deo honorem vult impēdi: idipſum
moliendo,negat honorem deo,cum malignis ſpiritibus ſignum poten-
tificæ crucis exhorrētibus, eidem intentus ſtudio:vt ſcilicet illa prorſus
eliminetur mundo & eradatur.

Feſtū inuentionis ſanctæ crucis.

Euſebius papa.

Feſtū exaltationis ſanctæ crucis.

¶Hymnum angelicū, nequaq̄ ad arbitriū epiſcopi aut dicendū in miſſa aut omittendum: collectarum etiam numerum non innouandum in ipſo miſſæ officio,ſed ſecundum antiquam eccleſiæ conſtitutionem ſumendum. Cap.XVI.

„ DEinde in ſua formula:ita progreditur Lutherus. Secundo
„ kyrie eleiſon, vt hactenus celebratū eſt varijs melodijs pro
„ diuerſis temporibus, amplectimur:cum ſequēti hymno an-
„ gelico, gloria in excelſis deo. Tamen in arbitrio ſtabit epi-

1 ſcopi:quoties illum voluerit omitti. Hęc ille. ¶Vbi id vnum non recte quadrat eccleſiaſtico vſui: ꝙ epiſcopi ſubmittit arbitrio Lutherus, quā-do hymnus ille angelicus in officio miſſæ dicendus ſit, aut prætermit-tendus. Nempe ad epiſcopum nō pertinet noua ſuper ea re ordinatio: ſed ſolum eccleſiaſticæ regulæ iam diutius inſtitutæ accurata obſerua-tio. quæ ſanxit multis ante ſeculis, quoties in matutino officio canticū ſanctorum patrum Auguſtini & Ambroſij cōcinitur, cuius initiū eſt, Te deum laudamus: te dominum confitemur. laudem illam ab ange-lis in natiuitate dominica decantatā: etiam in miſſa dici debere. Cum vero in horis matutinis prætermittitur illud canticum: & hymnū ange licum in miſſæ officio eſſe omittendū. Huic ergo legi iam olim receptæ ſubeſt epiſcopus: neq̧ authoritatem habet quippiam mutandi eorum, quæ ad ſacrum miſſæ miniſteriū pertinentia, a ſupremis eccleſiæ præſi-dibus cōſtituta ſunt, & diuturna cōſuetudine in vſum aſſumpta. Ipſi-us enim eſt, vti legibus iam præſcriptis: non nouas in eam rem pro ſuo arbitratu cōdere aut decernere, aut iam poſitas ad nutū ſuum mutare.

Quando hymnus angelicus: in miſſa decā-tandus eſt.

¶Poſtea ſubiungit. Tertio oratio illa ſeu collecta, modo ſit pia (vt ſe-re ſunt: quæ diebus dominicis habētur) perſeueret in ſuo ritu: ſed ea dū-
2 taxat vnica. Hæc Lutherus. ¶Sane hoc in loco per exceptiuam illam particulam, modo collecta illa ſit pia, ſubinſinuat ipſe aliquam in eccle ſia dici ſolere collectam, ſiue de tempore, ſiue de ſanctis: quæ ſit a pieta-te Chriſtiana aliena. quod plane ſacrilegum eſt atq̧ nefarium, ſentire. Niſi enim aliquā minus piam collectam in officio miſſæ legi cōſueuiſ-ſe autumaret: cur determinationē illam conſtringentē adieciſſet, modo ſit pia? Eſt & illud in verbis prædictis rectæ diſſonum rationi, atq̧ ec-cleſiaſticis aduerſum legibus: ꝙ vnicā in miſſa vult dici a ſacerdote col-lectam. vt breuitati fortaſſe ſtudeat, gratiamq̧ ſibi conciliet populi: ex-petentis breue officium miſſę, & quod cito abſoluatur. Verum a ſacro-ſanctis concilijs & ſummis pontificibus multo ante tēpore præſcriptus eſt collectarum in miſſa legendarum numerus: vt ꝙ vnica dicatur, aut ternæ aut quinę, vel alio maiore numero, ſed impare. Præterea plęrūq̧ officium expoſcit eccleſiaſticū: vt poſt primam & præcipuā miſſæ colle-ctam, dicantur & aliæ, in cōmemorationē ſanctorum, aut piam fideliū deuotionem: ob neceſſitatem aliquam eos opprimentem deo ſupplican tium, aut etiam in defunctorū ſubleuationem. Quid igitur iſte formu-larius & innouator antiquitatis, præſcribere nouam nobis legē aggre-ditur: qua contra conciliorum decreta, contra ſummorū eccleſiæ præſi-dum ſanctiones, & deniq̧ contra vetuſtum morem diuturno probatū vſu: in collectis miſſę dicēdis vtamur? ¶Dehinc ſubiungit. Poſt hanc, lectio epiſtolæ. Raro tamen eæ partes ex epiſtolis Pauli leguntur, in quibus fides docetur: ſed potiſſimum morales & exhortatoriæ. vt ordi nator ille epiſtolarum videatur fuiſſe inſigniter indoctus: & ſuperſti-

Quis numerus collectarum: in miſſa ſeruādus.

, tiosus operum ponderator. Officium requirebat, eas potius pro maio
, re parte ordinare: quibus fides in CHRISTVM docetur. Idem certe
, in euangelijs spectauit sæpius: quisquis fuerit lectionum istarum au
, thor. ¶ Peculiare quidem est Luthero: si quid ecclesia sancta probat: 3
illud sugillare, damnareq; tanq̃ iniquũ & irrationabile. quod & in his facit verbis. Siquidem fidei in plerisq; suis libris plus æquo tribuens, eamq; supra modum magnifaciens: tanq̃ solam, sufficientem ad salutẽ, operibus vero ipsis propemodũ bellum indicens: indignatur in epistolis & euangelijs eas partes legi frequentius, quę rectos edoceant mores. & ordinatorem harum lectionũ epistolariũ & euangelicarũ acerbis incessit probris: q̃ morum potius q̃ fidei rationẽ in illis habere visus fuerit. Cum tamen e diuerso magnopere cõmendandus sit ordinator ille: q̃ nobis ab ipso exortu, documẽtis sacræ fidei imbutis, iudicauerit magis esse necessariam morum piorum instructionẽ. qui fundamẽto fidei ab incunabulis iacto in nobis superextructi: solidum cõponant virtutum ad salutem necessariarũ & sufficientiũ ædificium. Vt enim tenellæ plantæ cum primum humo se attollunt: quotidianis indigẽt irrigationibus. at vbi solidum acceperint robur, alteq; radices egerint: non amplius sedulam exposcunt & obstetricantem manum, quæ irriguas illis aquas ministret. Haud secus in ipsa ecclesię lactentis infantia, prædicatio fidei publica erat necessaria: qua infideles ab errore conuerterentur ad veritatẽ. Nunc vero cum æditi in lucẽ infantes protinus sacro fidei signaculo insigniuntur, & a primis (vt aiunt) vnguiculis rudimenta fidei percipiunt: non amplius adhibenda est tam frequenter fidei annunciatio, sed potius exhortatio assidua ad mores, Christiana religione dignos: qui fidei superadijciãtur, eamq; operibus cõprobent. ¶ At nunc, quale huic inordinatæ (vt putat) epistolarum & euangeliorum lectioni

Quare morales potius q̃ de fide: lectiones epistolares in missa proponuntur.

, remedium paret Lutherus: audiamus. Si futurũ est (inquit) vt vernacu
, la missa habeatur (quod CHRISTVS faueat) danda est opera: vt epi
, stolę & euãgelia suis optimis & potioribus locis legãtur in missa. Hęc
ille. ¶ Certe imperitus est medicus: qui vt modicũ sanet vulnus, longe 4
grauius infligit, & vt sustollat febriculam: inducit morbum lethiferũ. Huic non dissimilis est Lutherus, qui vt alium constituat ordinem locorum in epistolis & euãgelijs deligendorum, quos in sacro missæ presbyteri legant officio: totam missam exoptat demum vernaculã haberi, in deterius semper proficiens: immo a profectu deficiẽs amplius. vt qui prius epistolã tantum & euangeliũ lingua vernacula non legi, indigne ferebat: nunc totã missam velit esse vernaculã, & ipsa consecrationis sancti sacramenti verba, vulgari sermone populi auribus ingeri: quo nihil execrabilius. Hanc autem detestabilem impietatẽ (sicut & cæteras permultas) accepit ipse Lutherus ab Hussitis: iam pridẽ ab ecclesia in sacrosancta synodo Constantiensi iustissime damnatis. qui inter cæteros

Lutherus Hussitarũ affectator.

improborum dogmatũ ſuorum articulos: & hunc aſſeruere. Omnis & tota miſſa debet dici lingua materna, & nõ latina: ſecundũ legem dei. Ecce quos ſequitur pręceptores, quos item habet viæ ſuæ duces Lutherus: vt nouã miſſæ formã & elocutionẽ toti præſcribat eccleſiæ. Peſtilentes quidẽ magiſtri errorum, multo peſtilentiorẽ nacti ſunt diſcipulum: qui virulentã illorum doctrinã iam abſtruſam & tenebris abditã, totũ diſperſit in orbẽ: vt mortifera illius tabe eccleſiã ſanctam labefactaret, atroqꝫ veneno incautas hominũ mentes enecaret. Verũ huic exitiali malo eundũ eſt contra, parandumqꝫ ſalutare antidotũ: quod fideles ab huius peſtis corruptela conſeruet incolumes.

¶Sacrum miſſæ officium, non debere lingua vernacula dici: nec ſanctã ſcripturã in vulgarem ſermonẽ transferri. Cap. XVII.

1 SEd cur illud tandem futurũ imprecatur hic Lutherus & exoptat: vt tota miſſa fiat vernacula? Certe vt pueri innuptæqꝫ puellæ, mulieres & laici (quos omnes, eſſe ſacerdotes: cum impio Viclefo errorũ ſuorũ etiã duce aſſerit: quod in ſecundo Antilutheri libro abunde improbauimus) vbi linguæ vernaculæ ſcripturam legere fuerint periti: ſacra faciant, ſanctis aſtent altaribus & ſacroſanctam conſecrent euchariſtiã. Ecce quo tandem vult ipſe progredi miſſam vernaculã: & quo profecto (vt timendum eſt) progrederetur, ſi vnq̃ illa admitteretur in eccleſia. Verum nonne illud eſt ſacra ipſa prophanare, conculcare ſancta ſanctorum: impieqꝫ omniũ manibus illa cõ-

Cap. quarto: & tribus ſequẽtibus.

2 trectanda proſtituere & exponere? ¶Q; ſi non in tantã prorumperent inſolentiam, vt celebrare miſſam tentarent mulierculæ & viri populares: nonne tamen ſpiritu curioſitatis concitati, verba ipſa miſſæ ſacratiſſima in vernaculum traducta ſermonem percurrere oculis aggrederentur, & legere? atqꝫ eadem ad opus aliquod inconceſſum deniqꝫ accommodare, ſuggerente ſatana facile poſſent? vt plęrunqꝫ vſu veniſſe deprehenſum eſt. a qua temeritate cõmode tẽperabunt & facile: ſi huiuſmodi verba in vulgarẽ non trãſferantur ſermonẽ, ſed latinæ linguæ dignitate

3 obtecta deliteãt. ¶Adde ꝙ multũ reuerentiæ & ſublimitatis adimeretur ipſi miſſæ myſterio: ſi illud vernaculæ linguæ officio cõmunicaretur imperitæ plebi, vulgoqꝫ traderetur. Percepto nãqꝫ eorum omniũ quę in miſſa dicũtur intellectu paſſim ab omnibus, minore ad illa afficerẽtur veneratione, & affectu deuotionis remiſſiore eadẽ proſequerẽtur: q̃ ſi auguſtioris linguę maieſtate adoperta permaneãt, quę nõ parũ honorificẽtiæ & grauitatis adijcit illis ſacris myſterijs apud plebẽ. quod & ſupra annotaſſe nos meminimus. Perinde atqꝫ ſacræ ſanctorũ reliquiæ habentur veneratiores: quæ non vulgo exponuntur omnium manibus attrectandæ, nec nudæ conſpiciuntur. ſed a vulgari ſemotæ attactu, ſublimiore collocantur in ſede: aut interiecto vitro perſpicuo conſpiciendæ

Cap. quarto huius libri.

proponũtur. ℭPorro hunc ſacris rebus honorẽ deferri debere, inſinua- uit ſymbolo quodã dominus: cũ legẽ daturus populo Iſraelitico, dixit
Exodi. 19 ad Moyſem. Cõſtitues terminos populo per circuitum: & dices ad eos. Cauete ne aſcẽdatis in montẽ: nec tangatis fines illius. Omnis qui teti- gerit montẽ: morte morietur. ſiue iumentũ fuerit ſiue homo: non viuet. Hæc ibi. Certe mons ſacer & arduus, eſt ſacrum miſſæ myſteriũ: cuius ſanctã lectionẽ velamẽto latini ſermonis abſcõditã, audire quidẽ datur aſtanti populo. Et hi ſunt termini præſcripti atq; cõſtituti ex authorita- te eccleſiaſtica: quos nõ licet trãſcendere. Si quis autẽ temerarius prę̃ter- gredi illos voluerit, & in delitescentẽ illis verbis ſacrum ſenſum, linguæ vernaculæ cõmunione irrũpere, ferietur a domino horrẽda animæ mor
2. regũ. 6 te, dabitq; pœnas tam inſolentis auſus. vt & Ozam legimus repentino percuſſum interitu: q manus prophanas in arcã domini immiſerit. &
1. regũ. 6 Bethſamitas etiã graui afflictos pœna a domino: q eandẽ minus reuerẽ ter q̃ par erat, ſunt conſpicati. ℭSignificatur itidem cõſimile myſteriũ, 5
per id in libro Numeri ſcriptũ domini mandatũ: in trãſferendis caſtris
Numeri. 4 populi Iſraelitici, & tabernaculo cum ſua ſupellectile. Cũ inuoluerint (inquit) Aaron & filij eius ſanctuariũ & omnia vaſa eius in cõmotione caſtrorũ: tunc intrabunt filij Caath vt importẽt inuoluta, & nõ tangẽt vaſa ſanctuarij: ne moriantur. Et paulo poſt. Aaron & filij eius intra- bunt, ipſiq; diſponent opera ſingulorum: & diuident quid portare quis debeat. Alij nulla curioſitate videãt quæ ſunt in ſanctuario: priuſq̃ in-
uoluãtur, alioquin moriẽtur. Haud aliter euangelicæ legis ſacerdotes, intrare ſanctuariũ & nuda videre ſacra miſſæ myſteria cõtrectareq;: ex officio permittuntur. Alij vero functionẽ ſacerdotalẽ minime ſortiti: tã- tum inuoluta latini ſermonis opertorio ſacra eadẽ intueri, audireq; ſi- nũtur. neq; impune his licet: illa reuelata atq; detecta per vernaculi ſer- monis explicationẽ conſpicari.

Miſſam in lingua vernacula non eſſe legendam.

ℭEandem quoq; ſuorum ſacrorũ reue 6
rentiã atq; occultationẽ, ne cunctis paſſim innoteſcerent: ſtudioſe obſer uarunt ethnici, gentilitio ritu detẽti. tanq̃ naturali ratione atq; iudicio id eos edocente: ſacra myſteria non debere vulgo patere, neq; omnibus ſine delectu aut diſcrimine communicari. grauiterq; in eos eſſe animad- uertendũ: qui ea vulgare tentauerint. Vnde refert Valerius maximus li bro primo, titulo de ſeruata religione: q Tarquinius rex Marcũ Titũ duum virum (q librũ, ſecreta ſacrorũ ciuilium continentẽ, cuſtodiæ ſuæ cõmiſſum: corruptus Petronio Sabino deſcribendũ dediſſet) culeo inſu tum in mare abijci iuſſit. Idque ſupplicij genus: multo poſt, parricidis lege irrogatum eſt. Iuſtiſſime quidem: quia pari vindicta, parentum & deorum violatio expianda eſt. Hæc Valerius. Quid ergo pœnæ illis debetur, qui veri dei ſacra cõtaminãt: & non vni viro, ſed toti populo ea propalare ſtudent: per vulgarem ipſorum æditionem & cõmunicationẽ in omnes? ℭDemũ. particulã aſſertoriã Amen, qua CHRISTVS in

Valerius. Tarquinius Marcus Titus. Petronius Sabinus.

euāgelio frequēs vtitur:nullus vnq̄ interpretū transferre in aliā linguā est aggressus.sed eandē quocūq; in loco scripturæ(siue in euāgelijs,siue sacris epistolis,siue in Apocalypsi)occurrit:integrā & immutatā dimise runt,ob reuerentiam diuinæ assertionis.quæ augustior est & grauior: quādo impermutata seruatur illius nota.Ita vox alleluia,supernorum ciuiū laus perpetua:nō est etiā per interpretes,in alias voces latinas tā- tundē significātes traducta.sed apud Tobiam & in Apocalypsi intacta permāsit:vt significātior sit & excellentior diuinæ laudis enūciatio.Q̄ si hoc in vna aut altera dictione locū habet:quāto magis in toto missæ officio? quod reuera longe sublimiorē præ se fert dignitatē,sacratiorēq; intelligentiā, quando in latini sermonis contextu persistit incolume: q̄ si spoliatum precioso illo ornatu,veste vulgari vernaculæ linguæ quasi populari amictu circundaretur. Tobiæ.13 Apoca.19

8 populari amictu circundaretur.❡Cæterum rationes aliquot superius adductæ ad comprobandum:q̄ non expediat in ipso missæ ministerio epistolas & euāgelia legi corā populo lingua vernacula. nōnullæ itidē rationes in præsentia propositæ,ad monstrandū, q̄ non congruat totā missam lingua vulgari palā in ecclesia proferri:magnopere etiā faciunt & cōducunt ad colligendū,q̄ sacra scriptura non debeat in linguā trās- ferri vernaculā,& passim cōmunicari rudi populo:cerdonibus,sartori- bus,sutoribus,& macellarijs.qui de ea disputēt, disceptent,& iudicēt: suamq; ferant de altissimis diuinarū rerū mysterijs sententiā. Quoniā capacitas mentis laicorum,nullo pacto attingere poterit vnq̄ sublimia sensa & intelligentiā:in sacra diuinorū voluminū pagina contentā.Quo enim ingenio plebeij & populares spirituale capient diuini amoris epi- thalamiū:quod in cāticis cāticorū inter CHRISTVM spōsum & spon sam ecclesiā mirabili harmonia cōcinitur? Nōne verborū cortici & ex- terioribus hęrentes imaginibus,protinus carnale quippiā cōcipient po tius & sensibile,quod ad insanū amorem alliciat.q̄ spiritualē percipiēt sub illis verbis occultā superni amoris dulcedinē:qua sponsus ille dile- ctus suā dilectā sponsam prosequitur & afficit? Quo etiā modo oracula prophetarū multis verborū & figurarū inuolucris respersa capessent lai ci:in quibus enodādis desudarūt clarissima eruditissimorū & eorūdem optimorū virorū ingenia? Et si ab incunabulis versati in linguæ latinæ studio,& cōmentarijs orthodoxorū patrū adiuti,ecclesiasticę professio- nis viri:vix bene attingere possunt sublimia sensa,tam in veteris instru menti q̄ noui voluminibus contenta. quotidieq; non desinunt assiduo exercitio elaborare, ad eruendā profundarū rerū inibi delitentiū intel- ligētiam:quonā pacto eam assequetur rude vulgus & imperitū, nullo ante diuinę lectionis studio exercitatum,aut commentarijs adiutum? Cap.4.quarto libri pręsentis. Bibliam: in linguā vernaculā non esse vertendam.

9 Nullo penitus.❡Certe quā sibi quisq; popularium confinxerit sacra- rum literarum intelligentiā,nullo directus authore aut interprete,sed suo solius iudicio: eam pertinacius amplectetur & defendet acerrime. vt potius Herculē aut Milonem e gradu dimoueas:q̄ rudes & imperi-

tos e ſorte laicorū, qui ex lectione ſacrorū librorū in linguā vernaculā traductorū, aliquā ſibi ſciētię perſuaſionē induerunt. Illi ſiquidem hac protinus opinione inflati, audebūt ſibi diuinorū librorū interpretatio-nē inſolenter vēdicare: quinimo & prędicationē publicā ad populū, aut in ſuis cōuenticulis cōfeſtim aggredi, & corā audire eos paratis & quæ ſciunt & quæ neſciūt effutire. Quinimo & viris eruditis, a puero verſa-tis in ſacrorū librorū lectione, audebunt intolerabili temeritate hi ſcioli & vernaculi ſcripturæ ſanctæ interpretes in faciē reſiſtere: inſcitiæq; eoſ-dem & ignorantiæ inſimulare, ꝙ non rectā ſint aſſecuti ſacrarū literarū ſentētiā, quēadmodū ſe adeptos eſſe gloriātur. Et demū mulierculæ his librorū ſacrorū interpretationibus vulgaribus imbutæ, in hāc proſiliēt audaciā: ꝙ illorum ſibi magiſteriū vendicabunt, docendiq; ſibi in eccle ſia arrogabunt officiū, cōtra rectiſſimā beati Pauli prohibitionē. Hinc demū cunctis erroribus aperietur feneſtra, ianuaq; recludetur: per quā nefanda dogmata prauæq; doctrinę colluuies omnis irrepet in eccleſiā.

1.corin.14

1.timo.2

Nempe quiſq; laicorū ſiue viri ſiue mulieres, propoſitionē quamlibet in ſacris contentam codicibus aut veteris aut noui teſtamēti, præſertim in euāgelijs aut epiſtolis apoſtolicis: ad ſimplicē & nudum literæ contextū accipere facile poterūt, quæ tamē ſpiritualē exquirit ſenſum. aut propo ſitam quāuis e ſacrarū literarū promptuario ſententiā, ad alienā detor-quebūt intelligentiā: ſola ſua opinione tanꝙ magiſtro primo vtētes. In-de in graues facile prolabi queūt errores, quos tanꝙ ſacræ paginæ ora-cula, ſenſaq; peruicaciter defendere certabūt: & alios in ſuorum errorū conſortiū parteſq; pertrahere.

Grauia incommoda: ex trāſlatione bibliæ in linguā vernaculā enaſcentia.

¶ Hinc perditiſſimorū dogmatū zizania 10
& herbę noxię in agro dominico, haud magno negocio ſuccreſcūt: & la-te pullulāt. quēadmodū pernicioſæ hæreſes vt Valdenſiū, Albigenſiū, & Bohemorū: habuiſſe referuntur exortū ex huiuſmodi traductione ſa crę ſcripturę in linguā vernaculā, & cōmunicatione lectionis eius in to tum populū. At vero ne in poſterum hac via ſuboriātur mala gramina hęreſeon in ſancta dei eccleſia: ab ipſis primis eccleſiaſticę reipublicę mo deratoribus alieno iā edoctis periculo curandū eſt ſummopere, ne vlla fiat ſacrorū vtriuſq; teſtamēti librorū in linguam vernaculā traductio: aut iam traductorū lectio permittatur laicis, ſiue viris ſiue mulieribus. ſed prima tantū fidei rudimenta & pręceptorū dei documēta, iiſdē a pri ma ætate tradātur: quibus imbuti ſtudeant opere explere quod iubent mādata dei, eccleſięq; pręcepta ad vnguē exequi. Ardua autē ſacrę fidei myſteria ſublimiaq; ſacrarū literarū ſenſa, nullatenus ſcrutari debent: quoniā id vltra ſuā ſortē & gradū ſubſiſtit. Sed ſi quid intelligentię ple nioris volūt aſſequi de ijs quæ diuina proponit ſcriptura: eā ex cōcioni-bus publicis toti populo palam fieri ſolitis hauriant. aut ab ijs qui ex profeſſo ſacras callent literas, docēdiq; cæteros gerūt munus: illā exqui-rant cū omni modeſtia & ſimplicitate. Sic enim & errorū effugiēt peri-cula: & ſufficientem ſibi aſſequentur diuinorum dogmatū notionem.

¶Vocem iucūditatis alleluia, certis anni tēporibus in officio ecclesiastico recte prætermitti: & in hebdomada sancta proxime diē paschæ præcedente, proprium rite fieri officium: ab alijs temporibus distinctum. Cap. XVIII.

PRædictis autē in pręcedēte capite: subijcit Lutherus. Quarto, graduale duorū versuū, simul cum alleluia: vel vtrūlibet, iuxta arbitrium episcopi cātetur. Porro gradualia quadragesimalia & similia quæ duos versus excedunt: cātet quisquis velit in domo sua. In ecclesia nolumus tędio extingui spiritū fideliū. ¶Rursum hic arbitrio submittit episcopi Lutherus: vtrū in officio missę dicatur graduale cū alleluia subsequente, vel graduale sine alleluia, vel alleluia sine graduali. Quod tamen nō potest eius authoritate determinari, sed ecclesiasticæ dūtaxat regulæ iam antiquæ decreto. quæ definiuit, quando post graduale subiungi debet alleluia, in eiusdē missę officio: vt in maiori parte annui sit curriculi. aut quādo graduale sine alleluia dici debeat: vt in quadragesima & vigilijs festorū solenniū. vel quādo alleluia sine graduali: vt in tēpore paschali. Cui iam longa tēporis vetustate approbatæ constitutioni standū est: neq; transgredi licet terminos antiquos, quos posuerūt patres nostri. Prouer. 22. Cæterū a Luthero percontandum est: cur hic dicat, graduale duorū versuum dūtaxat cantari debere. cum nullū pene dederis graduale: quod duos versus excedat. quorū prior is est qui graduale denominatur, & plærūq; decantato sequente versu repetitur: posterior vero, versus est responsorius. Q; si gradualiū nomine Lutherus hic etiam tractus missarios cōprehendat, post graduale (cum prætermittitur alleluia) dici ex ecclesiastica sanctione solitos: non est penes eum authoritas, huiusmodi tractus vltra duos versus extentos prohibere in missæ officio. cum fere omnes, duos versus excedāt: immo interdum etiā duodecim, vt tractus primæ dominicæ & postremæ, ipsius quadragesimæ. ¶Verum tractus ipsos prolixos, in ecclesiastico missæ officio dici vetat hic Lutherus: non quidem vt hac via cōsulat deuotioni fidelium, quæ nimia prolixitate posset extingui: quemadmodū causatur. sed vt breuitati studens indulgeat voto populi, in breuiorem missam audiendā propensioris: ipsumq; talibus polliciat illecebris ad formam a se præscriptam lubentius amplectendam, reiecta forma dicendæ missæ ecclesiastica: offendente inertes & tepidos spiritu, interdū prolixitate. Sed nihil prolixius æquo videri debet, quo salus animæ acquiritur: feruentesq; spiritu & in deum intentos nulla fastidit diuini officij prolixitas, cum toto animo & mente in cælum feruntur. At vero cum hic contestetur Lutherus se nolle tędio extingui spiritum fidelium: cur prius dixit se malle, ꝙ integer legeretur psalmus in ipso missæ principio, quàm vnus aut alter versus eiusdem psalmi pro introitu? cum sit

Quare Lutherus in missa prolixitatem vetat.

integer & totus psalmus longe protensior: q̄ vnicus aut geminus eius versus. Aut cum prius maluerit integrū pro missæ introitu psalmū dici: cur hic prohibet gradualia duos excedētia versus, in sancto missę officio decantari? Non enim hæc duo solide cohærent: nec in his verbis satis sibi constat Lutherus. ¶Deinceps idem subnectit. Sed nec ipsam quadragesimā, siue maiorem hebdomadā aut sextam feriam pœnosam alijs ritibus ostētare decet: q̄ alias quascūq;. ne semimissa & altera sacramēti parte: CHRISTVM amplius ludere & ridere velle videamur. Alleluia enim, vox perpetua est ecclesiæ: sicut perpetua est memoria passionis & victoriæ eius. Hæc ille. ¶Quibus plane verbis abrogari vult institutū ecclesiasticū summopere cōmendandū: quo intermittitur canticū lętitiæ alleluia, in horis canonicis & officio missę, a dominica in septuagesima vsq; ad sabbatū sanctū paschę. Et in horis quidē canonicis, loco illius cātici lætitiæ: dicitur hæc laudatoria dei sentētia. Laus tibi domine: rex æternæ glorię. In sacro autē missæ mysterio, toto eo tempore: loco prędicti cantici cælestis, dicitur tractus. Hanc autē iubilatoriæ illius vocis intermissionē diebus illis faciundā instituit ecclesia: authore Leone primo, summo pontifice (vti ferūt rerum sacrarū scriptores) vt luctū pœnitentiæ pro peccatis expurgādis tunc assumendū innuat. & septuaginta ferme dierū decursu repræsentet captiuitatē illam Babylonicam: quā septuaginta annos perpessus est populus Iuda. admonens nos eorum exemplo, per lamēta pœnitentiæ confugere ad deū debere: vt eius ope liberemur a captiuitate dæmonis & seruitute peccati. ¶Rursum prætermittendā sanxit eādem lætitiæ vocē toto illo tempore intermedio inter septuagesimā & pascha, sancta mater ecclesia: vt eodem dierū curriculo designet totum pręsentis vitæ nostræ spacium, quo versamur hic in tristi exilio, lucidissima cæli regione extorres: ad quā tendere cōnitimur per pœnitētiam & luctum, pro peccatis nostris sine intermissione agēdum. Monet itaq; hac sua sanctione ecclesia: nos hic in lachrymis seminare debere, vt postea in exultatione metamus. cū permenso nostræ peregrinationis stadio peruenerimus ad supernā ciuitatem Hierusalē: vbi perpetua vox laudantiū dominū, iugiter resonat alleluia. Quēadmodū in suo cantico sanctus attestatur Tobias: de supercælesti illa ciuitate ita loquens. Ex lapide candido & mūdo, omnes plateæ eius sternentur: & per vicos illius, alleluia cantabitur. Et in sancta Apocalypsi idem perhibet beatus Ioannes apostolus dicens. Post hæc audiui quasi vocem magnam tubarum multarū in cælo: dicentium, alleluia. Laus & gloria & virtus: deo nostro est. Et haud multo post eodem in loco: illa vox gaudij & exultationis, semel & iterū repetitur. vt intelligatur ea, iugis esse laus sanctorū. Hanc autē assiduā dei in regno cælesti laudem per vocem alleluia, symbolo quodam repræsentat ecclesia sancta: quando toto tempore paschali referente felicem transitum a morte ad

Quare a septuagesima vsque ad pascha: omittitur alleluia.

Psal. 125

Tobiæ. 13

Apoca. 19

vitam perpetuam, quotānis intermissum prius lætum illud canticū re-
4 petit, & sæpenumero in suo officio ipsum ingeminat ac replicat. ¶ Por-
ro vt perspectius euadat, solidiusq; robur accipiat: quod modo de in-
termissione cantici lętitiæ alleluia, in officio ecclesiastico a septuagesima
vsq; ad pascha, propositū est: non erit ociosum, idipsum probatiore ad-
huc testimonio suffulcire, vtpote iuris pōtificij canonicarūq; sanctionū.
quæ in volumine decretorū de cōsecra. distinc. prima, cap. hi duo. illud
idē manifestissime his verbis cōprobant. Hi duo solūmodo hymni: ab
angelis in nouo testamēto inueniūtur decātati. alleluia, & gloria in ex- Apoca. 19
celsis deo. quos pariter in septuagesima intermittimus, quia peccato ho Lucæ. 1.
minis veteris a cōuentu angelicæ iubilationis expulsi in huius miseræ
vitæ Babylonem: super flumina eius sedemus & flemus, dū recordare- Psal. 136
mur illius Sion, in qua deū decet hymnus. Q̄ nouem hebdomadibus Psal. 64
alleluia intermittimus: non incōgrue per nouem hebdomadas, nouem
ordines angelorū accipimus. quorū decimus ordo per superbiam cor- Esaię. 14
ruens: angelicū numerū minuit, & a felicitate perturbauit. qui condo- Apoca. 12
lentes suæ diminutioni, & parem ruinam sibi timentes: a perfecta laude
creatoris fuere prępediti. Quorū recuperationi cōsulens omnipotēs de-
us creator, primū hominē de limo terræ formauit: qui sui generis mul- Gene. 2.
tiplicatione, damna cælestis patriæ resarciret, atq; angelorū gaudia sup
pleret. qua spe: angelicus chorus nō modicū lætatus est. Nec mirū: si ex Gene. 3
lapsu ipsius hominis fuerit perturbatus. vnde nouem ordinū concētus,
in laudē dei creatoris permansit imperfectus: donec in CHRISTO re-
surgente resurrexit prolapsus ille protoplastus. Ibi augmento sui colle-
gij & spe meliori angelicus exercitus gauisus: in nouū alleluia consur-
rexit totus, & in eo perstat deuotus. Quem & nos pro modulo nostro
imitātes: a septuagesima, quādo lapsus protoplasti in ecclesia recitatur,
alleluia nouem hebdomadas intermittimus: scilicet vsq; in pascha. vbi
CHRISTVS resurgens a mortuis: tristitiā nostram in gaudiū vertit, &
alleluia nobis reddit. Hæc ibi. In quibus verbis alia quidē a supra di-
ctis assignatur ratio: huiusmodi intermissionis cantici iucunditatis. In
ipsa tamen re proposita, q̄ scilicet eo anni tēpore fieri debeat illius iubi
latoriæ vocis omissio: prorsus conuenit atq; cōcordat citatus ille canon
5 cū iis, quæ ante sunt a nobis adducta. ¶ At vero Lutherus, immemor
illius sententię Sapientis. Musica in luctu: importuna narratio. definit Eccl. 22
alleluia vocē esse perpetuā ecclesiæ. & ipsum etiā in hebdomada sancta
(quæ & postrema) quadragesimæ, quinimo & in die sancto parasceues,
dedicato peculiariter memorię passionis dominicę, quā eo pertulit die:
vult alleluia decantari. Mirum certe est: q̄ nō adiecerit introitum hunc
missę, eodē die concini debere. Gaudeamus omnes in domino, diem fe-
stum celebrātes sub honore IESV CHRISTI: de cuius passione gau
dent angeli & collaudāt filiū dei. quo omnia lętitiā resonent & gaudiū

pro victoria domini nostri: per suã passionẽ obtenta de principibus tenebrarum. ¶Atqui non considerauit ipse(vt debuit)ecclesiam tunc recte instituisse lugubre officium, non parua ex parte ex threnis Hieremiæ desumptũ: vt nos admoneret exemplo sanctarum mulierũ, quæ in
Lucæ.23 euãgelio scribuntur amaris lachrymis lamentatæ dominũ fuisse, etiam commiseratione moueri debere & pio dolore, super acerba passione & morte domini nostri. quam certe pertulit innocens & vltroneus: vt nos ab æternæ mortis liberaret exitio. Debet & hunc adaugere dolorẽ, peccatorum nostrorũ grauitas, & vsqueadeo inuisa deo odibilisq; fœditas: vt propter illa abolenda oportuerit dei filium, ab omni peccato alienũ, gratiæq; & virtutis plenissimum, tam acerbam pro nobis mortem perpeti, flagraq; & ignominiosam perferre crucem. ¶Neq; hic animo con 6
ceptus dolor ex cõsideratione dignitatis & innocentiæ CHRISTI pro nobis passi, necnon ex attentione acerbitatis suppliciorum crucis: quã subijt innoxius, & deniq; ex animaduersione immanitatis nostrorũ scelerum, quę delenda erant per amaritudinẽ passionis eius: ingratus ipsi aut molestus putari debet. cum per prophetam dicat ipse dominus no-

Gratũ deo esse nostrũ dolorem: de passione domini.

Psal.68 ster in psalmo. Et sustinui qui simul cõtristaretur, & non fuit: & qui cõsolaretur, & non inueni. Ecce qui contestatur se expectasse quempiam qui condoleret sibi & contristaretur: nonne si condoleamus illi, cuius
Matth.26 anima facta est tristis pro nobis vsq; ad mortem, gratum erit illi & acceptum tale doloris obsequium? ¶Cum insuper exhortetur nos beatus
Roma.12 Paulus, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus: cur illi, qui
Hebræ.5 cum clamore valido & lachrymis in cruce orationem deo patri pro no-
Ephesi.5 bis obtulit, immo & seipsum in odorem suauitatis: non cõdolebimus? ¶Beatus item Paulus Hebræos inter cætera pietatis opera commen-
Hebræ.10 dat: q vinctis compassi fuerint. Quare ergo conditori nostro non compatiemur: qui vt nos a vinculis æternæ mortis eriperet, dura perferre vincula non dubitauit? ¶Deniq; sanctus Iob eo ipso commendatur: q
Iob.30 inter cætera virtutũ suarum pręconia dixerit. Flebam quondam super eo qui afflictus erat: & compatiebatur anima mea pauperi. Nos igitur non flebimus super eo qui grauissime pro nobis afflictus est? neq; com-
2.corin.8 patietur anima nostra illi: qui cum diues esset, egenus pro nobis factus est, vt illius inopia diuites essemus? ¶Rursum inter cęteros virtutũ ti- 7
Sanctus Nicolaus. tulos qui de beato Nicolao ab ecclesia cõcinuntur: & hic vnus habetur, q erat animo valde cõpatiens: & super afflictos pia gestans viscera. Quæ si huiusmodi intima animi cõpassio super aliena afflictione, ipsi sancto viro ascribitur in laudem & cõmendationem: cur idem opus in nobis dabitur vitio, si super CHRISTVM pro nobis acerbissime afflictum etiã pia gestemus viscera cõmiserationis? ¶Prȩterea Paulus apostolus
Roma.1. inter vitia grauia quæ improbis ob suam peruersitatẽ accidisse comme-
2.timo.3 morat: & id recenset, q fuerint sine affectione, cõpassionis scilicet in de-

ſolatos. Quę ſane increpatio & nobis iuſte intorquebitur: ſi adamātino
corde & præduro grauati, nō moueamur aliquo affectu doloris in mor
tem domini, illumq; nullo exteriore teſtemur indicio. ¶ Poſtremū ad-
monet eccleſiaſticus. Supra mortuū plora: defecit enim lux eius. & lu- Ecci. 22
ctus mortui: ſeptem dies. Quidni igitur ſuper eum plorare par eſt & æ-
quum: qui pro nobis mortuus eſt, ne æterna morte periremus? Rectiſ-
ſimum itaq; eſt illud eccleſiæ inſtitutum: quo ſanxit quotannis mortem
CHRISTI luctuoſo cantu & atris veſtibus, rituq; funebri cōmemorā
dam, vt nos ad cōmiſeratione & luctum ſuper acerba eiuſdem paſſio-
ne vehementius excitet, & amplius inducat. Verum hac de re ſuperio-
ribus annis in opuſculo de dolore beatæ MARIAE in paſſione filij ſui:
8 latius diſſeruimus. ¶ Rurſum, in poſtremis Lutheri verbis modo ad-
ductis, & illud ridetur ab eodem ſanctum eccleſiæ decretū: quo conſti-
tutum eſt antiquitus, feria quinta hebdomadæ ſanctæ vnam hoſtiā con
ſecrari debere, quæ in craſtinū diem atq; poſterum cum debita reueren
tia aſſeruetur. Ipſo vero die ſanctæ paraſceues, a ſacerdote publicā cele-
brāte miſſam certo & ab aliorū dierum officijs diſtincto ritu: eandem
hoſtiam ſine vino conſecrato ſumi debere. neq; ipſo dominicæ paſſioni
ſacro die, aut panem aut vinum conſecrandū eſſe in corpus & ſanguinē
domini, aut in altari offerendū: q; tunc ipſe CHRISTVS in cruce ſe-
cundum propriā & viſibilem formā immolatus eſt, immo ſeipſum ob-
tulit pro nobis deo patri in odorem ſuauitatis. Vnde queadmodum in Epheſi. 5
antiquæ legis decurſu, cū ſummus ſacerdos ſemel in anno intrauit in
ſancta ſanctorū per ſanguinē hircorum in feſto expiationis: ſolus ipſe Leuiti. 16 & 23.
ſacrificiū eo die obtulit ex diuino inſtituto. neq; aliorū ſacerdotū quiſ-
piam in eo die expiatorio ſacra facere aut immolare hoſtias tētauit: ſed
omnes ceſſerūt ipſi ſummo ſacerdoti, ſolenne illud ſacrificiū pro totius
populi propitiatione celebrāti. Haud diſpari ratione quoniā in die ſan
cto paraſceues ipſe ſummus ſacerdos noſter CHRISTVS per propriū Quare in die paraſceues: non cōſecratur hoſtia.
ſanguinē intrauit in ſancta ſanctorum, & ſeipſum obtulit in ſacrificium
expiationis pro nobis. quoties annua reuolutione occurrit dies ille ex-
piatorius, & peculiaris agitur illius immolationis memoria: merito de-
bent ſacerdotes omnes cedere ipſi ſummo ſacerdoti noſtro, neq; tentare
eo die immolationē ſacroſanctæ hoſtiæ in altari. ſed ij quorū munus eſt
corā cœtu fidelium publice officium eccleſiaſticū peragere: vti debēt in
eo celebrando, ſancta hoſtia pridie conſecrata: eāq; duntaxat ſumere, ſi-
9 ne calicis ſancti participatione. ¶ Verum Lutherus hunc ſacrū eccleſiæ
ritum improbās: cenſet ſexta illa feria non eſſe ſecundū aliam formā ce-
lebrandū miſſæ officium, q̄ cæteris quibuſcunq; diebus: ne ſemimiſſa
(inquit) & altera ſacramēti parte CHRISTVM ludere & ridere videa
mur. Sed ipſe, cum ritum celebratiſſimę illi diei peculiarē, ſemimiſſam
vocat: q; ſolita aliorū dierum forma ſit cōtractior poſt dictā ſacerdota-

lem in propatulo confessionem. cum etiam sugillat, alteram sacramenti partem, panem scilicet benedictionis sine vino consecrato, tunc sumi a sacerdote: CHRISTVM ludit & irridet impius, grauiterq; inhonorat. qui ecclesiæ sanctæ per spiritum veritatis inspirauit, se eo die, passionis suæ cõmemoratiuo, ita coli debere: vt per totum orbem Christianũ colitur. Quis enim dubitare iure queat: a spiritu sancto orthodoxis suggestum esse patribus, q; eo ritu sacratissimus ille dies celebrandus est: in quo dominicæ passionis quotãnis memoria recolitur? Qui igitur illũ subsannat ritum: spiritui sancto, officij illius primario authori, est maxime iniurius, Christianæq; pietati in primis aduersus.

¶Prosas in missa cantari solitas, non esse respuendas. in euangelio autẽ legendo: cereos adhiberi semper debere, thus vero non semper. Cap. XIX.

QVinto (ait deinceps Lutherus: in sua formula) sequẽtias & prosas nullas admittimus: nisi episcopo placuerit illa breuis in natiuitate CHRISTI. Grates nunc omnes. Neq; ferme sunt quæ spiritũ redoleãt: nisi illæ de spiritu sancto. Sancti spiritus assit nobis gratia. & Veni sancte spiritus. Quas vel post prandiũ vel sub vesperis, vel sub missa: si episcopo placet, cantari licet. Hæc ille.

¶Sed nescio profecto, quid prosę siue sequentię in ecclesiasticum vsum 1
iam diutius receptæ, Lutheri animum offenderint: vt eas omnes eliminari velit a missæ officio, exceptis tribus illis quas nominat. Nihil etenim in se cotinent quęuis prosæ, nisi diuinas laudes: aut sanctorum de quibus contextæ sunt, sacra pręconia. Sed non redolent spiritũ (inquit) aliæ prosæ: pręter illas tres. At nonne spiritum redolet prosa illa dominicæ natiuitatis. Lętabundus exultet fidelis chorus: alleluia? Et hęc de epiphania domini. Epiphaniam domino canamus gloriosam. Rursum hæc de festo paschali. Victimæ paschali laudes immolent Christiani. Hæc itidem de dominica ascensione. Rex omnipotẽs die hodierna. Et demum hæc de sanctissimo eucharistię sacramento. Lauda Sion saluatorem. Nonne etiã & illa prosa de sacratissima virgine MARIA. Salue mater saluatoris. inter omnes in primis præclara: spiritũ redolet deuotionis? Et hæc identidem, tempore aduẽtus domini de eadem deipara virgine cantari solita. Mittit ad virginem: non quẽuis angelum. Demũ (vt cæteras, quæ plurimæ adhuc supersunt, omittã) an ne & hæc de sancta cruce: redolet spiritum? Laudes crucis attollamus. quæ viuifici illius ligni mysteria mirifice depromit. Sed non suaue redolent Luthero sacrosanctæ virginis laudes nec gloriosæ crucis: quinimmo nec dei laudes ei sunt cordi, quia vetat & deum ipsum in supra dictis & alijs prosis laudari. ¶Verum quomodo is qui spiritũ dei non habet: diiudicare 2
recte queat: quænam prosæ redolent spiritũ dei? Vetuit plane quon-

Prosas in missa: non debere reijci.

dam dominus per Moyſem, eum qui paruo aut grandi aut torto eſſet naſo: admitti ad altaris miniſteriũ, offerendumq; ſacrificiũ. quo myſtice ſignatũ eſt: eos qui rectam ſpiritualium diſcretionẽ non habent, deſignandos non eſſe ad illorum adminiſtrationẽ. Credo ſane Lutherum paruo eſſe naſo aut torto: minimeq; idoneo ad ſpiritualia rite diſcernẽda. quare admitti merito non debet: vt ferat iudicium de ijs quæ ſpiritum redolẽt, aut illius ſunt expertia. Sed neq; ipſius eſt munus, epiſcopo eas partes delegare: vt pro ſuo nutu tres illæ proſæ quas ſolas admittit, decãtentur in miſſa, aut pomeridiano tempore in officio veſpertino. Non enim poteſt epiſcopus leges eccleſiaſticas vt lubet reſcindere: ſed eis diutino approbatis tempore morem gerat oportet, conſuetudiniq; antiquæ ſeipſum accõmodet atq; conformet. ¶Poſt hæc autem, in ſua formula ita progreditur Lutherus. Sexto ſequitur euangelica lectio: vbi nec candelas nec thura prohibemus, ſed nec exigimus. Eſto hoc liberum. Septimo ſymbolum Nicenum cantari ſolitum non diſplicet: tamen & hoc habet in manu epiſcopus. Et nõnullis interiectis de vernacula concione ad populum propalã habenda: vtrum expediat eam ante miſſæ principiũ vel poſt ſymbolum fieri, nihil ad rem præſentẽ conferentibus, ſubiungit. Sed tamen liberos nos ratio iſta non ligat, præſertim ꝙ omnia quæ vſq; ad ſymbolũ in miſſa fiunt: noſtra ſunt & libera, a deo non exacta, quare nec ad miſſam neceſſario pertinent. Hæc ille.

Lutherus de ijs quæ ſpirit⁹ ſunt: recte iudicare nõ poteſt.

Leuiti. 21

¶Cæterum candelas cæreas ad euangelicã lectionem, quæ fit a diacono non ſuper altare, ſed alio in loco deſignato illi ſacræ lectioni, adhiberi debere: teſtis eſt beatus Hieronymus in libro contra Vigilantium dicens. Per totas orientis eccleſias quando legendũ eſt euangelium, accenduntur luminaria: iam ſole rutilante. non vtiq; ad fugandas tenebras: ſed ad ſignũ lętitię demonſtrandũ. Hæc ille. Quod etiã per omnes occiduæ mũdi plagæ fit eccleſias: ad deſignandã lumine illo ſenſibili ipſam lucem ſpiritualem, quæ per euangeliũ toto in orbe terrarũ (depulſis errorum tenebris) inſigniter effulſit. Quare non poteſt hoc nunc liberum fieri, vt adhibeantur luminaria euãgelicæ lectioni aut prætermittãtur: ſed pro antiquo eccleſiæ more inuiolatũ atq; incõuulſum id obſeruandum eſt, ꝙ ſemper admoueantur. Thus vero non ſemper euangelio legendo adhibendũ eſſe, lubens annuerim: ſed tantũmodo in miſſis ſolennibus. Neq; tamen propterea id liberum eſſe debet: vt quoties voluerit quiſpiam, thus admoueat: & cum ſibi placitũ fuerit, omittat: ſed laudabili eccleſiæ conſuetudini in eo negocio ſtandum eſt & obtemperandũ.

Hieronymus.

Quare cærei legendo ĩ miſſa euangelio admouentur.

¶Quod vero de ſymbolo Niceno ſubnectit, ſecundũ epiſcopi arbitriũ dicendo in miſſa aut prætermittendo: nequaꝗ̃ eſt recipiendũ. Siquidem idipſum: ad ordinationẽ eccleſiæ vetuſtã referendum eſt. vt quibus diebus ipſa decreuit publicam illam fidei confeſſionem in ſacro miſſæ officio proferendã eſſe: tũ proferatur a ſacerdote. quibus vero ſtatuit omit-

tendam:non pronuncietur.Ordinationi itaque eccleſiæ ſtandū eſt:neqꝫ pendere debemus ex arbitrio epiſcopi in ea re, qui conſtitutis ab antiquo ad celebrandum miſſæ myſterium legibus eccleſiaſticis vti debet: & non eaſdem pro ſuo nutu mutare. ¶Porro non eſt quoquo pacto to- 4
lerandum,quod proxime ſubnectit Lutherus:ſuam hic libertatem exitioſam ad officium vſqꝫ miſſæ extendens.non eſt inquam ferendū neqꝫ admittēdum,hoc eius aſſertum:omnia ſcilicet quæ ad ſymbolum vſqꝫ in miſſa fiunt, noſtra eſſe & libera.

Quę in miſſæ officio dicuntur: nec noſtra eſſe nec libera.

Noſtra certe nō ſunt,neqꝫ humana inuēta:quæ a ſpiritu ſancto dirigente apoſtolos & viros apoſtolicos ordinata ſunt.neqꝫ noſtræ ipſorū relinquitur facultati:aliter ea cōſtituere q̃ ſancita habentur.Neqꝫ libera dici debent:quæ citra graue crimen,ſecus ac inſtituta ſunt fieri non poſſunt. Quis enim liberum eſſe dixerit cuiqꝫ: miſſæ introitū legere aut prætermittere? nouenā ſupplicationem miſericordiæ diuinæ imploratricem proferre: vel ſupprimere? orationē ſiue collectam deprecatoriā dicere:aut eandem ſubticere? lectionem epiſtolæ & euangelij in ipſo miſſę miniſterio pronunciare:vel eandē omittere? Et ita de cæteris anterioribus miſſæ partibus:facienda eſſet percōtatio.At hæc omnia prędicta: in ſacro miſſę myſterio ſymbolū Nicenū pręcedunt.Qꝫ ſi quis ea vniuerſa cum Luthero contenderet eſſe libera: maximā officio eccleſiaſtico inueheret cōfuſionē. Nempe vnus quiſpiā ſacra facturus,tunc legeret epiſtolam in ſua miſſa:alter vero vtens propoſita libertate,eandem non proferret.vnus item lectitaret euāgelium: alter autē pro ſuo arbitrio idem omitteret.deniqꝫ vnus ſacrificorū collectam in miſſa pronūciaret: alter vero nullam penitus diceret.Et ita diuerſi prorſus alio & alio ritu miſſam celebrarent eodem in loco: eſſetqꝫ multiformis & varius apud viros eccleſiaſticos eiuſdem etiam loci,ſacra faciendi modus.Nihil deniqꝫ certum relinqueretur & conſtans in peragendo ſacri altaris officio:quoniā eſſet cuique pro lege, ſua voluntas. quod ſane horridā inordinationē & Babylonicam quandā cōfuſionē: eccleſiæ dei ingereret.quæ vt deuitetur:certis opus eſt ſacrorū legibus, quibus omnes nitantur. ¶Præterea,falſum eſt & illud atqꝫ erroneum: 5
quæcunqꝫ in ſancto miſſæ miniſterio ſymbolum Nicenū præcedunt, a deo nō exigi,neqꝫ ad miſſam neceſſario pertinere:vt aſtruit hic Lutherus.Enimuero exigūtur illa a deo:quæ ab eccleſia & ſpiritu ſancto,aſſiduo eius præſide,ſunt pie ordinata. Illa itidem ad miſſam neceſſario pertinēt:quę non poſſunt ſine graui offenſione dei prætermitti,aut aliter q̃ eccleſiaſtica habet ordinatio,exerceri.Talia autem ſunt vniuerſa: quæ publicā fidei profeſſionē, proxime poſt euangeliū proferri ſolitā, præcedunt. Nempe ſiquis epiſtolę lectionem aut euangelij dedita opera prætermitteret in miſſæ celebratione:nonne eccleſiaſticū obturbaret ordinem,deumqꝫ grauiter offenderet per huiuſmodi cōtemptū rerum diuinarū? Exiguntur igitur hæc omnia a deo,in ſacro miſſæ myſterio:

& sunt ad illud rite peragendum apprime necessaria. Sed & hic dilucide constat: q̃ varius & sibi minime concors sit Lutherus. Enimuero prius ingenue & vere cõfessus est, ac scripsit in superiore quodã loco iã a nobis excusso: ꝙ epistolarũ & euangeliorum lectio in missa, etiã necessaria fuit & est. Hic vero dicit, ꝙ omnia quę vsq; ad symbolũ in missa fiunt: ad ipsam necessario non pertinẽt. de quorum numero sunt sine controuersia, epistolarũ & euangeliorũ lectio. Quo igitur modo hæc duo eius dicta cohęrere queant sibi inuicẽ: ipse viderit. Capi. quarto huius libri.

¶Oblationes fidelium in missa, improbari non debere: ꝙ multis scripturæ testimonijs illæ approbentur. Cap. XX.

DEinde in sua formula: hæc proponit Lutherus. Octauo sequitur tota illa abominatio: cui seruire coactum est quicquid in missa præcessit, vnde & offertoriũ vocatur. Et ab hinc omnia fere sonant ac olent oblationes: in quorum medio, verba illa vitæ & salutis sic posita sunt: ceu olim arca domini in templo idolorũ iuxta Dagon. 1. regũ. 5 Et paulo post, vbi insulsam illã historiæ sacræ applicationem iuxta suum ipsius sensum est prosecutus: subiungit. Proinde omnibus illis repudiatis quę oblationẽ sonant cum vniuerso canone: retineamus quæ pura & sancta sunt, & sic missam nostrã ordiamur. Hæc ille. ¶Abominationẽ autem hic vocat Lutherus, oblationẽ spontaneã & piam fidelium: quæ post symbolum Nicenum religiose & sancte fieri assolet in sacro missæ officio. Verum huiusmodi vltroneæ oblationis improbatio: haud dubie abominatio est, atq; execratio eius, quod multiplici cũ veteris tum noui instrumẽti testimonio comprobatur esse gra

1 tum & mirifice acceptum deo. ¶In primis siquidem pręcepisse legitur dominus in Exodo: ipsi populo Israelitico. Non apparebis in cõspectu meo vacuus. Vbi manifeste vetat, quempiam in tabernaculo se diuino Exodi. 23
sistere conspectui: sine muneris alicuius oblatione. Quod & dilucidius in Deuteronomio explicat: quãdo dato præcepto quod omne masculinum ter in anno compareat in cõspectu domini, vtpote in tribus præcipuis Hebræorum solennitatibus: subdit. Non apparebit ante domi- Deutero. 16
num vacuus: sed offeret vnusquisq; secundum quod habuerit, iuxta be-
2 nedictionẽ domini dei sui quam dederit ei. ¶Pręterea, cum extruendũ esset a Moyse tabernaculum in deserto (quod ecclesiæ sanctæ typum ge- Exodi. 25
rebat & vmbrã) iussit dominus in Exodo offerri a populo aurum, argentum, gemmas, variamq; materiã preciosam, ad ipsius tabernaculi & supellectilis eius fabricã. Quod domini præceptũ promptissimo executi sunt animo viri & mulieres, principes ac plebeij, vt idem postea cõ
memorat dicens. Quicquid ad cultum diuinũ & ad vestes sanctas ne- Exo. 35
cessariũ erat: viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia. Vnde tanta fuit oblatorum vltro in id opus copia:

vt necessarium fuerit vlteriorem populi oblationẽ publica denũciatione
Exodi.36 inhibere. Quod ita deinceps scriptura refert. Cum instarent operi quo-
tidie: mane vota populus offerebat. Vnde artifices venire cõpulsi: dixe-
runt Moysi. Plus offert populus q̃ necessariũ est. Iussit ergo Moyses,
præconis voce cãtari. Nec vir nec mulier quicq̃ offerat vltra: in opere sã-
ctuarij. ¶ Insuper, habita de Madianitis clara & memorabili victoria 3
sine cuiusq̃ militũ Israeliticorũ strage: accesserunt principes exercitus,
Numeri.31 tribuniq; ac centuriones ad Moysem dicentes. Nos serui tui recẽsuimus
numerũ pugnatorũ quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus qui-
dem defuit. Ob hanc causã offerimus in donarijs domini, singuli quod
in præda auri potuimus inuenire: periscelides & armillas, annulos &
dextralia ac murenulas, vt depreceris pro nobis dominũ. Hanc autem
vltroneam oblationẽ: quis iure improbauerit? Et si ea improbari nõ de-
beat: cur damnabitur voluntaria & pia fidelium oblatio, quæ nunc in
ipso missæ officio fieri consueuit? ¶ Rursum, in libro Paralipomenon 4
1.parali.15 scriptum legimus: in huiusmodi oblationũ approbationẽ. Obtulit er-
go vniuersa multitudo hostias & laudes & holocausta: mente deuota.
Cũq; offerrentur holocausta: cœperunt laudes canere domino, & clan-
gere tubis, atq; in diuersis organis quæ Dauid rex Israel reppererat, cõ
crepare. Quis igitur probe dãnauerit deuotam populi fidelis oblationẽ
quæ fit in ecclesia dei: ad exemplum & imitationẽ oblationum veteris
legis? ¶ Adde q; postq̃ Dauid rex præparasset ingentes impensas pro tẽ 5
plo domini extruendo: hortatus est principes Israel & populũ ad offerẽ
1.parali.29 da munera in idem opus, dicens. Si quis sponte offert: impleat manum
suã hodie, & offerat quod voluerit domino. Cui exhortationi obtempe
rãtes principes cũ populo: obtulerũt in eandẽ rem larga donaria cũ hila
ritate & alacritate animi. Vnde exhilaratus ipse rex & gratias deo ex-
Ibidem. oluens de susceptis beneficijs: inter cætera dixit. Vnde & ego in simpli-
citate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc: & populũ tuum qui hic re-
pertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. At oblationes
in missa ex deuotione fidelium procedẽtes: haud minus deo fiunt atq;
exhibentur, q̃ illa antiquæ legis munera. accipiunturq; eædem a sacer-
dote altaris ministro: vt per ipsum tanq̃ intermediũ atq; interstitem in-
ter populum & deum, demum ipsi deo exhibeantur. Sunt igitur & hæ:
magnopere cõmendandæ. ¶ Ad hæc, Ipse dominus noster in euãgelio, 6
Matth.5 quando gratũ deo munus offerre debeamus edocens: ait. Si offers mu-
nus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet ali-
quid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius
reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. In quibus
quidem verbis approbat ipse legifer noster muneris oblationẽ quę deo
fit: eandemq; faciendã suadet, sed reconciliato prius placatoq; fratre: cũ
quo ante intercessit aliqua controuersia vel contentio, ne cũ odio frater-

no aut amara indignatione in proximū, exhibeatur munus deo:quod
7 illi placere non poteſt ſine vera fratris dilectione. ¶Poſtremū,idem do
minus noſter reſpiciens eos qui munera ſua mittebant in gazophilatiū: Lucæ.21
vidit inter illos & pauperculam viduam mittentē æra minuta duo. Cu
ius oblationem pluris fecit q̃ cæterorū ampliores donationes: ꝙ alij ex
ſuperabundanti ſibi,obtulerint munera domino.illa vero etiã ex neceſ
ſarijs ſuo victui:intulerit dona gazophilatio. Quomodo autē ipſe veri
tatis magiſter, atq; ſyncæræ in deum pietatis, approbaſſet illius viduæ
oblationem,& cæterorū præpoſuiſſet donarijs: ſi oblatio fidelium eſſet
8 abominatio,quemadmodū hic ait Lutherus? ¶Vnde inepte ſimul &
impie confert idem in verbis ſuis poſtremo adductis loco , ſacrū miſſæ
canonem templo idolorū:in quo Philiſteorum deus Dagon colebatur. 1.regū.5
& verba conſecratoria panis ſacri & calicis, medio inſerta canoni: arcæ
domini repoſitę iuxta ſimulachrum illud,& in templo Allophilorum.
Quid enim magis ſacrilegum aut blaſphemū: q̃ ſanctum ipſum miſſæ
canonē ſpiritu ſancto authore cōtextū & ab orthodoxis patribus tãto
approbatū tēpore,conferre phano idolorū aut thecis dæmoniorū? Sed
hæc profecto indigna ſunt:quibus adhibeatur reſpōſio. ¶Demū ſuam
miſſam vocat hic Lutherus,officium cōſecrationis ſancti panis & cali
cis in altari,atq; cōmunionis eiuſdem:a ſe in hac formula conſtitutum.
Et hanc quidē orditur poſt lectum ſymbolum Nicenum: quoniã arbi
tratur omnia confeſſionē illam fidei præcedētia, ad miſſæ integritatem
non pertinere,neq; ad illam eſſe neceſſaria:vt ſupra eſt dictum. Verum Vbi inchoa
eccleſia ſancta ſuæ miſſæ ſumit exordiū ab ipſo introitu: eamq; per ſin tur & fini
gulas partes ſuas deducit ad extremam vſq; ſacerdotalis benedictionis tur miſſa:
prolationē. Omnia enim illa,ſecundū priſcorum patrū inſtituta: ad ſa ſecundū ri
crum miſſæ myſterium attinent,& ad ipſius complementū. Proinde re tum eccle
pudiata Lutheri miſſa, quæ ſacrilega eſt & impia : eccleſiaſticæ miſſæ ſiæ.
formam,pietatis & ſyncæritatis Chriſtianæ pleniſſimã amplectamur.
Huic iugiter inhæreamus:nec arūdinis more agitemur , nec circūfera
mur omni vento doctrinæ. Sequamur maiorum noſtrorum veſtigia:&
non aberrabimus a via regia,neq; declinabimus ad dextrã aut ſiniſtrã. Nume.20 & 21.

¶In calice ad miſſæ celebrationem apparando : non vinum merum ſed aquæ permixtum,cōtra Lutheri placitum,reponi debere. Cap. XXI.

NVnc reliquum eſt attentis auribus miſſæ Lutheranę audire exordiū:ipſamq; diligenti examine trutinare. Sub ſymbolo(inquit)apparetur panis & vinū ad benedictionē:ritu ſolito.niſi ꝙ nondum cōſtitui mecū: miſcēda ne ſit aqua vino. quanq̃ huc inclino:vt merū potius vinum paretur abſq; aquę mixtura. Hæc ille.
¶At qui retinere ſe velle dixit quæ pura & ſancta ſunt,cæteris omni

bus repudiatis:in ipso missæ suæ primo limine atq; vestibulo impieta-
Impius in sacra mysteria Lutherus.
tem proponit.se scilicet necdum constituisse, miscenda ne sit aqua vino
in calice benedictionis.quod tamen ab initio nascẽtis ecclesiæ sancitum
est:& hactenus sine controuersia obseruatũ. Superaddit illi & alteram
impietatẽ:qua declinat a totius ecclesiæ sententia, & in oppositã magis
partem inclinatur atq; deflectitur: cum censet potius vinũ sine aqua,ca-
lici domini imponendũ. ¶Sed vt hæc reuincatur improbitas atq; vesa-
nia:age ostẽdamus authoritate sanctorũ patrum & rationibus,ad mis-
sæ celebrationem,aquã debere vino permisceri. In primis illud attesta-
tur beatus Cyprianus,antiquus & probatus author in epistola ad Ce
Cyprianus
cilium fratrem(quæ secundi libri suarum epistolarum est tertia:& tota
præclara atq; singularis)dicens.Calix domini non est aqua sola aut vi-
num solũ:nisi vtrunq; misceatur. sicut nec corpus domini potest esse fa-
rina sola nec aqua sola:nisi vtrunq; fuerit adunatũ,& panis vnius com
Idem.
page solidatũ.Et paulo post ,eodem loco.Si quis de antecessoribus no-
stris vel ignoranter vel simpliciter hoc non seruauerit(scilicet,aquã vi-
no nõ miscuerit in calice domini)quod nos dominus facere & exemplo
& magisterio docuit:potest simplicitati eius,indulgẽtia domini, venia
concedi.Nobis vero non potest ignosci:qui nunc a domino instructi su-
mus,vt calicem domini cum vino mixtum, secundũ ꝙ dominus obtu-
Christũ in cœna vino aquam miscuisse.
lit,offeramus. Hæc ille. ¶Ex quibus verbis posteriore adductis loco, 2
vna colligitur non futilis ratio:cur aquã vino in calice dominico misce-
re debeamus.quoniam scilicet id dominus suo nos docuit exemplo atq;
magisterio: & in vltima cœna calicem vino aquæ commixto obtulerit.
Quod & plærisq; alij non contẽnendi authores, etiã cum Cypriano sen
tiunt:vtpote magister sententiarum in distinctione vndecima quarti li-
bri,post hæc Cypriani verba modo citata subnectens cõtinuo hanc sen
tentiã.Colligitur etiam ex prædictis: ꝙ CHRISTVS vinũ aqua mi-
Damascenus.
xtum dedit discipulis.Et Damascenus in quarto libro de fide orthodo
xa,capite decimo quarto: ita de CHRISTO loquens ait.Similiter ac-
cipiens calicem ex vino & aqua: tradidit illis(vtpote discipulis)dicens.
Lucæ.23
Bibite ex hoc omnes.Hic meus est sanguis noui testamenti:qui pro vo
bis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Hoc facite in meã cõmemora-
tionem. ¶Ex horum itaq; trium authorũ testimonio, prima recte col-
ligitur ratio nequaq̃ aspernanda:quare aqua vino debeat in sacro calice
cõmisceri.quoniã idipsum dominus noster in primaria huius sacramẽ-
ti institutione fecerit:& ita obseruandum esse edocuerit.Neq; huic ob-
uiat dicto:ꝙ illud in euãgelio non sit expressum. quoniam multa fecit
Ioannis.20
IESVS in medio discipulorũ suorum, euãgelista teste:quæ nequaq̃ in
euangelio sunt conscripta . Sed neq; oppositum rei propositæ,ꝙ videli-
cet dominus instituens sanctum eucharistiæ sacramentũ in cœna nouis-
sima,aquam vino in calice non immiscuerit: in euangelio conscriptum

legitur. Quare ea ex parte, euangelicoq; testimonio: non potius inficiatoriam sentẽtiam q̃ assertoriam queas comprobare, quoniam neutra illic continetur. Astructoria tamen, aliunde, ex grauium scilicet authorum sententia: asseuerantium CHRISTVM miscuisse aquam vino in
3 calice benedictionis, est suffulta. ¶Huic autem primæ rationi iam explicatę, accedit & alia ratio: non minus efficax ad idem comprobandũ, vtpote in ipso missæ officio aquam esse vino permiscendã in calice. quoniam scilicet de latere domini nostri in cruce mortui, militari lãcea aperto: exiuit sanguis & aqua, non vnum eorum sine altero. Quod in altaris ministerio, per mixturam vini cum aqua in calice: ex instituto ecclesiastico repræsentatur. Nam vinum, CHRISTI sanguinem designat: qui defluxit eius latere. aqua vero commixta vino in calice: aquã ipsam sanguini in illo effluxu coniunctam demonstrat. Quod sacer Hieronymus attestatur in hunc modum. Dominici sanguinis vinum aqua esse miscendum: non solum traditione, sed ipso etiam genere mortis & passionis, dominus noster ostendit: ex cuius sacro latere, sanguis & aqua, lanceæ illisione effluxit. Et Alexander papa, episcopis omnibus orthodoxis scribens (vt recitat volumen decretorum, de cõsecratione, distinc. secunda. cap. in sacramentorũ) ait. Non debet in calice domini aut vinũ solum aut sola aqua offerri: sed vtrunq; permixtũ, quia vtrũq; ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Rursum in eodem decretorum loco: cap. non oportet. ex cõcilio Martini papæ depromitur hęc sanctio. Non oportet aliud aliquid in sacramento offerri, præter vinũ & aquã & panem: quæ in typo CHRISTI benedicuntur. Quia dum in cruce CHRISTVS penderet: de corpore CHRISTI sanguis effluxit & aqua. Hęc tria vnum sunt in CHRISTO IESV: hæc hostia & oblatio
4 dei in odorem suauitatis. ¶Additur pręterea a sanctis patribus & tertia ratio: quare in calice domini vinum sit aqua miscendum. ad significandum scilicet mysterium vnionis populi fidelis cum CHRISTO, in huius vitæ incolatu: per gratiam & participationem meriti suæ passionis. Nempe vinum in calice: domini nostri sanguinẽ effusum in nostræ redemptionis precium, significat. Aqua vero illi infusa: populum Christianum, qui suo redemptori inseritur per efficaciam mortis & passionis eius, insinuat. Quod his verbis Hieronymus affirmat. Aduertimus in aqua, figuras gentium designari: dicente Ioãne in apocalypsi. Aquę quas vidisti: populi multi sunt. In vino autem: sanguinẽ dominicæ passionis ostendi. Ac sic, cũ in huius sacramẽti oblatione, vino aqua miscetur: eo ipso designatur, q; CHRISTO fidelis populus incorporatur, iũgiturq;, & quadã ei copula perfectæ charitatis vnitur. Hæc ille. Cõfirmat eandẽ sententiã Iulius papa: scribẽs episcopis per Aegyptũ cõstitutis (vt refert liber canonicarũ sanctionum: de cõsecratione, distinctione secunda, cap. cum omne) in hunc modum. Calix dominicus iuxta ca-

Ioannis. 19
Hieronymus.
Alexander papa.
Martinus papa.
Hieronymus.
Apoca. 17
Iulius papa.

nonū præcepta vino & aqua permixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero, ſanguinem CHRISTI oſtendi. Ergo cum in calice, vino aqua miſcetur: CHRISTO populus adunatur, & credentium plebs, ei in quem credit, copulatur & iungitur. quæ copulatio aquæ & vini ſic miſcetur in calice domini: vt mixtio illa non poſſit ſeparari. Hæc ibi. Aſtipulatur eidem & Innocentius tertius: ita ſcribens archiepiſcopo Lugdunenſi: vt refert tertius liber epiſtolarum decretalium, titulo de celebratione miſſarum, cap. cum Marthæ. Cum aquæ multæ (inquit) ſint populi multi: iuxta quod alibi legitur. Beati qui ſeminant ſuper aquas, ideo vino aqua vnitur: vt CHRISTO populus adunetur. Per hoc enim quod ſuſcepit ipſe de noſtro & accepimus ipſi de ſuo, tam inſolubili nexu coniungimur: vt qui eſt vnum cum patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnum nobiſcū per admirabilem vnionem. atque per hoc, ipſo cōmuniter mediante: cum patre vnū efficimur. Hæc ille. ¶ Supra dictis itaque rationibus inducti patres orthodoxi: conſtituerunt in omni ſacri altaris miniſterio aquam vino in calice domini miſceri debere. Et hęc ipſorum ſanctio, per tot annorum curricula (quæ ab initio legis euangelicæ ad hæc vſq; tempora, continua reuolutione defluxerunt) incōtaminate eſt obſeruata. Quid igitur nunc obſtrepere molitur Lutherus huic eccleſiaſtico decreto, tam diuturna conſuetudine approbato: & tam certis atq; legitimis cauſis, ab ipſis primis patribus (apoſtolis ſcilicet, eccleſiæ ſanctæ ordinatoribus) conſtituto? Quod tamen prohibitum eſſe a domino, ſcire debuit: per hæc Deuteronomij verba ſpiritualiter intellecta. Non aſſumes & transferes terminos proximi tui: quos fixerunt priores in poſſeſſione tua, quam dominus deus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis poſſidendam.

Innocētius tertius.
Apoca. 17
Eſaiæ. 32
Deutero. 19

¶ Q; inualidæ ſunt Lutheri rationes: quibus improbare nititur mixtionem aquæ cum vino, in calice domini. Cap. XXII.

Neq; vim aliquam habent rationes Lutheri: quibus ſuam fulcire conatur ſententiā, non eſſe ſcilicet aquā vino miſcendam in calice benedictionis. Neque ſolidæ ſunt dilutiones & rectæ: quibus ſupra adductas rationes, inualidas eſſe molitur oſtendere. Huc inclino (inquit) vt merum potius vinum paretur abſque aquæ mixtura: q; ſignificatio me male habeat, quam Eſaias primo cap. ponit. Vinum tuum (inquit) mixtum eſt aqua. Merum vinū enim pulchre figurat puritatem doctrinæ euangelicæ. Hæc Lutherus. ¶ Cæterum eadem ratione haud difficile perſuaderet Vvittembergēſibus ſuis: nunquam vinum ſuum in conuiuio aqua diluere, ſed merum haurire, ne in illud incidant improperium propheticū. Vinum tuum mixtum eſt aqua. Verum illud prorſus inepte faceret, & inſulſe. Nam diuinus propheta illic non de vino & aqua naturali loquitur (de quibus tamen

Eſaiæ. 1.

hic, cum de apparando calice domini ad missæ celebrationem agimus: duntaxat habetur sermo)sed de vino mystico,& aqua per figuram dicta. Nempe vinũ in eo prophetæ loco sumitur pro syncæritate legis diuinę,puritateq; veritatis euangelicæ. Aqua vero,pro placitis humanis sinistro affectu adinuentis,prauaq; hæreticorũ intelligentia:ibidem accipitur.quæ duo:dei legem & euangelij veritatẽ corrumpunt. Huiusce quidem rei testis locupletissimus est beatus Hieronymus : ita locũ illũ Esaiæ exponens. Sensus est,inquit. Lex dei pura atq; syncæra,& (vt ita dicam) mera veritate subnixa , violata est traditionibus pharisæorum. Quod dominus in euangelio plenius docet: omisisse eos legem dei, & sequi mandata hominũ. Omnisq; doctor qui austeritatẽ scripturarũ per quam potest audiẽtes corripere: vertit ad gratiam,& ita loquitur vt nõ corrigat sed delectet audiẽtes: vinum sanctarum scripturarũ violat,atq; corrumpit sensu suo. Hæretici quoq; euãgelicam veritatẽ corrumpunt praua intelligentia:& sunt caupones pessimi, facientes de vino aquam, cum e contrario dominus noster aquas in vinum verterit:& tale vinum, quod miretur architriclinus. Quale & regina Saba in Salomonis est mirata conuiuio:pincernas eius & ministros vini sua voce collaudans. Hæc Hieronymus. Cuius sententiã sequũtur ad vnguem eodem in lo-

Hieronymus.

Matth.15

Ioannis.2

2.parali.9

2 co:glossa ordinaria & interlinearis. ¶Et quoniam alia traductio, pro hac nostræ translationis prophetica sententia. Vinum tuum mixtũ est aqua. habet hanc. Caupones tui miscent vino aquam. profecto Lutherus seipsum de numero horum cauponũ esse manifeste prodit. qui cum in omnibus suis scriptis sacram detorquet scripturam ad suum sensum, a vero intellectu alienum:tum in hoc loco dictum illud propheticũ,de vino & aqua mysticis accipiendũ,accõmodat inepte ad vinum & aquã naturalia, & iuxta suæ naturæ veritatem sumpta. Et ita secundum datam Hieronymi interpretationem,reuera miscet aquã vino,iuxta propheticam increpationem: & æquiuocatione fallitur pariter & pseudographia,falsaq; assumptæ propositionis & obliqua applicatione ad aliquid, a recto suo sensu & vero extraneũ. Nos vero cum vinum aqua miscẽdum in calice domini ad perficiendam missæ celebrationem proponimus:de hisce rebus secundũ naturæ suæ veritatem acceptis loquimur,quæ deinde per verba consecratoria in verum & naturalẽ CHRISTI sanguinem sub vini speciebus contentum transmutantur. Idcirco nequaq̃ incurrimus illam prophetæ reprehensionem:cuius significatio Lutherũ merito male habet,quoniã(vt modo dictum est) illis prophetæ verbis & ipse taxatur atque notatur.

Esaiæ.1.

Quomodo id intelligendum: vinum tuũ mixtum est aqua.

3 ¶Præterea,non obseruauit hic Lutherus præclarum illud beati Augustini documentũ:quod in tertio libro de doctrina Christiana,ad exponendas scripturas summopere testatur curandũ. ne scilicet quę per figuram dicta sunt,accipiamus tanq̃ ad literam prolata & iuxta nudum literæ contextum: si rectam volue-

rimus diuinis sacrorum eloquiorũ sententijs adaptare intelligentiam. Nempe verbum illud Esaiæ, de vino & aqua figurate acceptis intelligẽdum: applicat ipse Lutherus ad veras earum rerũ naturas, contra proprium oraculi illius prophetici & illustrium eius expositorũ sensum. vt abunde iam monstratũ est. ¶Ipsius autem Augustini in loco supra

Augustinus citato: verba sunt hæc. Sed verborum translatorũ ambiguitates (de quibus deinceps loquendum est) non mediocrem curam industriamq; desiderãt. Nam in principio cauendum est: ne figuratam locutionem, ad

2. corin. 3 literam accipias. Et ad hoc enim pertinet: quod ait Apostolus. Litera occidit: spiritus autem viuificat. Cum enim figura dictum, sic accipitur tanq̃ proprie dictum sit: carnaliter sapitur. Neque vlla mors animę congruentius appellatur: q̃ cum id etiam quod in ea bestias antecellit, hoc est intelligentia, carni subijcitur sequendo literam. Qui enim sequitur literam: translata verba sicut propria tenet. neq; illud quod proprio verbo significatur: refert ad aliam significatione̅. Sed si sabbatum audierit, verbi gratia: non intelligit nisi vnum diem de septem, qui continuo volumine repetuntur. Et cum audierit sacrificium: non excedit cogitatione illud, quod fieri de victimis pecorum terrenisq; fructibus solet. Ea demum est miserabilis animæ seruitus: signa pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum æternum lumen, leuare non posse. Hæc Augustinus ibidem. Quæ omnia, iure in Lutherum contorquentur hoc in loco. q̃ in supra dicto Esaiæ verbo aquam & vinum audiẽs: protinus ad proprie significatas res animum conuertit, neque ad ea quæ vocibus illis translatitie signantur: aciem mentis intendere voluit. Et idcirco in obliquam & prauam dicti illius prophetici intelligentiam est prolapsus. ¶Sed iam ad alteram eius di- 4
» luendam rationem pergamus. Deinde (inquit) q̃ pro nobis non est fu-
» sus nisi solus sanguis CHRISTI: impermixtus nostro, cuius ibi me-
» moriam facimus. vt non stet illorum somnium: qui dicunt ibi figurari
» vnionem nostri cum CHRISTO. Huius vnionis memoriam hic non
» facimus: nec sumus vniti ante eius fusionem. alioqui noster quoq; san-
» guis cum sanguine CHRISTI fusus celebrabitur. Hęc ait Lutherus.

1. corin. 2 ¶Recte quidem a beato Paulo scriptum est. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. quod & Luthero hic apte accõmodatur. Nempe id sanctorum patrum assertum, in tertia præcedẽtis capitis ratione adductũ: q̃ per mixturã aquæ cũ vino in calice, intelligitur vnio fidelis populi cũ CHRISTO: ipse crassa supinaq; mente, intelligit de vnione cõiunctioneq; naturali nostri cũ domino, esse dictũ. Et idcirco hic colligit, quoniã non fuit noster sanguis cum sanguine domini fusus in cruce, aut illi permixtus: non debere aquã vino misceri in calice. Sed perperã hanc nectit cõsecutione̅, quia ea antiquorũ patrum sentẽtia, de vnione tãtum mystica & spirituali debet intelligi: qua ipse caput nostrũ

mysticum, in cruce sibi vniuit ecclesiam, corpus suum mysticũ: & sanctificauit eam suo sanguine, vt sacer scribit Paulus. Quã quidem vnionem spiritualem facturum se promisit: cum ait. Ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipsum. Hoc autem dixit, teste euãgelista: significans qua morte esset moriturus. Qui igitur omnia ad se, morte sua traxit: nonne populum fidelem (inserendo eum sibi: vt membra capiti) glutino spirituali sibi vniuit? Et nunc quoq; quoties hoc cõmemoratiuum dominicæ passionis, in altari celebratur mysterium: per impositionem aquæ modicæ in plusculum vini, quæ ante consecrationem in vinum conuertitur, designatur etiam mystica fidelium adunatio cum CHRISTO: & per vinculum charitatis, quo, ipsi inseruntur ac colligãtur: & per participationem fructus suæ passionis, illiusq; supercælestis mysterij. In hac itaq; sua ratione etiã hallucinatur Lutherus, & phantasticis illuditur somnijs: cum ea quæ a priscis patribus dicta sunt de vnione nostri cum CHRISTO secundũ spiritũ, significata per mixtionem aquæ cum vino in calice sacrificij altaris: putat accipienda esse de vnione secundũ naturã, & permixtione nostri sanguinis cũ sanguine domini, quod certe in nullius illorum cor & mentem adhuc ascẽdit. Neq; enim tã crasso fuerũt ingenio: vt hæc corporaliter intelligẽda putarint. Ephe.5 Ioannis.12

5 ¶ Deinde rationẽ præcedentis capitis secundo adductã loco, ad astruẽdam mixturam aquæ cum vino in calice altaris: ita Lutherus conatur euertere. Quod vero aliqui (inquit) adducunt, e latere CHRISTI fluxisse aquam cum sanguine: nihil probat. Aliud enim illa aqua significat: q̃ volunt per hanc mixtam aquam significari, sed nec mixta illa fuit cum sanguine. Figura insuper nihil probat: exemplum autem non constat. Quare vt humanũ inuentũ: libere tractetur. Hæc Lutherus. ¶ Verum contra ostensum est paulo superius, effluxum illum sanguinis & aquæ e latere domini in cruce: magnopere probasse, mixtionem aquę cum vino in calice benedictionis esse faciendam. quoniã ex huiusmodi gemini liquoris defluxu tanq̃ exemplo quodã: edocti sunt apostoli, mixtionem illam in calice esse decernendam & obseruãdam in ecclesia. queãdmodum testatur Rabanus in libro de corpore & sanguine domini. Plane (inquit) aqua in sanguine misceatur. Quare misceatur: dum in natalitio calicis factum esse non legimus? Illa maxime causa est: quia de latere CHRISTI vbi passio impletur, sanguis pariter cum aqua manauit. Quod certe mysteriũ apostoli plane intelligentes, faciendum in calice censuerunt: vt nihil deesset nobis in hoc sacramento ad cõmemorationem passionis, quod tunc extitit in cruce ad consummationẽ nostræ redemptionis. Nam postq̃ emisit spiritũ: veniẽs vnus militũ accepit lanceã & aperuit latus eius, vnde quasi de vno fonte manauit sanguis & aqua. Et hic est verus calix: quia veraciter pro salute nostra nõ minus sanguinẽ precij q̃ vndã baptismi fudit. & quod de carne fluxit: hoc modo Rabanus. Ioannis.19.

credentes in calice bibunt. Hęc Rabanus. Ex quibus planum est, illam emanationem sanguinis & aquæ e latere domini: fuisse apostolis exemplum, mouens & inducens eos ad sanciendam vini & aquæ mixtionē in calice, in ipso altaris ministerio. ¶ Esto autē ꝙ aqua illa e latere do- 6
mini profluens, lauacrum regenerationis significet: & aqua calici cum vino imposita, designet aliud, vnionē scilicet fideliū cum CHRISTO: id tamen non infirmat nostrum propositum. Quoniam aqua illa lateris CHRISTI, simul & signum fuit lauacri baptismalis: & exemplum mixtionis faciendæ in calice. neq; vlla est repugnantia: illa duo potuisse per vnum & idem repræsentari. Siue autem aqua illa quæ profluxit de latere domini, mixta fuerit cum sanguine tunc etiam emanante: siue impermixta, vt seorsum & separatim effluxerit, siue ante sanguinem siue post: nihil illud refert pro præsente negocio. Quomodocunq; enim fluxerit: semper fuit conueniens exemplum, vnde apostoli sumpserint documentum de constituenda mixtione vini cum aqua in calice. Neq; oportet semper idipsum quod ad alterius fit imaginem: illius exemplaris in omnibus sequi conditionē & proprietatem. Vt si aqua separatim fluxerit de latere domini in cruce post sanguinem: exinde non recte colligas, & aquam debere separari a vino in altaris officio. sed potius ambo illa coniungenda esse in eodem calice: sicut & vterq; liquor ab eodem profluxit domini latere. Vnde emanatio sanguinis cum aqua a latere CHRISTI, tanq̄ figura atque significatio cōmixtionis vini cum aqua in calice: non futiliter probat rem propositam. Eadem quoq; tanq̄ exemplum faciendæ in calice dominico illius cōmixtionis: admodum cōstat & cōgruit rei, cuius est exemplum. tametsi horum oppositum sentiat in verbis prædictis Lutherus. ¶ Quocirca non est habenda hu- 7
iusmodi mixtura vini & aquę in sacro altaris mysterio: tanquā humanum inuentum. vt quæ exemplo CHRISTI atque magisterio (quemadmodum ex Cypriano iam est dictum) a principio nascentis ecclesiæ sit constituta: & per apostolos a spiritu sancto edoctos ordinata. Propter quod, diuino spiritu non humano censeri debet introducta: & diuini potius decreti appellatione est honoranda. Neq; etiam huiusmodi permixtio vini & aquæ in calice domini, libere est tractanda: vt hic vult Lutherus, ea quidem libertate: vt cuique pro suo arbitratu liberū sit, illam facere immixtionē aquæ cum vino in calice: & eam vbi libitum fuerit, citra noxam prętermittere. Quoniam sicut ante ex Cypriano est adductū, nobis non potest ignosci: qui nunc a domino instructi sumus, vt calicem domini cū vino mixtum, secūdum ꝙ dominus obtulit, offeramus: si idipsum cōsulto prætermiserimus. Quomodo enim illud quod a primis ecclesiæ patribus in principio legis euāgelicæ rationabiliter est cōstitutum, & hactenus inuiolate a tota ecclesia obseruatum: sine graui culpa poterit omitti? Nōne ibi insolens esset contēptus

Quid significat aqua quæ fluxit de latere domini in cruce.

Mixtio vini & aquæ in calice: nec humanum est inuentū nec liberū.

eccleſiaſticarum legum, graue itidem ſcandalum: dãnabile præterea nouitatis ſtudium, & negligentia intolerabilis?

¶ Ad hanc ſacerdotis vocem. Surſum corda. reſpondendum eſſe. Habemus ad dominũ. non, habeamus. præfationem etiam cõmunem truncari non debere: nec ſpeciales dierum ſolenniũ prę fationes prætermitti. Cap. XXIII.

POſt prędicta: in ſua formula, hęc proponit Lutherus. Apparato calice & vino: mox procedatur ad hũc modum. Dominus vobiſcũ. Reſpon. Et cũ ſpiritu tuo. Surſum corda. Reſpon. Habeamus ad dominũ. Gratias agamus domino deo noſtro. Reſpon. Dignũ & iuſtum eſt. Vere dignũ & iuſtũ eſt, æquũ & ſalutare: nos tibi ſemper & vbiq; gratias agere, domine ſancte, pater omnipotẽs æterne deus. per CHRISTVM dominũ noſtrum. Hæc ille. ¶ In quibus id primũ crimini dandũ eſt: ꝙ orationem ſecretã, ante pręfationem dici ex more eccleſiaſtico ſolitã (cuius finis a ſacerdote ita profertur alta voce. Per omnia ſecula ſeculorũ. & reſpondent aſtãtes. Amen.) prætermittendã hic cenſet Lutherus: ꝙ nihil de ea in præſentia proloquatur. cum tamen nunq̃ debeat illa collecta ſecreta prætermitti: ꝙ vt plurimũ commendatoria ſit futuri ſacrificij, diuinæq; maieſtatis deprecatoria, vt oblatio illa in altari apparata: grata ſit eius conſpectui & ſalutifera offerentibus. Lutherus autem, quicquid in miſſa ſacrificiũ & oblationẽ ſonat: auferendum iudicat. vſqueadeo addictus eſt improbæ illi aſſertioni ſuæ: ꝙ miſſa non eſt ſacrificiũ. Quinimmo eãdem etiã ob rem, totum miſſæ eccleſiaſticę canonem idem vult ſubmoueri a ſua miſſa: quoniã in illo non ſemel reuincitur pernicioſus error eius & deteſtabilis inſania, qua inficiatur ſanctiſſimũ euchariſtię ſacramẽtum in miſſa conſecratũ, eſſe ſacrificium. ¶ Eſt & illud eidem hic vitio aſcribendum: ꝙ ad illa ſacerdotis verba ante præfationẽ. Surſum corda. vult ab aſtãtibus reſponderi. Habeamus ad dominũ. per optãdi modum (vti codex ille formulam miſſæ Lutheranæ continens, quem manibus verſaui & perlegi: exaratum illud verbum continebat) & non, habemus. per indicandi ſenſum. quomodo tamen tota reſpondet eccleſia: & Auguſtinus docet eſſe reſpondendum, ita dicens in libro de vera religione. Si tali pollicitatione atque ſponſione per omnes terrarum partes quas homines incolunt, ſacra Chriſtiana traduntur: ſi hæc quotidie in eccleſia leguntur & a ſacerdotibus exponuntur, ſi tundunt pectora qui hæc implere conantur: ita vt quotidie per vniuerſum orbem, humanũ genus vna pene voce reſpondeat, ſurſum cor ſe habere ad dominũ: quid adhuc oſcitamus crapulã heſternã? Idem quoq; in quodã ſermone de ſacramẽtis: habito in die ſancto paſchę. Tenetis (inquit) ſacramẽta ordine ſuo. Primo poſt orationẽ admonemini ſurſum habere cor. In hoc docẽtur mẽbra CHRISTI:

Orationem ſecretam in miſſa: non eſſe pręter mittendã.

Auguſtinus

Idem.

sequi ipsum in cælum, vbi est caput nostrum. Et ideo cum dicitur, sursum corda: respondetis, habemus ad dominũ. Et ne idipsum, ꝙ cor habetis ad dominũ sursum, viribus vestris tribuatis: quia dei donum est, sursum habere cor, ideo subsequẽter episcopus vel presbyter qui offert: dicit, cum responderit populus, habemus ad dominum, & de hoc, gratias agamus domino deo nostro: ꝙ sursum cor habetis. Et vos attestamini dicentes: dignum & iustum est, vt & gratias agamus ei: qui nos fecit sursum ad caput nostrum habere cor. Hæc ille. Ecce non semel contestatur Augustinus, ex ordinatione ecclesiæ ad hanc sacerdotis sacra facientis vocem, sursum corda: populũ respondere debere, habemus ad dominũ, per verbum, indicandi significationem habens. & non: habeamus ad dominũ, per verbum, optandi aut deprecandi rationem tenẽs, vt annotat hic Lutherus. ¶ Accedit Augustino circa eandem materiã 3
& sanctus Cyprianus: adducitur que eius dictum in libro decretorum, de consecra. distinc. prima. cap. quando autẽ. in hunc modũ. Quãdo autem stamus ad orationẽ fratres dilectissimi: inuigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio carnalis hominis & secularis abscedat: nec quicq̃ tunc animus aliud, q̃ id solum cogitet quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationem præfatione præmissa: parat fratrũ mentes, dicendo. Sursum corda. vt dum respondet plebs, habemus ad dominum: admoneatur nihil se aliud q̃ dominũ cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli deo pateat: nec ad se hostem dei, tempore orationis venire patiatur. Hæc Cyprianus. Et certe significãtior est responsio, paratiorem que designans animum ad contuenda sacra mysteria: quæ testatur nos iam cor habere sublatum ad æthera & in deum erectum, q̃ ea quæ imprecatur duntaxat id muneris nobis a deo indulgeri: quasi necdum illud obtinuerimus. Quod enim petimus nobis largiri: nondum sumus assecuti. Neq; habet Lutherus potestatẽ (licet eam sibi arroganter vendicet) vnum iota vel apicem vnũ mutandi in ijs quæ ad sacrum missæ pertinent officiũ: & multis retro seculis recepta sunt, atq; diuturno vsu approbata. ¶ Demũ in verbis Lutheri supra dictis 4
& illud reprehensioni est obnoxium: ꝙ præfationẽ illam missæ cõmunẽ & quotidianã mutilat atq; detruncat: protendens illã duntaxat in verbis suis postremo adductis, vsq; ad eam particulã, Per CHRISTVM dominum nostrum. & quicquid reliquum est in ecclesiastica præfatione, qua quotidie vtimur in sacrosancto missæ mysterio: succidens. Nullam enim ponit notam aut significationẽ in verbis suis ante dictis: qua insinuet eam pro more consueto ad finem vsq; producendam esse. Qz si dicat, se velle illam continuo cõtextu totã proferri: debuisset sane illud aliquo pacto per scripturam indicare. Nunc autem suo silentio dãnare reliquã quam supprimit partem: & exterminare videtur. Est & aliud hic nõ minus in Lutheri formula improbandũ, ꝙ solam hanc pręfatio-

Respondendũ esse: habemus ad dominum. non, habeamus.

Cyprianus

nem per totum anni curriculum dicendam nobis proponat: & non admittat aliquas alias in festis solennioribus, vt dominicæ natiuitatis, epiphaniæ, resurrectionis, ascensionis domini & pentecostes: ex decreto ecclesiæ dici consuetas. neq; etiā eas quæ in quadragesima, de sancta trinitate, de sacratissima virgine MARIA, de apostolis, de sacra cruce, peculiariter dicuntur: pro laudabili more totius ecclesiæ. Quemadmodū testatur Gelasius papa in ea sanctione canonica: quæ recitatur de consecratione, distinc. prima, cap. inuenimus. hoc pacto. Inuenimus has nouem præfationes: in catalogo tantummodo recipiendas. Vnam in albis paschalibus, aliam in die ascensionis domini, tertiam die pentecostes, quartā de natali domini: quintam de apparitione domini, sextā de apostolis, septimam de trinitate, octauā de cruce, nonam de ieiunio: in quadragesima tantūmodo dicendā. Hæc ille. ¶ Decima vero propriarū præfationū, quæ est de sacrosancta virgine MARIA adijcitur supra dictis nouem, ex decreto Vrbani papæ, explicato distinctione septuagesima, cap. sanctorum canonū, his verbis. In eodem etiam cōcilio, antiquis nouē præfationibus decima addita est: quæ ita se habet. Aequū & salutare. Et te in veneratione, vel assumptione, beatæ MARIAE semper virginis, exultantibus animis collaudare, benedicere & prædicare. Quæ & vnigenitum tuum, sancti spiritus obumbratione concepit: & virginitatis gloria permanente, huic mundo lumen æternum effudit, IESVM CHRISTVM, dominū nostrum. Hæc ibi. Itaq; has decem particulares præfationes authoritate totius ecclesiæ approbatas, nō debuit reijcere Lutherus: neq; vnā dimidiatam pręfationē truncā & mutilā in totius anni vsum assignare. quoniā festorū & tēporū distinctio: per proprias huiusmodi præfationes cōmodius atq; celebrius agitur.

Præfationes particulares: per anni circulum dicendæ.

Gelasius papa.

Vrbanus papa.

¶ Formam verborum consecrationis, super panē & calicem proferendorū, perperā a Luthero immutari: neq; liberū esse cuiq̄, vt illa, voce alta enūcientur in missa corā populo. Cap. XXIIII.

POst suam vero præfationem, quid agendum censeat Lutherus in sua formula: animaduertamus. Deinde (ait) Qui pridie q̄ pateretur: accepit panem, gratias agens fregit, deditq; discipulis suis dicens. Accipite, comedite. Hoc est corpus meum: quod pro vobis datur. Similiter & calicem postq̄ cœnauit: dicens. Hic calix est noui testamenti in meo sanguine: qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc quotienscunq; feceritis: in mei memoriam facietis. Hæc ille. ¶ Ex quorum verborum initio non futile sumitur argumentum neq; inualidum: Lutherum ipsum suam prefationē in præcedentis capitis principio positam, duntaxat extēdere velle vsq; ad illā particulam, Per CHRISTVM dominum nostrum. quam postremo posuit loco: nihil illi reliquū subnectens quod ad præ-

Lutherus mutilat prę fationē cō- munē miſ- ſæ.

fationem attineat. Nempe cōtinuo illi particulæ ſubtexit in ſua formula hanc ſententiam. Qui pridie q̄ pateretur. In qua, dictio relatiua qui, refert accuſatiuum proxime præcedentem, CHRISTVM dominū noſtrum. cum nihil aliud in eo occurrat contextu: ad quod referri queat. Conſequens eſt igitur, hanc ipſam clauſulam, qui pridie q̄ pateretur. ſine aliquo interſtitio ſubnecti debere in hac formula Lutherana, illi præfationis particulæ, Per CHRISTVM dominum noſtrum. vt relatiuum apte ſuo annectatur antecedenti. quare & præfationem illā non debere ſecundum Lutheri placitum: in vlteriora extendi. Si enim illa, iuxta morem eccleſiaſticū ad finem vſq; conſuetum protenderetur: clauderetur q; hoc contextu. Cū quibus & noſtras voces vt admitti iubeas, deprecamur: ſine fine dicentes. male cohæreret illi fini: protinus ſubiūcta hæc ſententia. Qui pridie q̄ pateretur: quod non haberet pronomen illud relatiuum, nomen aliquod antecedens: quod cōgrue referret. Hoc ipſum autem, non ocioſe in præſentia annotatum putetur: vt exinde clarius innoteſcat quod in pręcedente dictum eſt capite, Lutherum ſcilicet ſemipræfationem ſolam ſuæ formulæ inſeruiſſe: antiquāq; mutilaſſe & obtruncaſſe præfationem, quod eum reprehēſione magis dignū reddit.

¶ Quātum autē attinet ad ea quæ in huius capitis exordio propoſita 2
ſunt Lutheri verba: id in primis annotetur, vere dictum eſſe a propheta in pſalmo. Superbia eorū qui te oderunt: aſcendit ſemper. idemq; diuini pſaltis verbum: hac in parte ipſi Luthero congruentur adaptari. Qui cum multa contaminauerit ſacra, ſuiſq; polluerit peſtiferis erroribus, nouiſſime in ipſa ſacrorum adyta inſolenter irrumpit, eaq; pedibus irreuerēter conculcat: cum aliam conſecrandi panis & calicis ſancti formā nobis intolerabili temeritate præſcribit: q̄ ſancta in vſum fidelibus propoſuit eccleſia. Itaq; tot hic ſunt errata, ſeueriſſima caſtigatione animaduertenda: quot locis diſceditur in propoſitis nunc Lutheri verbis a forma conſecrationis, per eccleſiam catholicā conſtituta & approbata.

Pſal. 73

¶ In primis enim prætermittitur hoc in loco, ea particula, eccleſiaſtico canoni adiuncta. Et eleuatis oculis in cælum: ad te deum, patrem ſuū omnipotentē. Quā ex euangelio facile deduci poſſe, ita cōmonſtrat Innocentius tertius: in epiſtolarū decretaliū libro tertio, titulo de celebratione miſſarum, cap. Cum Marthæ. Cæterum (inquit) ea quæ adduntur in canone miſſæ: poſſunt ex alijs locis euangelij comprobari. Ioānes enim ſuſcitationē Lazari deſcribens: IESVM ſurſum oculos leuaſſe aſſerit, & dixiſſe. Pater gratias ago tibi: quoniā audiſti me. Si tunc igitur in cælum oculos leuauit ad patrem, cum ad corpus exanime animā Lazari reuocauit: probabilius eſſe videtur quod tunc oculos leuauerit ad patrem in cælum, cum panem & vinū in corpus & ſanguinem propriū cōmutauit. Hęc ibi.

Innocētius tertius.

Ioannis. 11

¶ Inſuper in forma verborum ad calicis conſecrationem pertinentiū, poſt eam particulam, noui teſtamenti: omittitur hic ea 3

adiectio,& æterni. quæ tamen in ecclesiastica consecrandi calicem for-
ma exprimitur:& non ab re. Nam vt in prædicto cap. epistolarum de-
cretalium: ait idem summus pontifex. vetus testamentū quod hircorū Idem Innocentius.
& vitulorum fuit sanguine dedicatū, temporalia promittebat. Nouum
autem quod est CHRISTI sanguine consecratū: promittit æterna. Et
ideo testamentū illud fuit vetus & transitorium: hoc autem, nouum est
& æternum. Vel vt vtamur alia ratione, vnde nouum id est vltimū esse
describitur: inde æternum, id est perpetuū comprobatur. Nouissimum
enim hominis testamētum: morte immobile perseuerat, quia testatoris
obitu cōfirmatur. Iuxta quod apostolus, testamentum in morte asserit Hebræ. 9
confirmatum: alioquin non valet, dum vixerit qui testatur. Hæc ille.
¶ Præterea, in eadem consecrationis calicis forma hic expressa: præter-
mittit Lutherus eam particulam, mysteriū fidei. in ecclesiastica forma
non frustra appositam. Vt enim in capite supra dicto dicit idem Inno- Idem Innocentius.
centius, dicitur sacramentū altaris mysterium fidei: quoniam aliud ibi
creditur q̄ cernatur, & aliud cernitur q̄ credatur. Cernitur species pa-
nis & vini:& creditur veritas carnis & sanguinis CHRISTI, ac virtus
4 charitatis & vnitatis. Hæc ibi. ¶ Demum ab alijs annotādis particu-
lis, in quibus discedit hic Lutherus a forma cōsecrationis ecclesiastica,
supersedens: ꝙ ex collatione vnius formæ cum altera, cuiq; protinus cō
stent, id vnum maxime omniū hic damnandū censeo: ꝙ tentauerit Lu-
therus formam verborū cōsecrationis, super panem & calicem domini
pronunciandorū & ab ecclesia sancta præscriptorum, immutare:& aliā
consecratoriā formulam super vtranq; materiā proferendā, pro suo ar-
bitratu nobis assignare. cum tamen de hac (qua tota ecclesia vtitur) ver-
borum forma: dicat in loco supra citato Innocentius. Credimus ꝙ for- Idem.
mam verborū sicut in canone reperitur: & a CHRISTO apostoli, &
ab ipsis, eorum acceperint successores. Nōne igitur intolerabilis est te-
meritas & superba præsumptio: formā illam cōsecrandi panis & calicis
domini, a CHRISTO primum traditā, & ab apostolis per successores
eorum ad nos vsq; deductam, antiquissimo insuper totius ecclesiæ vsu
firmiter approbatā reijcere, & nouam pro suo nutu statuere? Hoc sane
est: suam ipsius adinuentionē, apostolorū traditioni a CHRISTO ac-
5 ceptæ & totius ecclesiæ consensu confirmatæ, præferre. ¶ Sed nō minus
» impium est hoc ipsum quod subiungit Lutherus. Hæc verba (inquit)
» CHRISTI velim modica post præfationem interposita pausa in eo to-
» no vocis recitari: quo canitur alias oratio dominica in canone, vt a cir-
» cunstantibus possit audiri. Quanq̄ in his omnibus libertas sit pijs men
» tibus: vel silenter vel palam ea verba recitare. ¶ Sane gentiles sacrorum
suorum verba q̄uis prophana, secreta esse voluere: neque vnq̄ efferenda
in vulgus. Sacratissimus etiam pater Dionysius Areopagita: in dupli- Dionysius Areopagita.
ci sua hierarchia & cæteris operibus, summopere admonet sacratiora

mysteria honoranda esse silentio, neque in propatulum quoquo pacto depromenda. Nouus autem iste rituum ecclesiasticorū legifer, e diuerso decernit sacratissima consecrationis mysticæ verba: alta debere proferri voce, quæ omniū astantium auribus excipiatur. quod plane omnem sustolleret illis venerationē debitam: decentemq; reuerentiā iisdem adimeret. Sed hac de re: in secūdo Antilutheri libro latius disseruimus. ¶ Por- 6
Cap. 19. ro hac in parte (vt & sæpe in aliis locis) parum sibi constans videtur Lutherus: & secum quodā modo pugnans. Quoniā cum prius hic dicat se velle, illa super panem & calicem benedictionis proferenda CHRISTI verba: in eo tono vocis recitari, quo cantari solet oratio dominica, & ergo insinuet eadem, voce alta efferri debere. quoniā eo vocis tono semper in missa profertur oratio dominica: vt astans fidelis populus, sacerdoti post hanc petitionem. & ne nos inducas in tentationem, alte & simili vocis tono respōdeat, sed libera nos a malo. protinus mutata sententia, aut ante dictorum factus immemor: liberum cuiq; relinquit, vt prędicta verba aut suppressa proferat voce, aut alta. Vsqueadeo rapido agitur spiritu vertiginis: vt quod modo definiuit, mox rescindat atque refigat inconstans. At sacratissima illa verba: neque clara voce quæ ad omnes perueniat, dicenda sunt, neq; pro sacerdotis arbitrio aut alta aut tacita: sed tantum submissa, secundum regulam ecclesiasticam hactenus obseruatam, & vt ratio dignitatis eorum verborum exposcit.

¶ Non esse omittenda crucis signacula, nec hostiæ sacræ partitionem. & vocem illam, pax domini sit semper vobiscum, non esse publicā absolutionē cōmunicantium, a peccatis. Cap. XXV.

INteriectis autem nōnullis de eleuatione panis & calicis benedicti, censurā non exposcentibus: subiungit in sua formula Lutherus. Post hæc legatur oratio dominica sic. Oremus. Præceptis salutaribus moniti: & reliqua. Omissa oratione sequenti, cū omnibus signis quę fieri solent super hostiā: & cum hostia super calicē. nec frangatur hostia, nec in calicē misceatur: sed statim post orationē dominicā dicatur. Pax domini sit semper vobiscū. Hæc ille. ¶ Produnt qui- 1
dem historiæ, Hannibalem nouem annos natum, patri ad exta immolatitia aris deorum imposita iurasse: se perpetuo hostem Romanorū futurū. & quod inique iurauit: deterius eundem opere compleuisse. Nā toto vitæ suæ tempore aut Romanos immani bello est persecutus: vsq; ad extremā ferme internecionem, aut alios cohortatus est reges (quādo propriis viribus id amplius præstare non potuit) vt arma hostiliter in Romanos mouerent. Haud aliter mihi videtur Lutherus obstrinxisse seipsum sacramento: q perpetuus foret hostis ecclesiæ, & rectarū illius constitutionū sæuus atq; assiduus oppugnator. quandoquidem q̄plurima eorum quæ circa sacrum missæ officiū sunt laudabiliter & recta ra-

Hannibal: perpetuus Romanorū hostis.

tione ordinata: subuertere molitur & exterminare. Quippe nunc non placet ei deprecatio illa sacerdotis. libera nos quęsumus domine ab omnibus malis. orationi dominicæ secundū antiquum ecclesiæ ritum a sacerdote statim subiungi solita. cum tamen illa nihil, ob quod pijs mentibus merito displiceat, complectatur. Sed id (reor) male habet Lutherum: ꝙ in ea iam tertio fit sanctorū cōmemoratio, imploratioq; patrocinij ipsorum, quam ipse prorsus auersatur. tanq̄ more gigantū (vt ferunt fabulæ) cælitibus omnibus bellum indixerit: illisq; cælum inuideat, &
2 honorem a mortalibus debitum. ¶ Eidem etiam non placent signacula crucis: quæ super hostiā & calicem fieri debere, non sine certa rei mysticæ significatione sunt legitime instituta. quoniā ipse cum satana crucē capitaliter odit: eamq; vellet libēter in tota missæ celebratione (si posset) exterminari. sine qua tamen (vt ex Augustino supra est adductum) nulla cōficiuntur ecclesiastica sacramēta. Quid igitur religiosæ pietatis ab illo expectas: qui inimicus est crucis CHRISTI, illamq; hostili prosequitur odio? Demum nō placet eidem partitio hostiæ sacræ in tres partes: a primis ecclesię patribus rationabiliter instituta, & in hæc vsq; tempora illabefacte obseruata: ad significandū, ipsius missæ fructum tribus ecclesiæ sanctæ ordinibus cōmunicari, vtpote sanctis ad gloriā, viuentibus ad gratiam, & defunctis ad refrigerium (vt in secūdo Antilutheri libro: abunde monstrauimus) & tres illos membrorū ecclesiæ status: cōmunicationē diuinorum munerum ex CHRISTO capite, in missa oblato, largiter accipere. Verum non quid velit Lutherus, curandū est: Cap. 22
3 sed quid ecclesiastica decernat institutio. ¶ Cæterum quantum ipse tribuat illi sacerdotali imprecationi, pax domini sit semper vobiscū: attentius animaduertamus. De illa enim cœptum sermonē prosequens: ait.
» Quę est publica quædā absolutio a peccatis, cōmunicantiū. Vox plane
» euangelica: annuncians remissionem peccatorū, vnica illa & dignissima
» ad mensam domini præparatio: si fide apprehendatur, non secus atq; ex
» ore domini prolata. Vnde vellem eam nunciari verso ad populum vul-
» tu: quemadmodū solent episcopi. quod vnicum est vestigiū episcoporū
» priscorum in nostris episcopis. Hęc Lutherus. ¶ Sed cum vox illa pax domini sit semper vobiscum, tantūmodo sit deprecatoria & petitoria dominicæ pacis, vt semper nobis assit: mirum profecto cuiq; id videri debet, cur tantū illi tribuat Lutherus, vt dicat eam esse publicam absolutionem a peccatis: in qua de huiusmodi absolutione aut remissione peccatorum, ne vnum quidem verbum profertur. Quid enim post cōmunionem sacerdotis aut cōtinuo post missam sumpturis de manu sacerdotis sacram eucharistiā: post publicam confessionem hortatu ministri altaris ab ipsis dictam, datur publica absolutio a sacerdote ministraturo illis sacramentū altaris, per hanc orationem. Misereatur vestri omnipotens deus: & dimissis omnibus peccatis vestris, perducat vos sine ma-

Quomodo cōmunicaturis datur absolutio.

cula cum gaudio ad vitam æternã.& per hanc etiam protinus subiungi solitam.Indulgentiã & remissionem omniũ peccatorũ vestrorũ, spacium veræ pœnitentiæ & emendationem vitæ,gratiam & consolationẽ sancti spiritus,& perseuerantiã in bonis operibus:tribuat vobis omnipotens & misericors dominus. si prius per illam orationẽ sanctæ pacis postulatoriã,pax domini sit semper vobiscum.data est illis absolutio & remissio peccatorũ? Sed nonne etiam illa oratio,pacis dominicæ petitoria,dicitur astantibus sacro missæ officio: qui cõmunionem sanctã recipere nolunt,neq; sua confessi sunt peccata, neq; fortasse contritionem de illis habuerunt? Quomodo ergo illis qui nullam sui præparationẽ fecerũt ad obtinendã peccatorũ remissionem:dabitur per illa verba sacræ pacis imprecatoria,absolutio peccatorũ & remissio? ¶Verũ respondebit fortasse ad hæc Lutherus:neq; cõtritione opus esse, neq; confessione 4
ad sumendã eucharistiã.quoniã(vt hic ait)hæc exoptatio pacis per verba prædicta a sacerdote prolata:vnica est & dignissima ad mensam domini præparatio,si fide apprehẽdatur tanq̃ ex ore CHRISTI prolata. ¶Cęterum his verbis suam pro more magnificat fidem,operibus vacuam:tanq̃ sufficientem ad animę peccatricis iustificationẽ,vbi etiã nulla præcesserit conscientiæ discussio, nulla de peccatis pœnitudo,nullaq; confessio. Quæ tamen si sufficeret:cur beatus Paulus scripsisset fidelibus,accedere mensam dominicã volentibus? Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat,& de calice bibat.Probet inquã,per exactã præteritæ vitæ examinationẽ: si quid in ea sit diuinæ maiestatis oculis inuisum, quod expiatione indigeat. Cur item dominus noster, antequam discipulis suis sacra corporis & sanguinis sui mysteria traderet: lauit pedes eorum & extersit? Certe ad dandũ nobis exemplum,q̃ anteq̃ accedamus cæleste illud cõmunionis sanctæ conuiuium: abluenda sit mens nostra a prauis affectionibus per contritionẽ cordis & confessionem oris, salutariq; pœnitentia detergenda. Verum super hac materia,facienda scilicet solicita præparatione sui ab vnoquoq; sanctã eucharistiã percepturo:latior habitus est sermo in secundo Antilutheri libro. Nõnihil etiam posterius,capite scilicet huius libri vicesimoseptimo: ea de re dicetur. ¶Q꞉ autem verso ad populum sacerdotis vultu,velit Lutherus dici illam sanctam pacis dominicæ imprecationẽ in missa:nullatenus est approbandũ. Quoniã prohibet illud ritus ecclesiasticus: quo sacerdos ea dicẽs verba.pax domini sit semper vobiscum.tria facit crucis signacula super calicem cum particula hostiæ sacræ: quã paulo post est calici impositurus. quare faciẽ ad altare conuersam habeat, necesse est:immo & quiuis episcopus sacra faciens. Vt penitus me lateat,vbinã viderit ipse Lutherus episcopos officium missę celebrãtes:qui hanc deprecationem.pax domini sit semper vobiscum.verso ad populum vultu proferre soleant. Et cum hoc(proferre inquã conuersa ad astantes altari 5

1.corin.11

Ioannis.13

Cap.23.

facie, prædictam orationem) vnicum dicat hic Lutherus esse vestigium episcoporū priscorum in nostris episcopis, & tamen idipsum in nostris non comperiatur: consequens est, secundū ipsum, nulla prorsus esse vestigia priscorum episcoporum in nostris, & nostræ tempestatis episcopos prorsus degenerasse a dignitate & exemplo priscorum episcoporū. Quod non modo falsum est, sed & contumeliosum, atque ab improbo oblatratore in omnes gradus ecclesiasticos eiaculatum: qui non obtemperanter auscultauit voci domini, dicentis. Dijs non detrahes: & principi populi tui non maledices. Contumeliosus in episcopos Lutherus. Exodi. 22

¶ Postremā missæ collectam quæ post cōmunionem dicitur: prętermitti non debere. neque sine certa lege libertatē esse dandam cuique, celebrādi missæ officiū pro suo arbitratu. Cap. XXV.

Demum hoc exitu claudit suæ missæ officium Lutherus. Si cōmunionem cantare libet: cantetur. Sed loco complendę siue vltimæ collectæ (quia fere sacrificium sonat) legatur in eodē tono, oratio illa. Quod ore sumpsimus domine: pura mente capiamus. vel illa. Corpus tuum domine, quod sumpsimus. & reliqua: mutato numero singulari in pluralem. Qui viuis & regnas, & cætera. Dominus vobiscū. & reliqua. Loco, ite missa est. dicatur. Benedicamus domino. Benedictio solita detur: vel accipiatur illa Numeri sexto, quam dominus digessit. Hæc ille. ¶ Cæterum hoc in loco non recte permittit ipse, optionem sacerdoti, dicendi cōmunionem aut omittendi: cū nunq̄ illa prætermitti debeat. Neq; orationem ex instituto ecclesiæ postremo loco dici solitam in gratiarum actionem pro oblato & percepto sacrificio, & deprecatoriam vt huiusmodi immolatio sit grata & acceptabilis deo: repudiat hic probe Lutherus, ꝙ sacrificium illa ferme sonet. Quoniam ob veritatis indubitabilis enūciationē, attestationemq; Christianæ pietatis, vtpote sanctam eucharistiam in missa consecratā esse sacrificium: non debet illa extrema oratio pro diuersitate temporum & festorum varianda, reijci vel negligi. Enimuero huiusmodi oratio post communionē dici solita pro gratiarum actione: ex apostolorū est traditione & CHRISTI exemplo desumpta, de quibus ait euangelista. Et hymno dicto: exierunt in montē Oliueti. Siquidem ante cōmunionem sanctæ eucharistiæ: dominus gratias egit deo patri & benedixit. Ea vero omnibus tradita: rursum dixit hymnū laudis cum discipulis suis. Vnde sumpsit ecclesia sancta documentū fundendę deo orationis in prima & secunda collectis, præcedentibus tanti mysterij cōsecrationem: & demum agendi gratias deo in postrema collecta. Quēadmodū perhibet sacer Dionysius tertio capite de ecclesiastica hierarchia dicens. Participans autem & tradens sacrosanctam cōmunionem: in gratiarū actionē sacram desinit, cum omni ecclesiæ sacra plenitudine. Et Chrysostomus Postrema missę collecta: non est omittēda. Matth. 26 Dionysius

Chrysostomus. Matth. 26 homilia octogesima secunda. Cum hymnum dixisset: exierunt in montem Oliuarum. Audiant quicunq; velut porci manducantes, similiter calcitrãt mensam sensibilem,& surgunt cum ebrietate:cum deceret gratias agere,& in hymnum desinere. Audite quicunq; vltimã orationem non expectatis mysteriorũ. Hoc enim:illius orationis symbolum. Gratias egit anteq̃ dedit discipulis suis: vt & nos gratias agamus. gratias egit & hymnum dixit postq̃ dedit:vt & nos hoc ipsum faciamus. Hæc ibi. ¶Non recte igitur Lutherus,gemina tantum nobis oratione reli- 2
cta quæ post cõmunionẽ dicatur: reliquas omnes ab ecclesia receptas, & in fine missæ dici solitas, abijcit atq; repudiat. Neq; itidem recte recusat hanc ad populum extremã sacerdotis salutationem. Ite: missa est. qua datur illi,perfecto missæ ministerio,abeundi copia. Nam & illa ex euangelio deprompta est:vbi dominus discipulis post sacram cõmunionem,& aliquantam sacri sermonis prolationem,dixit. Surgite:eamus hinc. quasi significans completũ fuisse tunc mysteriũ institutionis,& cõmunicationis sacrosanctæ eucharistiæ. Proinde secundũ ecclesiastici instituti regulã, cum in missa dictus est hymnus angelicus: habeatur ad populũ postrema illa salutatio,& quasi valedictio. Ite,missa est. Vbi vero prætermittitur ille hymnus : proferatur in fine celebrationis missæ, hęc exhortatio ad dei laudem, benedicamus domino. Demum benedictio vltima fiat super populum astantem more solito: & longa iam consuetudine probato. quoniam non habet Lutherus potestatẽ nos alligãdi ad eam benedictionis formam:quæ Numeri sexto cap. exprimitur.

Ioannis. 14

Numeri. 6 Constituit enim dominus ibidem:eam super populũ Israeliticũ secundũ carnem,dici debere a summo pontifice. Et vbi instituta esset ab illis, penes quos est authoritas talia decernendi, vt & nunc super populum Israel secundum spiritum,in fine sacrificij altaris pronunciaretur:recte quidem tunc & sine noxa diceretur ipsa a sacerdote, in calce totius mysterij missæ,nam & pia est:& religiosa. Sed nisi eadem instituta fuerit a primoribus ecclesiæ,vt ita dicatur:reuera dicenda non est. ne quis priuata & propria authoritate quippiã tale vsurpet,aut assumat in vsum: quod ad superiorũ spectat ordinationẽ. ¶Porro nunc coronidẽ ipsam 3
" & extremitatẽ formulæ Lutheri audiamus. Sic de missa (inquit)sentimus. In quibus omnibus cauendũ,ne legem ex libertate faciamus: aut peccare cogamus eos qui vel aliter fecerint vel quædã omiserint,modo benedictionis verba sinãt integra,& fide hic agant. Christianorũ enim hi esse debent ritus, id est filiorũ liberæ:qui sponte & ex animo ista seruent,mutaturi quoties & quomodo voluerint. Quare non est,vt necessariam aliquã formam velut legem in hac re quispiam vel petat vel statuat:qua conscientias illaqueet & vexet. Hæc ille. ¶Verũ hac peroratione ita formam suæ missæ claudit: vt per eam,omnẽ destruat celebrationis tanti mysterij formã, & suam in primis & ecclesiæ. cum nullam

velit esse determinatam missæ celebrandæ legem: sed liberam cuiq; permittat potestatem obseruandi quę velit, & eadem cum animo sederit & quoties placuerit, omittendi. Quod vbi locum haberet: quid (oro) certũ relinqueretur aut stabili lege definitũ, in sacro missæ officio? Nonne cũ quisq; nullam prorsus celebrandi tam sacrum mysteriũ regulam, q̃ suã ipsius haberet voluntatẽ: vnus sic, & alius aliter sacra faceret? & demũ enasceretur horrida inordinatio: & Babylonica confusio? Et quẽadmodum in diebus Israeliticorũ Iudicum, non erat rex in Israel: sed vnusquisq; quod sibi bonũ videbatur, hoc faciebat, sic sane per effrenem hanc libertatẽ, sine certæ regulæ definitione: quisq; pro nutu suo, missæ sacra perageret. Atqui in veteri lege certis erãt regulis definitę cęrimoniæ, in offerendis sacrificijs obseruandę: atq; authore deo constitutę, quas prætergredi non licebat. Quẽadmodũ certo quodã ritu: imolabatur agnus paschalis, holocaustum, victima pacificorum, hostia pro peccato, iuge sacrificiũ, & cętera id genus oblationũ genera, suas (quibus domino exhiberẽtur) habebant regulas statas & determinatas: atq; a deo decretas, vt Leuitici liber dilucide testatur. Quinimmo qui secus q̃ illis erat cõstitutũ, sacrificare deo tentarunt: vindicem ipsius iram præsentanea pœna senserunt. Vt Nadab & Abiu filij Aaron, quoniã ignem alienũ thuribulis imposuerunt ad offerendum domino thymiama, quod illis erat vetitum: subita morte percussi sunt. Quomodo igitur in euangelicæ legis officijs sacris, & potissimum in sancto missæ mysterio, omnium augustissimo & supremo (in quo illud offertur sacrificium: quod omnium antiqui instituti sacrificiorũ veritas est, & superadmirabile exemplar) omnia vsqueadeo erunt confusa: vt nullo certo ritu nec vniformi modo peragatur illud sacrum, sed duntaxat vt cuique visum fuerit, suoq; placitum animo? Nonne maior tunc eluceret decor, ornatus & ordo in veteris instrumenti hostijs, certo quodam ritu olim oblatis: q̃ in hoc nouæ legis sacrificio, quod nulla determinata regula perageretur? Et ita quantum ad hoc negocium, excellentior esset dignitas & perfectio pręstantior in vetere q̃ nouo testamento: quod vtriusq; legis rationi plane repugnat, & maxime est absurdum, figuram scilicet sua veritate sublimiorem esse.

Iudicũ. 21 | Exodi. 12 | Leuiti. 2 & deinceps | Leuiti. 10 | Certũ esse debere ritũ atque determinatũ missæ celebrandæ.

4 ¶ Neq; patres primęui & summi pontifices qui certas sanxerunt regulas quibus sacrum missæ perficeretur officium: coegerunt suis sanctionibus alios ad peccandum, aut animas illaquearunt, vt hic subindicat Lutherus. Sed qui persuaserunt alijs illarum regularũ pręuaricationem: induxerunt eos ad peccandum. Similiter qui talibus pestiferis suasionibus suas patefecerunt aures: ipsi sponte sua corruerunt in foueam peccati, & suas animas illaquearũt pedicis iniquitatũ, & funibus præuaricationum implicuerũt: quoniã per monstratã sibi viam rectam ambulare noluerunt. Quemadmodũ nec deus ipse summe bonus, aliquos suis pręceptis adegit ad peccandũ: immo ne peccent homi-

nes, eos suorum mandatorum documentis instituit & dirigit. Sed qui sponte sua transgrediuntur data sibi præcepta: seipsos præcipitāt in barathrum peccati & interitū damnationis. Proinde peccata sua non imputent transgressores, aut deo aut ecclesiasticis pastoribus: qui fidi sunt & seduli duces ad ambulandum via regia. sed tantummodo sibi ipsis: qui ostensum iter rectum tenere neglexerunt. Itaque obligatoriæ sunt leges ecclesiasticæ, a summis pontificibus latæ ad exercendū missæ ministerium certo quodam & vniformi ritu: necnon ab omnibus qui pedem suum ad lapidem offendere nolunt, ad vnguem obseruandæ. Ex
" quo falsum esse omnino constat: quod ita subnectit Lutherus. Sed nec
" seruandum esset, si quicquam pro lege hac in re ecclesia Romana sanxis-
" set: ꝙ legibus hæc obstringi nec possint nec debeāt. Deinde si etiam di-
" uersi, diuerso ritu vtātur: nullus alterum vel iudicet vel contemnat. sed
" vnusquisq; in suo sensu abundet, & idem sapiamus ac sentiamus: etiam
" si diuersa sentiamus. Non est regnum dei esca & potus, sed iustitia &
" charitas: ita nec ritus ipsi nec cærimoniæ nos commendant deo. Hæc
ille. ¶ Quibus sane verbis fideles instimulat, vt præpositis ecclesiasticis neutiquam obtemperent, honesta & pia iubentibus: quibus tamen gerendū esse morem, diuina præcipiunt eloquia. Quid igitur aliud molitur: q̄ totam interturbare ecclesiam? Et cum beatus Paulus admoneat
1. corin. 14 Corinthios. Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vobis. hic cum cuique liberum permittit, vti eo sacra faciendi ritu quo velit: nonne totum confundit ordinem ecclesiasticum, & inordinate singula commiscet? Ad suam autem comprobandam impietatem: perperam ea sa-
Roma. 14 cri Pauli adducit verba. vnusquisq; in suo sensu abūdet. intelligenda solum in ijs quę non sunt fidei & morū, obligatoria præceptione sancita: sed indifferentia habentur, recteque ab his fieri & ab alijs omitti possunt. ꝙ arbitraria sint, & pendentia ex sola operantis voluntate: non superioris præcepto. vt est abstinentia a carnibus hac tempestate & apud Gallos feria quarta: & ieiunium feria sexta, aut sabbato cuiusq; hebdomadæ. Talia autem non sunt: quæ in celebrando missæ mysterio a priscis constituta sunt patribus. sed hæc ipsa, lege certa & præceptoria desinita: fieri vt posita sunt debent, & sine noxa mutari non queunt. Similiter quod de esca & potu affert hic Lutherus ex deifero Paulo: ni-
Roma. 14. hil ad rem præsentem facit. Illa enim ad corporis tantum pertinent alimoniam & sustentationem: neque per se & primo ad diuinam referuntur honorationem. Ritus autem & cærimoniæ in missarum solennijs obseruandæ: ad diuini cultus attinent directo ordine & primario rationem. Et idcirco nos deo commendatiores efficiunt: quando ex obedientia in præpositos, vt constitutæ sunt, integræ seruātur. Insuper esca & potus secundum se, regnum dei non sunt. sumpta tamen ex obedientia secundum leges ecclesiæ: adminicula sunt illius obtinendi.

¶Vestium sacrarum ornatum in ecclesiasticis officijs, reprobandum non esse: neq; earum benedictionem ab episcopis fieri solitam, contemnendam aut negligendam. Cap. XXVI.

AT vero non est sine examine prætereundum: quod de vestibus sacris ecclesiastico officio deputatis, continuo subijcit Lutherus. De vestibus autem ad celebrandū ecclesię officium: vt de alijs ritibus sentimus. permittamus illis vti libere: modo pompa & luxus absit. Neq; enim magis places, si in vestibus benedixeris: nec minus places, si sine vestibus benedixeris. Neq; enim vestes etiam nos deo cōmendant. Hæc ille. ¶Sed illam suam libertatem (quam in omnibus ferme rebus ad dei cultum & instituta maiorum spectātibus proponit Lutherus) sicut in ritibus celebrandæ missæ non admisimus: ita nec in vestium vsu ad perficiendum ecclesiæ officium eandem recipimus, edocti sacrarum literarum monumentis deum præcepisse Moysi: q; vestes sacerdotales certi generis & figurę ac multiformes cōficeret Aaron pontifici. Minoribus etiam sacerdotibus: alterius formæ & habitus componeret amictus. Neq; licuit tum summo sacerdoti nisi sacris induto vestibus: intrare in sancta sanctorū, neq; suo fungi munere sacerdotali. neq; alij sacerdotes tunc sua potuerunt exercere munia: nisi amicti essent indumentis sacris suo gradui designatis. Ad cuius imitationem & exemplum, circa nouæ legis exordium & ab ipsis ecclesiæ incunabulis, est spiritus sancti directione sancitum: nō licere cuiquam, sacramentū altaris deo offerre: nisi vestibus sacris ad id muneris deputatis, induto. ¶Vnde in libro decretorū, de consecra. distinc. prima. cap. vestimenta. scribit Stephanus papa. Vestimenta ecclesiæ quibus deo ministratur: & sacrata esse debent & honesta. quibus, alijs vsibus non debent frui: q̄ ecclesiasticis & deo dignis officijs. quę nec ab alijs debent contingi aut offerri: nisi a sacratis hominibus. ne vltio quæ Balthasar regem percussit: super hoc transgredientes veniat, & corruere eos faciat ad ima. Hæc ibi. Vnde igitur hanc inuehit libertatem Lutherus, vt si cui libuerit prophanis vestibus atq; cōmunibus vti in celebrando missæ ministerio: impune id & sine noxa faciat? Insuper senatorij ordinis viri, curięq; iudiciariæ præsides, cum suo fungentes officio sententiam publice proferūt, actumq; sui muneris exercēt: vestes habēt proprias, amictūq; singularē quo induūtur eo tēpore & loco. Idq; illis verteretur vitio: si pręter antiquū morē cōmunibus tātū vestibus vterētur, in hoc iudicij feredi actu. Similiter qui palestrā agūt literariā in publica disceptatione, aut profitētur corā frequēti auditorio lectionē in propatulo: propriū habēt amictū quo superuestiuntur, cū huiusmodi exercēt disputationē aut publicā lectionē alicuius facultatis doctrinalis. Quē si nō habuerint: nefas est illis & incōcessum, aut cathedrā cōscendere lectoris, aut in harena mutuę cō

Exodi. 28

Stephanus papa.

Danie. 5

Vestibus sacratis vtendum esse in missæ officio.

certationis depugnare, immo & verbū dei annunciare populo. Si itaq; in humanis negocijs illud adamussim obseruatum cernitur: cur non valentiore iure idem in diuinis rebus expediendis accurate seruabitur? vt non ausit quisquam sancto assistere altari aut officium ecclesiasticū decantare: nisi sacras indutus vestes pro rei ipsius qualitate. ¶Et certe magis placet deo: qui in vestibus sacris benedicit populo in ecclesiastico officio. quia & debitam diuino mysterio exhibet reuerentiam: & obediētiam præstat ecclesiæ sanctæ ac primoribus eius, & exinde etiā ipsi deo. E diuerso vero minus placet, immo grauiter displicet deo: qui sine vestibus ecclesiasticis benedicere populo in sancto missæ officio temerarius attentat. quoniam tam sublimi ministerio non modicam infert irreuerentiam, & instituto ecclesiastico debitam denegat obedientiam: quam etiam consequenter ipsi deo subtrahit. Et vestes ipsæ quidem, si nudam earum substantiam & naturam aspicias: nos non cōmendant deo. Sed si ministerium ad quod designatæ sunt & pontificali benedictione consecratæ, attendas: cōmendatiores nos reddunt deo, potissimū propter obedientiam: qua legibus ecclesiasticis, earum vsum in diuino officio præcipientibus, obsequimur. ¶Præterea, in supra dictis verbis Lutherus ornatum preciosum vestium ecclesiasticarū vocat luxum & pompam: haud alio sane modo, q̄ Iudas traditor effusionem vnguenti preciosi in caput & pedes domini, vocauit perditionem. Sed nonne in Exodo legimus vestes Aaaron sacerdotis auro argento & gemmis fuisse intextas: miroq; ornatu & decore spectabili cōpositas iubente domino? An quęso in illis vestibus dei iussu contextis dicet Lutherus fuisse pompam & luxum: vbi byssus, coccus & purpura opere plumario composita, singulari nitore effulgebant? Quid igitur in vestibus ecclesiasticis, preciosa materia & fulgore splendido nitentibus: oblatrat Lutherus esse pompam & luxum? Certe tantus aut maior vestium splendor decet euangelicum sacerdotem, vt immolet deo agnum immaculatū in ipso missæ ministerio: quantus Leuiticum decuit, vt sanguinem hirci pro peccato oblati inferret in sancta sanctorum. Neq; ad luxum aut pompam spectat iste vestium sacrarum decor: sed ad ampliorem diuini cultus magnificentiam, ad acriorem etiam excitationem deuotionis & reuerentiæ erga diuina ministeria in fidelibus, ad cumulatiorem insuper dei honorificentiam, & demum ad mysticam spiritualis intelligentiæ significationem, sub signis istis visibilibus occultatæ. Siquidem vestes illæ sacerdotales ad sacrum missæ ministerium designatæ: dominicæ passionis nobis ingerunt memoriam, repręsentantque sancta illius mysteria. In ipsis itidem vestibus sacris: candor munditiā refert sacerdotalem, fulgor aureus: charitatis ardorem, purpureus color & roseus: sanguinis in martyrio effusionem. Ceruleus vero color & viridis: semper virescentem sanctorū confessorū virtutem. Et ita cęteri colores, virtutis alicuius

Margin notes: 3 (beside "Et certe magis"); 4 (beside "Præterea"); Matth. 26; Ioannis. 12.; Exodi. 28; Leuiti. 8; Eccl. 45; Vestes sacratæ: cur officio ecclesiæ designantur.

gerunt inſigne: qua debeat animus adornari ſacerdotis. Vt copioſe de- clarant compluſculi authores: veſtium ſacrarū rationem, in depromen-
5 do miſſæ officio, religioſe aſſignantes. ¶Demum execratur Lutherus veſtium eccleſiaſticarū benedictionem: his verbis. Sed nec eas conſecrari velim & benedici: velut ſacrum aliquod futuræ ſint præ alijs veſtibus, niſi generali illa benedictione: qua per verbum & orationem omnis bo na creatura dei ſanctificari docetur. Alioqui mera ſuperſtitio & impie- tas eſt, per abominationis pontifices introducta: ſicut & alia. Hæc ille. ¶Sed percontandum hic eſt a Luthero, an ſuperſtitioſum & impium id eſſe putet: ꝙ Moyſes vnctionis oleo ſanctificauit tabernaculū in de- Exodi.40
ſerto erectum, altariaq; eiuſdem & omnia vaſa cum ſuis vtenſilibus. con ſecrauitque diuino cultui & miniſterio tabernaculi, per huiuſmodi ſan ctificationem, dei iuſſu factam. Et quoniam illud nunquā daturus eſt neq; admiſſurus, ſuperſtitionem aliquā aut impietatem a deo eſſe præ- ceptam: cur ergo nunc cōſecrationem veſtium officio eccleſiaſtico depu- tatarum, pontificalemq; benedictionem circa eas factam execratur, vt ſuperſtitioſam? cum prorſus idem ſit in vtriſq; iudicium. & veſtium in eccleſia ſacratio: ex Moſaica illa ſanctificatione, quæ in fine Exodi de- Exodi.40
6 ſcribitur, tanquam exemplo quodam ſit deducta. ¶Dicat identidem Lutherus, cur veſtes illæ ſacerdotales, in ſcriptura diuina ſacræ & ſan ctæ dicūtur: niſi quoniam per epiſcopi benedictionem diuino ſunt cul- tui peculiariter conſecratæ? Quemadmodū beatus Auguſtinus verſum illum pſalmi centeſimi decimitertij exponens. Simulachra gentium, ar- Pſal.113
gentum & aurum: opera manuum hominum, ait. Quin & nos plæraq; Auguſtin9.
inſtrumenta & vaſa ex huiuſmodi materia & metallo: habemus in vſu celebrandorum ſacramentorum. quæ ipſo miniſterio conſecrata, dicun- tur ſancta in eius honore: cui pro noſtra ſalute inde ſeruitur. Et ſunt profecto etiam iſta inſtrumenta vel vaſa: quid aliud q̄ opera manuum hominum? Veruntamen nunquid habent os: & non loquuntur? nun- quid oculos habent: & non videbunt? nunquid eis ſupplicamus: quia per illa ſupplicamus deo? Hæc ille. De veſtibus autem ſacris eadem prorſus eſt ratio: ſicut de vaſis illis miniſterij altaris. Similiter Orige- Origenes.
nes homelia vndecima ſuper Leuiticum: ait. Inuenimus & vaſa mini- ſterij, ſancta vocitata: & veſtimenta, ſancta dici. Et paulo poſt. Super ve- ſtimentis etiam: cum ſtola pontificis Aaron, & tunica linea, & cætera huiuſmodi veſtimenta: ſancta dicuntur. De quibus ſubdit. Similiter & veſtimenta ſancta quæ nominantur: non iubentur intra domū vſui ſer- uire pontificis, ſed in templo eſſe, & ideo omnino nuſquam auferri. ſed ad hoc deo tantū conſecrata eſſe: vt his deo miniſtrans pontifex indua- tur, & ſint ſemper in templo. Ad cæteros vero vſus communes: vtatur cōmunibus indumentis. Hæc Origenes. Conſtat igitur hanc Lutheri impietatem, qua nihil intereſſe putans inter ſacrum & prophanum,

vestium ecclesiastico vsui designandarum benedictionem refutat:& diuinæ scripturæ testimonio & sacrorum authorum, esse prorsus elisam.

¶ Q) non est in omni missa, cõmunio dãda populo: iuxta Lutheri placitũ. & ad illam digne suscipiendam: vna cum fide, necessariam esse confessionẽ peccatorum præuiam. Cap. XXVII.

CAeterum formulæ suæ de missa celebrãda iam discussæ: annectit Lutherus in eodẽ opusculo appendicem de cõmunione populi. In cuius exordio dãnat quãlibet missæ celebrationẽ: vbi populo non exhibetur sancta eucharistia, his verbis. Vt longe absurdissimũ est, ministrum verbi sic desipere: vt verbum publico ministerio pronunciet vbi nullus est auditor, & sibi soli inter saxa & ligna aut sub diuo clamet. Ita peruersissimũ est, si ministri publicã cœnam domini parent & ornẽt: vbi nulli sunt hospites qui edant & bibant. & ipsi soli qui alijs ministrare debent: in vacua mensa & aula comedant & bibant. Hæc ille. ¶ Verum non est apta hęc quã adducit similitudo, neq; omni ex parte congruens. Nam verbi ministeriũ: ad solam auditorũ institutionem ordinatur & instructionẽ. proinde si nullum sit auditoriũ: non est in solitudine proferendũ dei verbum, secundũ illud Sapientis monitum. Vbi auditus non est: non effundas sermonẽ. Apparatio autem altaris ad missæ celebrationẽ: non ita ad distribuendã populo quotidianam cõmunionem fit. sed ad sacratissimi corporis & sanguinis domini consecrationẽ & oblationem: a sacerdote in altari pro toto populo faciendã. Astans autem populus etsi non semper sacramentalẽ in missa suscipit cõmunionẽ: spiritualem tamẽ percipere nunq̃ non potest, per fidei syncæræ professionẽ, vnionemq; sui cũ deo per ardentis amoris feruorem. qui participationẽ fructus ipsius sacramenti ibidem immolati, ipsi fideli populo cõmunicat & elargitur. Non ergo sacerdos solus ibi mãducat & bibit in vacua mẽsa & aula, vt obiectat hic Lutherus: q̃uis solus cõmunionẽ tanti mysterij sacramentalẽ percipiat. sed & fidelis populus ibi cũ pia deuotione astãs: spiritualẽ sumit ex eadẽ mensa cibum & potum, cum multimodi fructus ipsius oblati mysterij particeps efficitur, secundum illam beati Augustini sentẽtiam. Vt quid paras dentem & ventrem? Crede & manducasti. spirituali scilicet manducatione: quam quisque laicorum in quacunq; missa percipere potest, si modo per ipsum non steterit. Sacramentalem vero manducationem faciat populus in mensa dominica: tempore ad id ab ecclesia constituto, aut in solennioribus anni festis pro sua deuotione. ¶ Non est igitur abroganda missa priuata: vt deinde proponit Lutherus his verbis. Quare si vere institutum CHRISTI amplecti volumus: nulla debet missa priuata relinqui in ecclesia: nisi toleretur hic vel infirmitas vel necessitas ad tempus. Hæc ille: in eodem loco. ¶ At vero non instituit CHRISTUS

[Margin notes: Eccĩ. 32 (beside "monitum. Vbi auditus"); Augustinus (beside "ficitur, secundum illam beati Augustini")]

tollendam eſſe miſſam priuatam : qui apoſtolis & per eos ſacerdotibus omnibus dixit. Hæc quotienſcūq; feceritis: in mei memoriā facietis. Nō Lucæ.22
autē dixit. Hæc quotienſcūq; in miſſa publica feceritis. vel, hoc in miſſa 1.corin.11
publica facite: in meam cōmemorationem. Sed hæretica prauitas quod nequiter adinuenit: ad CHRISTI refert inſtitutū, vt illius authoritate ſuam ſuffulciat improbitatē. Verum hanc miſſæ priuatæ abrogationem: in ſecūdo Antilutheri libro (vt dominus nobis indulſit) cōfutauimus. Cap.8.
2 ¶ Deinde communionis populo faciendæ modum explicans Lutherus, dicit ab epiſcopo cognoſci debere nomina & vitam eorū: qui petunt in eius miſſa cōmunionē accipere, quos pręſertim ſuper fide ſua interrogandos cēſet ab epiſcopo: & eos qui recte ad interrogata non reſpōderint, reijciendos a menſa domini. Eos præterea qui manifeſto aliquo crimine ſunt infames: vt fornicarios, adulteros, aleatores, ebrioſos, parricidas, & ſimiles id genus: excludi a cœna domini iubet. De occultis autem criminibus etiā capitalibus: priuatā confeſſionē & auricularem vt vocant, ante cōmunionem iudicat non eſſe neceſſariā, nec exigēdam: vtilem tamen & non cōtemnendam. Demum ſobrios eſſe vult eos: qui cōmunionem ſacram ſunt ſuſcepturi, non quidē ieiunos omnino: vt volunt pontificiorū canonū obſeruatores, ſed ne crapula ructuēt (inquit) & diſtento ventre pigreſcāt. ¶ Hæc eſt ſumma, & paucis conſtricta ſententia Lutheranæ cōmunionis: quam vult populo exhiberi. In qua id primum exorbitat a recto: q̄ vult petētes cōmunionem fideles, epiſcopū accedere ad eam poſtulandā. Si enim epiſcopū hic ſumat Lutherus pro eo: qui multarū eccleſiarum præſidet populo in ſpirituali directione, illiuſq; ſaluti ſuperintēdit atq; inuigilat, quemadmodū ſacra ſcriptura & authores omnes probati id ſumunt nomē: non eius eſt officiū, ſuſcepturos ſanctam cōmunionem laicos interrogare, admittere aut reijcere. cū habeat ipſe in vnaquaq; eccleſia parochiali ſub ſe conſtitutos parochos (quos vulgo curatos dicunt) qui illud in ſua quiſq; eccleſia obeant munus. Sin vero Lutherus hic epiſcopū pro eccleſiæ parochialis ſumat paſtore: iam ordinē confundit eccleſiaſticū, ſublimioris gradus nomen inferiori aſciſcens, & ea nominis cōmunione ſignificans non altioris ordinis aut ſortis eſſe pontificem: q̄ particularis alicuius eccleſiæ rectorem. quod & inſtitutioni CHRISTI repugnat: & dignitati eccleſiaſticæ aduerſatur, ſecundum quam non debēt inferiora ſuperioribus coæquari, Quid nomine epiſcopi deſignat Lutherus.
3 neq; eiuſdē nominis cōſortio denominari. ¶ Q' vero de ſua fide interrogādos cenſet Lutherus eos, qui euchariſtiā ſunt ſuſcepturi: ex eo quidē errore proficiſcitur, quo ſolā fidē firmā autumat eſſe neceſſariā & ſufficientem præparationē ad ipſius ſacramēti altaris perceptionē. vbi etiā examinatio nulla ante actę vitę pręceſſerit: nec vlla peccatorū pœnitudo aut ſacramētalis cōfeſſio. quā clanculariā, ſecretā & priuatā: ſentit ad dignā ſanctę euchariſtię ſumptionē, nō eſſe neceſſariā. Sed quid hoc aliud

Lutherus non recte ſentit de præparatione ad ſumendã euchariſtiam.

eſt,q̃ fidem ſine operibus ad ſydera extollere:& opera pia pro religio-
nis Chriſtianæ ſyncæritate præparatoria timoratarum mentium ad di
gnam ſuſceptionem,negligere atq; paruipendere? Sic ſane docet Luthe
rus impuris & illotis manibus mẽſam accedere dominicã, & ſanctum
dare canibus:inuidis ſcilicet & iracundis, atq; capitali in fratrem odio
flagrantibus. Hæc enim ſecreta ſunt atq; imis animi penetralibus de-
liteſcentia peccata: quæ non ſunt neceſſario per priuatã cõfeſſionem(vt
inquit)expianda. neq; propter ea quis venit menſa dominica prohibẽ-
dus,ſecundũ Lutheri ſententiã: ſed propter manifeſta tantũ(vt ſentit)
crimina,infamiã ſuis authoribus inferentia. At vero nonne interdum
tam grauia ſunt occulta: q̃ manifeſta peccata? immo plærũq; grauiora.
quoniã quæ patentia ſunt: ex venenoſa prauarum cogitationũ,conſen-
ſu in opus firmatarum,radice enaſcũtur, iuxta hanc domini ſententiã
Matth.15 apud Matthęum. De corde exeunt cogitationes malę:homicidia,adul
teria, fornicationes, furta,falſa teſtimonia, & blaſphemiæ. Complura
etiam ſunt opere perpetrata peccata,hominũ notionem fugientia: quæ
æque noxia ſunt, atq; manifeſta hominibus peccata mortifera, aut etiã
magis exitialia. vt veneficia, adulteria, cædes occultæ, infandæ libidi-
nes. Cur ergo non definit Lutherus:illa ſaltem per expiatoriam ſauciæ
mentis curationem,diſcuſſionem ſcilicet tranſacti temporis,amarã con
tritionem,& ſalutarem confeſſionẽ:eſſe ante detergenda? Quare etiam
non docet ipſe lethiferorum criminũ(quantũuis hominibus ſunt occul
ta: cum ipſi deo nuda ſint & aperta)confeſſionẽ,neceſſariam eſſe cuique
ad dignam ſacroſanctæ euchariſtiæ perceptionẽ,ſecundum eccleſiaſticũ
inſtitutum: ſed eam relinquit arbitrio cuiuſq;,vt ipſam impune poſſit
omittere? ¶ Deberet certe potius, hæc formidanda beati Pauli verba, 4
in prima ad Corinthios epiſtola, conſcripta:omniũ auribus inculcare.
1.corin.11 Quicunq; manducauerit panem hunc,& biberit calicem domini indi-
gne: reus erit corporis & ſanguinis domini. Et rurſum eodẽ loco. Qui
manducat & bibit indigne: iudicium ſibi manducat & bibit,non diiu-
dicans corpus domini. Indigne autem manducat:qui non habens veſtẽ
Matth.22 nuptialem,candorem ſcilicet animi & feruorem,accedit imparatus ad
æterni regis conuiuiũ.quiq; nõ expurgato vitijs animo:ingerit ſe men-
ſæ cæleſtis participationi. Agnum quidem typicum mãducaturi,præ-
Exodi.12 parati eſſe debuerunt illi miniſterio: renes habere præcinctos,lactucas
agreſtes & panes azimos in cibum ſumere. Sacerdotes item in veteri le
Exodi.30 ge,manus & pedes in labio æneo abluere ſunt iuſſi:anteq̃ ſacrificio of-
Ioannis.13 ferendo ſe accingerent. Et dominus noſter diſcipulorũ ſuorũ pedes ab-
luit cœna facta: priuſq̃ ipſis ſacroſancta tradidit euchariſtiæ myſteria.
Cap.24. queadmodum paulo ante etiã eſt dictum:cum de oratione,diuinæ pa-
cis in aſtantes altari imprecatoria, fieret ſermo. Vbi & aliquæ ſunt ad-
ductæ rationes: ad hoc quod nunc pertractatur monſtrandũ propoſitũ

non inualidæ. Demum panes propoſitionis in veteris legis decurſu: nō niſi ab immunibus carnalis contagionis, ſumi debuerunt. Nunc autē ſecundū hunc a Luthero deſcriptum ſumendæ cōmunionis ritum: cuiuis, corde lingua & opere ſordenti (modo occulta ſint hominibus peccata) liberū erit, ſanctas agni immaculati carnes ſine præuia animi expiatione, ſine confeſſione, ſine peccatorū ablutione manducare: & ſanctum ſanctorum intra immundā conſcientiæ ſentinam immittere. quod certe pius horreſcit animus: ipſoq; cogitatu refugit. quod etiam dānat ſermo propheticus: dicens. Quid eſt, ꝙ dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferēt a te malitias tuas: in quibus gloriata es? Quid prodeſt (oro) emortuo corpori & exanimi exhibitus cibus ſenſibilis & materialis? Nunquid illi vitam reſtituet ademptā: aut ipſum reuocabit ad vitalem functionē? Haud aliter niſi vitam receperit anima prius mortua peccato: per ſalutiferū panem vitæ nunq̄ ad ſpiritualem vitam ſuſcitabitur. Demū inclamat dominus per Eſaiam. Lauamini, mūdi eſtote: auferte malum cogitationū veſtrarum ab oculis meis. Et id quidem, vt preces & oblationes deo factæ: ſint illi acceptę. Cur igitur non idem fieri debeat: vt digne ſumatur panis viuificus & cæleſtis? Idem quoq; propheta. Mundamini: qui fertis vaſa domini. Quanto ergo amplius mundari debent: qui vas illud admirabile & opus excelſi (in quo omnes theſauri ſapientię & ſcientiæ ſunt abſconditi: in quo itidem omnis gratiæ plenitudo recōditur) ſunt in cordis ſui tabernaculo repoſituri? Sed de his hactenus. ¶ Poſtremū cum ſuſcepturos cōmunionem ſanctam, ſobrios vult eſſe Lutherus, non ieiunos: totus delirat, pluris faciens corpus q̄ animam: cum illud ante paſci velit. Conſtitutioni etiā eccleſiaſticæ, a ſpiritu ſancto ordinatæ, ſecundū Auguſtinum (vt ſcilicet in os Chriſtiani prius corpus dominicū intraret: q̄ cæteri cibi) ex aduerſo refragatur: vt in ſecundo Antilutheri libro diffuſius oſtendi, & oppoſitæ partis rationibus ibidem occurri.

1. regū. 21

Hiere. 11

Eſaiæ. 1.

Eſaiæ. 52

Coloſſ. 2

Auguſtinus Cap. 20.

¶ Communionem ſub vtraq; ſpecie, laicis nō eſſe dandam: ex veteri & nouo teſtamento deducitur. Cap. XXVIII.

QVo autem pacto velit Lutherus ſacram laicis tradi communionem: conſequenter ſic adaperit. Simpliciter iuxta inſtitutū CHRISTI, & vt ſonat euangeliū: a populo fideli, vtraq; ſpecies ſacramēti & petatur, & miniſtretur ei. Qui hoc noluerint: ſinantur ſibi, & nihil miniſtretur eis. Hæc ille. ¶ Legimus quidem in ſacra diuinæ paginæ hiſtoria, Ioſue virum dei poſt euerſam ciuitatem Hiericho: ita fuiſſe imprecatū illi (quiſquis futurus eſſet) qui dirutā eā ciuitatē inſtaurare tentaret. Maledictus vir coram domino: qui ſuſcitauerit & ædificauerit ciuitatē Hiericho. In primogenito ſuo fundamēta illius iaciat: & in nouiſſimo liberorū ponat portas eius. Quā male-

Ioſue. 6

dictionem longo post tēpore completā fuisse in Ahiel: ita in libris Re-
3.regū.16 gum proditum accepimus. In diebus Achab, ædificauit Ahiel de Be-
thel, Hiericho. In Ahiram primogenito suo fundauit eam: & in Segub
nouissimo suo posuit portas eius. iuxta verbum domini: quod locutus
fuerat in manu Iosue filij Nun. Hæc ibi. Secundū mysticam autem in-
telligentiā: ciuitatem Hiericho, more lunę, mutabilitati obnoxiam, re-
ædificant: qui nefandas hæreses prius altisonis catholicæ veritatis tu-
bis euersas, & armis inuictæ fidei prostratas resuscitant, atq; e tenebris
in auras reuocant. Quos maledicto subiacere, & in filiorū suorum spiri
tualium (bonorū scilicet operum: quæ prius egerunt) interitu, talem cō
struere fabricam, per tropum, iam perspectum habetur. At vero talium
numero, qui sic reædificāt Hiericho & maledictionem dei incurrunt,
ascribendum esse Lutherum: hic locus plane ostendit. In quo execran-
dam hæresin Bohemorum, ab impijs Hussitis & Pragensibus indu-
ctam de cōmunione tradēda laicis sub vtraq; specie, panis scilicet & vi-
ni: atq; transacto iam integro seculo & amplius, in sacrosancta synodo
Constantiensi sessione decimatertia damnatam: rursum excitat, instau-
ratq; & reducit. Cuius improbo molimini vt pro viribus obnitamur:
paucis hic est ostendendū ex veteris & noui testamenti pagina, inuolu-
cris figurarū & apertis etiā sententijs esse significatū: ꝙ non est necessa-
ria laicis ad salutem, cōmunio sanctæ eucharistiæ sub vtraq; specie. cu-
ius oppositā partem astruunt prædicti hæretici: & cum ipsis hic Luthe
Exodi.12 rus. ¶ In primis agnum typicum manducari certo ritu præcipiens do 2
minus: de potu ne vllum quidem verbum fecit. Similiter & manna de
Exodi.16 cælo toti subministrans populo Israelitico: nullam potus fecit ibidem
mentionē. Per vtrunq; autem horum: signatur sancta eucharistia, a toto
percipienda populo. Præterea vbi libamina offerebantur domino secun
Leuiti.6 dum illius temporis ritum, quæ consistebant in liquidis: illa cesserunt
omnino in vsum sacerdotū, neq; aliquā eorum portionem sibi vendica-
bant laici offerentes. Libamina autem illa: liquidam sacramenti eucha-
ristiæ partem tunc repręsentabant, solis permittendam sacerdotibus. In
Leuit.4. eiusdem etiā legis sacrificijs: assumere sanguinē hostiæ oblatæ, illumq;
fundere super cornua altaris per gyrum, rursum aspergere eundem di-
Leuit.16 gito septies, & contra propitiatoriū ad orientem: soli licuit indultumq;
fuit sacerdoti Leuitici generis. Et filijs eius sacerdotibus etiam conces-
Leuiti.3. sum legitur, secundum illius immolationis ritum: fundere sanguinem
immolatæ hostiæ per altaris circuitū. Nunꝗ autem laicis: illud cōmis-
sum traditur officium. Participare vero sacrificiū oblatum: alijs etiam
a sacerdote illius populi & filijs eius sacerdotibus, datum fuit. Quo
plane significabatur, ipsius sanguinis sacratissimi sumptio in sacramēto
eucharistiæ mysterio sub vini specie: solis sacerdotibus esse indulgenda,
3.regū.19 non laicis. Rursum cum pane subcineritio Heliæ, huius excellentissimi

eucharistiæ symbolo:nulla vini prorsus fit mētio. Refertur quidem il-
lic & vas aquæ repertum esse ad caput ipsius prophetæ:sed illud nō ha
bet aptam congruētiam vt sanguinem nobis dominicū referat, quem-
3 admodum habet vinum. ❡Cumque dominus noster de quinque pa-
nibus in deserto satiauit quinq; milia hominum (quod quidem benefi- Ioannis.6
cium: sanctissimi eucharistiæ sacramenti præmonstrauit in omnes futu
ram communionem)nullus illic de potu fit sermo. ❡Rursum in sexto
euangelij secundū Ioannem capite, vbi manifeste dominus noster post
miraculū illud multiplicationis quinque panum,tanti sacramenti ad-
aperit mysterium:sæpius panis manducationem sine sanguinis comme
moratione proponit.vt cum ait.Panis quem ego dabo:caro mea est pro Ibidem.
mundi vita.Et rursum. Qui manducat me: ipse viuet propter me. Et
iterum.Ego sum panis vitæ.Si quis mādúcauerit ex hoc pane:viuet in
æternum.Et quamuis interdum de potu sanguinis sui adijciat ibidem
dominus sermonem:nūquam tamen vini illic meminit,& illius speciei,
sub qua sumendum nobis sanguinem suum erat relicturus.Quare non
possunt ex eo loco aduersarij conuincere:ꝙ insinuarit ibidem dominus,
eucharistiæ sacramentū laicis sub gemina specie esse tradendum,quem
admodū sequentia dicta amplius explicabunt.❡Huic accedit,ꝙ quā-
do duobus discipulis in castello Emaus post resurrectionem suam ma- Lucæ.24
nifestauit seipsum:illis sacrum suū corpus sub specie panis tantum por-
rexit,& cognouerunt eum in fractione panis: qui secundum Augusti-
nū in sermone feriæ secundæ paschalis,sacratus erat verbo diuino. De
sanguine autem suo,nulla hic habetur explicatio:ꝙ fuerit illis sub spe-
4 cie vini traditus. ❡Ipsius quidem Augustini : in sermone primo supra
dictæ diei:verba sunt hæc.Eia fratres: vbi voluit dominus agnosci? In Augustin⁹.
fractione panis.Securi sumus:panem frangimus,& dominum agnosci-
mus.Noluit agnosci,nisi ibi,propter nos:qui non eum visuri eramus in
carne,& tamen manducaturi eius carnē.Quisquis ergo fidelis es,quis-
quis non inaniter Christianus vocaris,quisquis ecclesiam non sine cau
sa ingrederis,quisquis verbum dei cum timore & spe audis:consolatur
te fractio panis,absentia domini non est absens.Habeto fidem:& tecū
est quem non vides.Et paulo post:in eodem loco. Dominus ergo præ- Idem.
sentauit seipsum in fractione panis.Discite vbi dominum quæratis,di
scite vbi habeatis: discite vbi agnoscatis, quando manducatis. Norunt
enim fideles aliquid,quod melius intelligunt in ista lectione:q̄ illi no-
uerunt. Dominus his cognitus est, & posteaq̄ cognitus est ab eis: nusq̄
cōparuit.Abfuit corpore:dum tenebatur fide. Ideo enim dominus no-
ster absentauit se corpore ab omni ecclesia,& ascendit in cælum:vt fides
ædificetur.Si enim nō nosti nisi quod vides:vbi est fides? Hęc ille.Quę
plane indicant, apud euangelistā in eo(quē ibidem Augustinus inter- Lucæ.24.
pretatur)loco:de fractione panis sacramentalis,secūdum ipsius senten-

tiam,fieri sermonem. ¶Sed & idipsum manifeste quoq; sentit venerabilis Beda,in sexto libro suorum cōmentariorum super euangelium Lucæ: eundem de fractione panis a domino coram duobus suis discipulis locum,ita exponens. Certi etiam mysterij causa factum est,vt eis (discipulis scilicet)in illo(vtpote domino nostro)alia ostenderetur effigies: & sic eum non nisi in fractione panis agnoscerent. ne quisquā se CHRISTVM agnouisse arbitretur: si eius corporis particeps nō est,id est ecclesiæ. cuius vnitatem in sacramento panis cōmendat apostolus, dicēs. Vnus panis,vnum corpus:multi sumus. Vt cum eis benedictum panē porrigeret: aperirentur oculi eorum, & agnoscerent eum. Aperirentur vtique,ad eius cognitionem:remoto scilicet impedimento,quo tenebātur ne agnoscerent. Non autem incongruenter accipiamus,hoc impedimentum in oculis eorum,a satana fuisse: ne agnosceretur IESVS. sed tamen a CHRISTO facta est permissio: vsq; ad sacramentum panis. vt vnitate corporis eius participata,remoueri intelligatur impedimētum inimici: vt CHRISTVS possit agnosci. Hæc Beda. In quibus verbis clare demonstrat,per panem illum a domino fractum,intelligendū esse panem sanctum eucharistiæ: potentifica eius virtute consecratum, quē ipsis duobus discipulis tunc in mēsa porrexit. ¶Præterea, in Actibus apostolicis vbi primæuæ ecclesiæ describitur conuersatio:ait beatus Lucas,ꝙ conuersi ad fidem per beati Petri & aliorum apostolorū prædicationem: erant perseuerantes in doctrina apostolorū,& cōmunicatione fractionis panis,& orationibus. Et paulo post, eodem in loco de ijsdem dicit ꝙ quotidie perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem: sumebant cibum cum exultatione. Quem vtrunq; locum de fractione panis,& glossa interlinearis & Nicolaus Lyranus non solum de cibo corporali exponunt: sed & de sancto pane eucharistiæ, qui tum quotidie fidelibus ministrabatur. vbi tamen nullum de sumptione calicis ab eisdē,scribitur verbū. ¶Ad hæc,in volumine decretorum:de consecratione, distinctione secūda, cap. si per negligētiam. ponitur canon Pij papæ,declarans pœnitentiā sacerdoti imponendam: qui aliquid de calice permiserit in terram aut pallam stillare. Nulla tamen ibidem fit mentio de pœnitentia iniungenda laico: consimilis neglígētiæ reo. cum tamen a laicis facilius & sæpius posset fieri huiusmodi calicis effusio:si sacrum CHRISTI sanguinē e calice sumerent,propter pressuram multitudinis,sumere sacram cōmunionem in die sancto paschæ,volentis. Eo igitur tēpore quo fuit ea sanctio cōstituta:non fuit laicis cōsuetudo sumendi sanctam eucharistiā sub vtraq; specie. Atqui Pius ipse,secundū sententiā Augustini in epistola ad Generosum:decimus fuit papa post beatum Petrum, & apostolicā moderatus est sedem circa annū ab incarnatione domini cētesimū, quinquagesimū tertium. Facile est igitur & rationabile ex his coniectare: ꝙ consuetudo cōmu-

Beda.

1. corin. 10

Actuū. 2

Pius papa.

nicandi laicis sanctã eucharistiam sub vna specie,est vetustissima, & ab antiquis temporibus in ecclesia obseruata. Nempe si tempore ipsius Pij fuisset mos tradendi laicis sanctam eucharistiã sub vtraqꝫ specie: vero simile est ꝙ ipse etiam expresso canone prouidisset de effusione sacri sanguinis deuitanda,quæ contingere posset in cõmunione laicorum: sicut prouidit de ea quę fieri potest per sacerdotes & sancti altaris ministros. cum minus prouidi soleant esse laici in sumptione sancti sacramenti altaris, q̃ sacerdotes: propter ipsorum turbam & numerositatem. ℭDemum in eodem decretorũ loco, scilicet de consecra. distinc. secunda. cap. presbyter. ex concilio Guarmaciensi ponitur hic canon. Presbyter eucharistiam semper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit: statim eũ cõmunicet, ne sine cõmunione moriatur. Et cap. sequenti. qui bene. explicatur ex cõcilio Aurelianẽsi pœnitentia iniungenda illi: qui sanctam eucharistiã sub specie panis non diligẽter custodit, in hunc modum. Qui bene non custodierit sacrificiũ, & mus vel aliud aliquod animal illud comederit: quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, & pars eius ceciderit & non inuenta fuerit: triginta dies pœniteat. Hæc ibi. Atqui in priore illo canone nec alibi, præcipitur asseruari vinum consecratum quod ministretur infirmo grauiter ægrotanti: ꝙ in eo seruando ad longum tempus, in eodemqꝫ deferendo procul ad infirmos, ingens sit periculum permutationis in acorem aut effusionis. In posteriore vero canone nulla adhibetur cautela: vt sanguis domini nostri sub specie vini solicite & reuerenter custodiatur. neqꝫ ibidem aut alio quouis in loco exprimitur pœnitentia illi infligenda: qui vinum consecratũ non bene custodierit pro cõmunicatione ægrotis faciendа. cum tamen longe maior exposceretur cura atqꝫ sedulitas ad vinum conseruandũ q̃ hostiam consecratam: ꝙ ipsum facilius aut effundi in terrã, aut in acedinem mutari queat. Illud igitur non futile est argumẽtum: antiquã esse consuetudinẽ & plurimo iam tempore seruatã, ꝙ laicis nõ tradatur sacra cõmunio sanguinis dominici sub specie vini.

Decretum cõcilij Aurelianensis.

Qđ laici sub specie panis tantum sumere debent eucharistiam.

6 ℭDemum sacerdos non celebrans officium missę, sacram eucharistiam sub specie tantum panis de manu alterius sumit sacerdotis. quando aut morbo decumbit, aut aliquo prohibetur impedimẽto a celebratione faciendа: non tamen a cõmunione suscipienda. Quanto igitur magis laici, qui sacramentorũ ministri non sunt: sub vna tantum specie scilicet panis, sumere debent eucharistiã: quoniã participantes tantũ sunt: & nunquam sacrificia cõsummantes aut offerentes. & semper ordo participantium: cedere debet ordini offerentiũ sacra. sicut & in veteri lege semper inferior habitus est ordo participantiũ sacris oblatis: q̃ ordo consummantiũ sacrificia atqꝫ immolantiũ. ℭQuinimmo sacerdos ipse astans altari & officium ecclesiasticum celebrans in die sancto parasceues, non tamen consecrans sacramentum eucharistiæ, sed hostiam pridie conse-

Cap. huius libri 18. cratam & cum reuerētia asseruatam accipiens, quemadmodū supra est dictum: tunc sub vtraq; specie non sumit altaris sacramentū, sed tantūmodo sub specie panis. Vinum autem ablutionis quod tunc etiam sumitur ab eodem: minime consecratū est, vt habet ecclesiastica cōstitutio

Rabanus. & antiqua consuetudo. Quam ita explicat Rabanus: in libro de institutis clericorum. In hac die (scilicet parasceues) sacramenta penitus non celebrantur: sed eucharistiā in cœna domini consecratā, peracto officio lectionum & orationū & sanctæ crucis salutatione, resumunt. Hæc ille. Et ratio huius ritus in promptu est: quoniā tunc huiusmodi sacerdos peragens altaris officium, de ordine tantum est participantiū eucharistiæ sacramentū, vt CHRISTO cedat summo sacerdoti: qui tunc sacrificium suum consummauit. Manifestum est igitur, tunc solum, cum in sancto altari fit consecratio panis & vini in corpus & sanguinē dominicum: sumendū esse a sacerdote sacra faciente sacramentū eucharistiæ sub vtraq; specie, & non alias: secundū legem ecclesiæ cōmunem. Quare non est laicis danda cōmunio sub vtraq; specie: sed vna tātum, quod est propositum. ¶Postremū, idem comprobatur authoritate sacrosanctorum 8
conciliorū Constantiensis & Basiliensis: in quibus hæc materia ob importunitates hæreticorū tunc insurgentiū in ecclesiam, fuit exactissime discussa, accuratissimeq; agitata. Nempe in cōcilij Constātiensis sessio-

Decretum concilij Cōstantiensis. ne decimatertia, determinata est huiusmodi sententia: ꝙ licet in primitiua ecclesia sacramentū eucharistię reciperetur a fidelibus sub vtraq; specie, & a conficiētibus semper etiam sub vtraq; sumi debeat: tamen a laicis tantūmodo sub specie panis suscipiendum est. Vnde cum huiusmodi consuetudo, cōmunicandi scilicet laicos sub vna tantū specie, vtpote panis, ab ecclesia & sanctis patribus introducta & diutissime obseruata sit: habenda est pro lege. quam non licet reprobare: aut sine ecclesiæ authoritate pro libito mutare. Quapropter dicere ꝙ hanc consuetudinē aut legem obseruare, sit sacrilegum aut illicitum: censeri debet erroneū. & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum: tanq̄ hæretici arcendi sunt, & grauiter puniendi per diocesanos locorum, seu officiales eorum. In sequenti vero eiusdem decimætertiæ sessionis articulo, declarat eadem synodus Constantiensis & statuit: ꝙ nullus presbyter sub pœna excōmunicationis cōmunicet populum sub vtraq; specie. Qz si quis attentauerit ita cōmunicare: procedatur contra eum per censuras ecclesiasticas, coerceaturq; vt hæreticus, inuocato etiā (si opus fuerit) ad hoc auxilio brachij secularis. ¶In concilij vero Basiliensis sessione tricesima: 9

Decretum concilij Basiliensis. habetur circa eandem materiā hęc sententia. Definit & declarat sancta synodus Basiliensis, ꝙ fideles laici siue clerici cōmunicantes & non cōficientes: non astringūtur ex pręcepto domini ad suscipiendū sub vtraq; specie, panis scilicet & vini, sacrum eucharistiæ sacramentum. Et paulo post. Laudabilis quoq; consuetudo cōmunicandi laicum populum sub

vna ſpecie: ab eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta, & hactenus diutiſſime obſeruata: & a doctoribus diuinæ legis, ſacrarum ſcripturarum atq; canonum multam peritiam habentibus, iam a longo tempore cōmendata: pro lege habenda eſt. nec alicui licitum eſt eam reprobare: aut ſine authoritate eccleſiæ ipſam immutare. Hæc ibi. Quæ omnia: noſtrum validiſſime confirmant propoſitum.

¶Rationum, laicis ſub vtraque ſpecie dandam eſſe cōmunionem contendentium: diſſolutio. Cap. XXIX.

NVnc diluendæ ſunt paucis illorum rationes: qui putant de neceſſitate ſalutis id requiri, ꝙ laicis fiat communicatio ſancti ſacramēti euchariſtię ſub vtraq; ſpecie. Et primo obijciunt inſtitutum CHRISTI & ipſam euangelij literam, in qua legitur ipſe in cœna tradidiſſe diſcipulis ſuis hoc digniſſimum ſacramētum ſub vtraq; ſpecie: eiſq; præcepiſſe ꝙ idem facerēt atq; frequentarent myſterium in ſui cōmemorationē. Qui igitur denegant laicis vini ſpeciem: repugnant (inquiunt) inſtituto dominico & textui euangelico. ¶Quibus adhibenda eſt reſponſio, in cœna illa vltima dominū noſtrum non laicis viris aut mulieribus cōmunicaſſe ſuum corpus & ſanguinem: ſed duntaxat duodecim apoſtolis ſuis, quos tunc ordinauit ſacerdotes, & frequentandū illud ſacratiſſimum myſteriū in miſſæ officio, cōmiſit eiſdem. Nempe ſentiunt authores grauiſſimi, & recte, mea quidem ſententia: in illa cœna non ſanctas affuiſſe mulieres, quinimmo nec ſuperſanctam domini noſtri matrem, nec ſeptuaginta duos diſcipulos aut eorū aliquem. ſed tantum duodecim eius apoſtolos: quibus auguſtiſſimum illud nouæ legis ſacramētum cōmendare voluit, vt per eos deinde reliquis cōmunicaretur, & in totū propagaretur orbem. Quod non abſurde ex ipſorum euangeliſtarū dictis colligunt: priſcorumq; patrum ſentētijs. Nempe Matthæus viceſimoſexto capite dicit de domino noſtro. Veſpere autem facto: diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. Marcus itidem capite decimoquarto ait. Veſpere autem facto: venit cū duodecim. Et diſcumbentibus eis accepit panem. Et paulo poſt. Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino: me tradet. Lucas inſuper capite viceſimoſecundo dicit. Cum facta eſſet hora: diſcubuit, & duodecim apoſtoli cū eo. Non enim numerū illum diſcumbentiū tam determinate expreſſiſſent prædicti tres euangeliſtæ (inquiunt ſupra dicti authores) ſi alij tum affuiſſent conuiuæ præter duodecim apoſtolos. Neque id ita certo numero definitum illic eſſet in euangelio, aut tam exacte ibi foret explicatum: ſi non ſoli fuiſſent ibi apoſtoli, ſed interfuiſſent illi cōuiuio & alij. Rurſum in homelia paſchali ait Gregorius: & recitatur eius dictum in volumine decretorū, de conſecra. diſtinc. ſecūda, cap. Quid ſit. Calix quē ſacerdos catholicus ſacrificat: nō eſt alius,

Matth. 26 / Marci. 14 / Lucæ. 22 / Matth. 26 / Marci. 14 / Lucæ. 22. / Gregorius.

nisi ipse quē dominus apostolis tradidit. Et infra: eodem cap. Nō sunt multa corpora CHRISTI neq; multi calices: sed vnū corpus CHRISTI & vnus sanguis cum illo, quod sumpsit in vtero virginis, & quod dedit apostolis. Et in expositione super prædicto loco Lucę, libro sexto
Beda. ait venerabilis Beda. Q; si quē mouet, cur cœnatis saluator apostolis suum corpus ac sanguinē tradiderit: breuiter audiat, ideo tunc cœnatos cōmunicasse apostolos: quia necesse erat pascha illud typicum antea cōsummari, & sic ad veri paschæ sacramenta transiri. Hæc ille. ¶ Itaq; cū 2
memoratur dominus apud euangelistas: dixisse secum discumbētibus. Mādu cate ex hoc omnes, & bibite ex hoc omnes. particula illa vniuersalitatis non sine discrimine quosuis fideles cōprehendit: sed dumtaxat eos qui tum aderant præsentes, & ad quos sermo ille CHRISTI tunc dirigebatur: scilicet duodecim apostolos. Illis vero tunc dixit quidē do
Lucæ. 22 minus. Hoc facite in meam commemorationē. Non autem dixit: hoc date aut tradite alijs sacramentum. neq; etiam ait illis: hoc sub gemina specie cōmunicate populo mysterium. cum de faciēda alijs cōmunione: ibidem verbum non fecerit. Ex eo igitur loco nichil aliud potest colligi: nisi sacerdotes cum sanctum missæ celebratur mysteriū, debere vtriusq; & panis scilicet & calicis facere consecrationē, & vtramq; sumere speciē. vt etiam canones postea ordinati contra nonnullorū abusum: illud explicatius sanxerunt. Et legitima idem exposcit ratio. quia sacerdotes vt ecclesiæ ministri, in sacratissimo missæ mysterio dominicā repræsentant passionē: in qua sanguis CHRISTI preciosus, a sacro eius corpore fuit separatus. Ad quod apte designandum: separatim calicis consecrationē
Gene. 14 facere iubentur post consecrationē hostiæ. Et idipsum typo quodam significatum est in oblatione Melchisedech: qui vt sacerdos dei altissimi,
Leuiti. 24 panem & vinum domino obtulit. Et in ritu Leuitico: panes propositionis offerebantur a sacerdotibus cū vino libaminū. Verum q; laicis, aut sacerdotibus missæ officiū non celebrantibus, fieri debeat cōmunio sub vtraq; specie: nequaq̄ ex hoc CHRISTI facto in vltima cœna, aut euāgelico loco quē obiectant aduersarij, recte confici potest. cum vniuersalitatis nota ibidem posita: ipsos non complectatur. ¶ Secundo obiectāt 3
aduersarij, tanq̄ penetrabile & indeuitabile telum: illud domini verbū,
Ioannis. 6 Ioannis sexto capite scriptum. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Ecce (inquiunt) tanta imponitur omnibus necessitas manducandi carnem filij hominis & bibendi eius sanguinē: vt hæc omittētibus, vitæ æternæ denegetur participatio. Qui autem id fiat: nisi sub vtraq; specie sumatur etiā a laicis & quibuslibet fidelibus illud sacramētum? Huiusmodi ergo sumptio sub gemino signo: est omnibus ad salutē necessaria. ¶ Huic autem Achillæo (vt putant) telo: obijciendus est iste clypeus. vera quidem esse verba domini, quæ ab ore summæ veritatis sunt prolata: sed

ipsa sane intelligi debere. Et vt illum prædicti loci prętereamus sensum de manducatione spirituali: id est insitione in corpus CHRISTI mysticum per fidem spem & charitatem, & incorporatione in ipsum: omnibus etiam paruulis & infantibus ad salutem necessaria. quam quidē intelligentiam assignat beatus Augustinus: & plærique alij sacri authores. etiam de sumptione sacramētali, eadem verba recte intellecta, sunt accipienda: & veritatem habent in ijs quoque, qui sub vna tantum specie scilicet panis, illud accipiunt cæleste sacramentum. Nam cum carnē filij hominis, vere sub forma panis contentam secundum substantiam, manducant, & non sit corpus hominis viuum atque animatum, sine sanguine: simul ipsi & sanguinem filij hominis bibunt, quamuis eundem sub vini specie non sumant. Vnde nō dixit ibidem dominus. Nisi manducaueritis carnem filij hominis: & biberitis eius sanguinem in calice, aut sub vini specie: sed simpliciter proposuit, & biberitis eius sanguinem. Vnusquisque autem laicus, sub sola panis specie sumens eucharistiam: manducat carnem filij hominis & bibit eius sanguinem. cum sit CHRISTVS totus, perfectus deus & perfectus homo: sub vtraque specie sacramentali. Quare in vnoquoque, communionem sacram sub panis specie tantum, sumente: prædictum domini nostri verbum completur.

Recta verborum domini intelligentia.

4 ¶ Et vt semel occludantur ora omnium, qui ex domini nostri saluatoris verbis aut factis eniti possent, ad comprobandam laicorum sub vtraque specie communionem: vnum illud tenendum est. institutionem scilicet primariam venerandi huius mysterij: a CHRISTO vt primo sacramentorum authore prodijsse. eundemque determinasse & materiam & formam supercælestis huius sacramenti: & cętera quæ substantiam eius concernunt, & ergo illa nullo pacto immutari posse per leges ecclesiasticas. Quomodo autem alijs cōmunicari debeat hoc venerabile sacramentum, an scilicet sub vna tantum aut gemina specie: non definiuit ipse CHRISTVS nec sanxit in euangelio, sed apostolis & ecclesiæ sanctæ per spiritum sanctum id ordinandum reliquit. Quemadmodum explicuit quidem dominus: sumendum esse hoc sacrum edulium. a quibus autem & qualiter sumendum sit, an scilicet a ieiunis aut corporali cibo pastis: per apostolorū & ecclesię determinationē disponēdum dimisit. Vt ait sacer Augustinus, loquens de sumptione illius sacramenti, a ieiunis facienda: & adducitur eius dictum in volumine decretorum, de consecratione, distinctione secunda, cap. liquido apparet. his verbis. Nam si ille (CHRISTVS inquam) hoc monuisset, vt post cibos acciperetur eucharistia: credo ꝙ illum morem nemo immutasset. Ideoque non pręcepit quo deinceps ordine sumeretur: vt apostolis, per quos dispositurus erat ecclesias, seruaret hunc locum. Hæc ille. Nihil igitur orthodoxi patres, nihil etiam ecclesia pręter suum fecit officium: si propter rationabiles causas ordinauit laicis dandam esse communio-

Augustin9.

nem sub vna tantum specie . cum penes ipsam sit huiusce rei ordinandæ (sicut & aliarum consimilis generis) authoritas. ¶Tertio, illud beati 5
Pauli verbum adducunt aduersarij : in prima ad Corinthios epistola
1.corin.11. capite vndecimo scriptum. Quotienscunq(inquit)mãducabitis panem hũc & calicem domini bibetis: mortem eius annũciabitis donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem hunc,& biberit calicem domini indigne:reus erit corporis & sanguinis domini.Probet autẽ seipsum homo:& sic de pane illo edat & de calice bibat.In his(inquiunt verbis) simul cum pane manducando, ter etiam exprimitur calix domini potandus:& ergo sine vlla tergiuersatione intelligitur ibi sanguis domini sumendus sub specie vini. Q; si illud tunc apud Corinthios etiam laicos in vsu erat,ex beati Pauli institutione:cur & nunc idem in vsu non erit, aut a tota ecclesia non debebit obseruari? ¶His reddenda est responsio:beatum Paulum hisce verbis nõ præcepisse communionẽ ipsius sacramenti eucharistiæ Corinthijs sub vtraque specie. sed postquam recensuit primam sacramenti illius institutionem,secundum trium euangelistarum sententiam:ipsis permisisse tantum,ritum sumptionis panis & calicis, admonuisseque solicite:vt illam facerent panis manducationem & calicis potationem,in dominicæ passionis memoriam , & facta prius diligenti sui ipsius probatione,ne tantum mysterium sumerẽt indigne. ¶Et ita secundum grauium authorum sententiam,in aliquibus 6
ecclesijs tunc erat vsus laicis:sumendi sanctum illud sacramentum sub vtraque specie. Quod etiam ex epistola quadam Cypriani satis cõstat:
Cyprianus. in qua ait. Ad hoc conficitur eucharistia:vt possit accipientibus esse tutela. Quos igitur tutos esse volumus:cõtra aduersarios munimento dominicæ securitatis armamus. Sed quomodo armamus? quomodo prouocamus in confessione fidei sanguinem suum fundere:si eis sanguinem CHRISTI denegamus? aut quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus: si non eos prius ad bibendum in ecclesia dei poculum admittimus? Hæc ille. Ex quibus sane verbis indicare videtur: tunc morem fuisse suæ ecclesiæ Carthaginensis quam moderabatur, q communio laicis daretur sub vtraque specie. quod & in alijs particularibus ecclesijs circa apostolorũ tempora obseruatum fuisse non abnuũt:vt sumptione sancti calicis redderentur fideles,ad subeundum martyrij agonẽ in illa persecutionũ procella animosiores. Q uemadmodum elephantos
1.Macha.6 aiunt,specie sanguinis ostensa ipsis atq obiecta:reddi ad bellum concitatiores & acriores . Non tamen putant vnq̃ vniuersalis ecclesiæ fuisse vsum: q vtriusque speciei communio laicis daretur. Quare non possunt ex huiusmodi particularium ecclesiarum ritu,conficere aduersarij: q talis communio laicorum sub gemina specie in vniuersum, sit necessaria ad salutem, aut ex CHRISTI præcepto aut apostolorum decreto introducta, tanquam vniuersim & in totum obseruanda.

¶Aliarum rationum, communionem laicorum ſub vtraq; ſpecie aſtruere molientium: dilutio, oſtẽdens pericula, quæ ex huiuſmodi communicatione poſſent emergere. Cap. XXX.

1 OBiectant inſuper aduerſarij, non eſſe violandam antiqui temporis conſuetudinem: neque in oppoſitum permutandam ritum. alioqui nihil firmum aut ſtabile futurum in obſeruationibus Chriſtianę pietatis aſtruunt: ſi quod recte prius eſt conſtitutum, abrogetur arbitrio aut nutu poſterorum. Atqui quondam (inquiunt) is totius eccleſiæ mos erat: ꝙ laicis ſub vtraque ſpecie traderetur communio ſacramenti altaris. quemadmodum ex prima ad Corinthios epiſtola: haud leuis ſumitur coniectura. Ergo non fuit penes aliquos ex poſteritate authoritas, hanc legem abrogandi: & oppoſitam conſtituendi, quæ laicis cõmunionem calicis ſubduceret. Igitur & hac tempeſtate alligantur omnes, illi priſci tẽporis legi: ꝙ laici ſumant ſub gemina ſpecie ſacram communionem. ¶Quibus ſatiſfaciendum eſt, & tribuendum, non eſſe permutandam legem prius latam: ſi nulla occurrat legitima ratio ad illam abrogationem, & oppoſitæ legis conſtitutionem faciendam. Sin autem id expoſcat aut vrgens neceſſitas aut euidens vtilitas: prudentis eſt legiſlatoris, eam ſanctionem, quæ obſeruata in deteriorem vergit exitum, reſcindere: & aliam expedientem ſaluti publicæ, conſtituere. Quemadmodum ſolent medici diuerſis morbis in eodem homine, diuerſa immo interdum oppoſita medicamenta ſubinde abhibere. quoniã leges ipſæ propter homines decernuntur: nõ homines propter leges ipſas ſunt. Atqui in primitiua eccleſia rarior erat fidelium numerus q̃ ſequentibus ſeculis: & idcirco maior potuit ſeruari cautela pro euitandis periculis, ex communione calicis in laicos emergentibus. Tunc etiam animandi erant ad martyrium graſſante tyrannorum perſecutione fideles, & excitandi: vt non dubitarent ſanguinem ſuum pro CHRISTO effundere. Ad quod efficaciter incitabantur memoria dominicæ paſſionis: ipſis viſibiliter repręſentata per ſumptionem ſacri ſanguinis e calice, in ſancta communione. Qua inducti in recordationem effuſionis ſanguinis domini pro omnium redemptione: maiorem in modum roborabantur ad ſuum quoq; ſanguinem pro confeſſione fidei effundendum. quemadmodum ex epiſtola Cypriani adductum paulo ante teſtimonium declarat. Proinde circa apoſtolorum tempora & proxime conſequentia, permittebatur fidelibus laicis ſaltem in aliquibus locis particularibus, cõmunio ſub vtraq; ſpecie. Q? ſi cõmunẽ omnibus locis eum fuiſſe ritũ, quis tũ fuiſſe dixerit, quemadmodũ videtur ſubinſinuare ſanctio cõcilij Cõſtantienſis ſupra recitata: non eſt cũ illo ſuper eare contendendũ, quoniã nihil pro-
2 pterea minus noſtrũ conficietur propoſitũ. ¶Poſtea vero multiplicato

1.corin.11.

Quare in primitiua eccleſia: laicis dabatur communio ſub vtraque ſpecie.

fidelium numero, & pace reddita ecclesiæ a seuitia persecutorum: considerauit ecclesia sancta multis edocta experimentis, grauissima pericula: quæ contingere possunt & plærunque contigisse sunt visa, ob huiusmodi communicationem laicorum sub vtraque specie. Vtpote periculum effusionis sacri sanguinis: in ipsa sumptione a laicis facienda. periculum etiam in cōseruatione vini consecrati pro infirmis: ne vel æstate acescat, vel hyeme congeletur. insuper periculum in delatione eiusdem sacri sanguinis ad infirmos per longa viarum interualla: in quibus sacerdos deferens facile posset collabi in terram, sacrumque sanguinem sub specie vini contentum effundere. Denique considerauit etiam ecclesia sancta periculum penuriæ vini requisiti & necessarij pro communione totius multitudinis, in illis regionibus: in quibus vix satis est vini pro missarum celebratione. Demum & attendit periculum inducendi populum fidelem in hunc perniciosum errorem, quod sub specie panis contineatur solum corpus dominicū sine sacro eius sanguine: si separatim illi sanguis CHRISTI e calice ministraretur. Propter hæc inquam & multa alia pericula, a probatis scriptoribus paulo post nominatim citandis latius explicata: ipsa ecclesia catholica edocta a spiritu sancto, assiduo eius directore & pręside, constituit prudēter & prouide, laicis dandam esse tātūmodo sub specie panis sanctam cōmunionem. Nam sacra hostia nequaq̄ tantis subiacet periculis vt sumatur, cōseruetur, aut aliquo deferatur: & nusq̄ non inuenitur triticū ex quo conficiatur. Solidantur itidem fideles eo facto, in hac fidei syncæritate: quod sub ipsa panis specie totus cōtinetur CHRISTVS, quodque preciosus eius sanguis ibidem non deest. Quemadmodum pro confirmatione fidelium in ea fidei soliditate: dignatus est interdum dominus miraculis idipsum ostendere, & fluxu visibili sanguinis ex hostia consecrata: suo populo demonstrare. ¶ Neque hic quisq̄ obstrepat: ecclesiam per sua concilia non habere potestatem commutandi ritum antiquum, in alium. Nam cum ipsa potestatē sortiatur condendi nouam legem obligatoriam quę prius lata non fuerat: vt neminem inficiari velle arbitror. quoniam a deo sibi delegatam illam potestatē accepit: quæ non auferetur ab ea. cur etiā non admittetur habere facultatem cōmutandi vnam legem ante latam, & minus tempori præsenti conuenientē: in aliam vtiliorē & congruentiorē? Sane recto rationis iudicio, legū ciuilium conditores id habent iuris & potestatis: vt legē antiquam nunc reipublicæ minus accōmodam abrogent, aut commutent in aliam, ciuitati aut regno commodiorem. Cur igitur eandem non habebunt ecclesiastici ordinis patres facultatem & authoritatem: vt minus vtilem sanctionem, in aliam permutent, fideli populo expedientiorem? Sed & illud factitasse plęrumque comperitur in alijs rebus ecclesia. quandoquidem in ipsius exordio: sacerdotibus & diaconis concessa fuere cōnubia. quēadmodum ex tertio capite prioris epistolę Pau-

Pericula, quæ ex cōmuniōe laicorū sub vtraque specie possent accidere.

Ecclesiam posse vnā legē in aliā vtiliorē cōmutare.

lí ad Timotheum: & ex primo capite epiſtolæ eiuſdem ad Titum liquido conſtat. Poſtea tamen indicta eſt illis ſancti altaris miniſtris continentia per conſtitutionem eccleſiaſticam: vt ſequens liber adiutore deo diffuſius aperiet. Similiter exemplo domini noſtri edocta eccleſia: primum confecit ſacratiſſimũ CHRISTI corpus in pane azimo. poſtea vero ad deſtruendam hæreſin Ebionitarũ, dicentium legem Moyſi ſimul cum euãgelio obſeruari debere: cõſtituit ipſa ſub Leone ſummo pontifice conſecrationẽ dominici corporis eſſe faciendã in pane fermentato. Demum extincta illa hæreſi, ſanxit rurſum eccleſia: eſſe redeundũ ad morem conſecrandi priſtinum, vtpote in azimo. Quis igitur prius fuiſſet ritus cõmunis totius eccleſiæ, tradere cõmunionẽ laicis ſub vtraque ſpecie: cur non potuit poſtea eccleſia ceſſare ab huiuſmodi more, & alium conuenientiorem inducere?

1. timo. 3
Titum. 1.
Hæreſis Ebionitarũ.

¶ Tantum conferri fructum ſpiritualem & gratiæ efficaciam ſumenti ſacramentũ euchariſtiæ ſub vna ſpecie: quantũ ſub vtraque, ex ipſa ſacramenti virtute. Cap. XXXI.

Quinto vero loco: inſiſtũt acriter aduerſarij hac ratiocinatione. Amplior efficacia virtutis & gratiæ datur accipienti euchariſtiam ſub duabus ſpeciebus: q̃ ſub altera tantũ. dicẽte Ambroſio: ꝙ valet ad tuitionẽ corporis & animæ, quod percipimus, quia caro CHRISTI pro ſalute corporis: & ſanguis pro animę ſalute offertur. Cum igitur magis ſit meritoriũ cumulatioriſq; gratiæ effectiuum, ſumere euchariſtiam ſub vtraq;, q̃ ſub vna tantũ ſpecie: ſubducendo vnam ſpeciem laicis, ſubtrahitur eis meritum & efficacia gratię, quã obtinerent ſi vtrãq; ſumerent ſpeciem. Quare illis iniuria fieri videtur, & inferri præiudicium atq; iactura ſuæ ſalutis: per ſubtractionem calicis ipſis factam. ¶ Verum ipſis reſpondendũ eſt, non debere recipi aut tanq̃ verum admitti quod aſſumũt: ſcilicet ꝙ maior præſtetur gratia & meritum ſub duabus ſpeciebus, q̃ ſub altera. Quia cum efficacia & virtus huius ſacramenti, ex re contenta & non ab ipſis ſpeciebus dependeat, & totus ſub vna ſpecie cõtineatur CHRISTVS: æque plena gratia, virtus & efficacia (quantũ eſt de ſe: & ratione ſacramenti) confertur ſumentibus ſub vna, ſicut ſub vtraq;. licet plenius ſignificetur vtilitas & efficacia eius ſub duabus ſpeciebus: q̃ vna tantũ. Et ad hoc tendit authoritas Ambroſij (vt liquet ex eius dictis in eodẽ loco) & aliorũ doctorũ: attribuentium diuerſos effectus huic ſacramento, ſub duabus ſpeciebus deſignato. non ad hoc, ꝙ minor eſſet efficacia huius ſacramenti: ſub vna ſpecie q̃ ſub duabus diſpenſati. quoniã hoc non eſt verũ: ſed æque plena eſt. Quod etiã dominus inſinuaſſe videtur Ioãnis ſexto capite. vbi poſtquam dixit. Qui manducat meã carnem & bibit meũ ſanguinẽ: habet vitam æternã. conſequẽter adiecit: de vna ſpecie loquens. Qui mãducat

Ambroſius
Tantã gratiam ſumẽti euchariſtiã ſub vna ſpecie ſicut ſub vtraq; conferri.
Ioannis. 6

hunc panem: viuet in æternum. Ecce eundem omnino effectum scilicet æternæ vitæ consecutionẽ: sumenti vtrãq; speciem, & alterã tantũ, attributum atq; designatũ. ¶Non tamen idcirco altera species scilicet vini, est superflua: aut a CHRISTO superuacue instituta. Tum quia ipsa valet ad repræsentandam perfecte CHRISTI passionem: in qua sanguis eius fuit effusus a corpore. Tum etiã quia valet ad significandum perfectũ nutrimentũ animæ, datum in hoc sacramẽto: quod in duobus, cibo & potu cõsistit. Tum deniq;, quia valet etiã species vini ad significandũ plene effectum huius sacramẽti: qui est salus vtriusq; hominis, & totius hominis in corpore & anima. quæ omnia, æque plene per vnam speciem signari non poterãt: licet bene cõferri. Postremo non est superflua altera species: vt ait Albertus, quia licet sãguis habeatur in CHRISTI corpore sub specie panis: id tamen non est ex virtute sacramentali & verborũ consecrationis, sed potius ex vnione naturali: qua vniuntur humores corpori. & ergo consequio quodã naturæ, vbi corpus est perfectum: necesse est illic & sanguinẽ adesse. ¶Demũ sexto insurgunt aduersarij, consimili pene modo cum superiore obiectione: contenduntq; magnũ laicis fieri præiudiciũ in hac subtractione calicis ab eorũ cõmunione. Nam per eam (inquiunt) vna illis species sacramentalis subducitur: ipsis iure debita. Imminuitur & eorum deuotio circa sacratissimũ illud mysteriũ, quod maiore charitatis ardore susciperent & feruentiore affectu: si vtraq; illis species (vt quondã) permitteretur. Demum circa passionem dominicã ijdem minore afficiũtur deuotione: q̃ raperẽtur, si per liquidã vini cõsecrati speciem, illa oculis eorũ & menti obijceretur. Est igitur huiusmodi denegatio calicis in cõmunione laicorũ: ipsis multum incõmoda. ¶Cęterũ huic cauillo occurrendũ est, per abnegationẽ eius quod primo assumit loco: speciẽ scilicet vini, ipsis laicis in cõmunicatione esse iure debitã. Nã neq; illa: diuino illis debetur iure. cũ nullũ in sacra scriptura inueniatur pręceptũ: quo iubetur laicis in cõmunione sacra, species vini ministrari. Neq; eadem ipsis debetur: humano iure & positiuo. quinimo ecclesiastica lege & cõsuetudine: illis est vetita. Est igitur illa: omnino ijsdẽ indebita. Negandũ est insuper, vllũ laicis fieri salutis detrimẽtum per hanc calicis submotionẽ: aut aliquẽ ipsis auferri spiritualem profectũ. quoniã vt in pręcedentis cauillationis dissolutione iam dictũ est: virtus & efficacia huius eximij sacramẽti non dependet a speciebus illis visibilibus, sed a rebus contẽtis sub illarum tegmine & operimẽto. Quę ita vere & integre subsistunt sub alterutra illarũ specierum seorsum: sicut sub vtraq; simul. nec minus sub altera earũ separatim cõtinetur: q̃ sub ambabus. nec plus sub ambabus earũ pariter comprehẽditur: q̃ sub earum altera seiunctim. Efficacia identidem & spiritualis fructus proueniẽs ex sumptione sanctę eucharistię sub vna specie solũ, tantus profecto est: quãtus ille, qui sumenti obuenit ex sumptione

Margin notes: Albertus. — Non minus sub vna specie eucharistiæ: q̃ sub vtraque sumi.

Right-margin numbers: 2 (at "Non tamen idcirco"), 3 (at "Demũ sexto").

eiuſdem ſacramenti ſub vtraq; ſpecie, modo cætera omnia ex ſuſcipientium diſpoſitione & deuotione: cõſimiliter ſe habeãt. cum & hic & illic ſumatur integre CHRISTVS, bonorum omniũ author: de cuius plenitudine fidelis anima ſecundũ ſui diſpoſitionẽ largiter ſuſcipit diuinorum charismatũ munera.
4 ¶Quocirca non elangueſcit ſyncera animorũ pietas circa hoc excellentiſſimũ euchariſtię myſteriũ, aut tepeſcit ardor cordiũ: ratione conſtitutionis iſtius eccleſiaſticæ de ſumenda tantũ a laicis vnica ſacramẽti ſpecie. quin potius adaugetur eorũ meritũ: propter obedientię promptitudinẽ. Et ſi cui laicorũ obrepit torpor aut tepiditas mentis circa hoc ſacramentũ: id ſuæ tãtum imputet culpæ atq; inertiæ, non ſanctioni eccleſiaſticæ, quæ recte & legitime eſt lata. Demũ ad aſſiduã paſſionis CHRISTI memoriã animo tenacius infigendã, ſuffi cere laicis debet quotidiana ſanctiſſimæ hoſtiæ & calicis benedicti oſtẽſio: quæ ipſis fit in ſacro miſſæ officio ad mortis dominicæ cõmemorationem. Inſuper ex vnius tantũ ſpeciei ſumptione haud minus induci poſſunt laici in memoriã paſſionis domini: q̃ ſi vtrãq; ſumerent. cum & in gemina & in vnica ſpecie totus integre contineatur, iam glorioſus & immortalis: qui pro nobis acerbiſſimã in cruce pertulit mortem, vt noſipſos ad æternã reuocaret vitam. Hinc ſancta concinit lætabunda voce eccleſia. O ſacrũ conuiuiũ, in quo CHRISTVS ſumitur: recolitur memoria paſſionis eius. Et ad ipſum panem vitæ: hanc ſuppliciter orationem dirigit. Deus qui nobis ſub ſacramẽto mirabili: paſſionis tuę memoriã reliquiſti. Sub vnica autem ſpecie ſumptũ hoc myſteriũ: & ſacrũ eſt conuiuiũ & mirabile ſacramentũ. Eſt igitur ita acceptum: etiã paſſionis domini cõmemoratiuũ. Qđ ſi quis conqueratur, ſe minus ad eandẽ affici paſſionem cum vnicã accipit in cõmunione ſacramenti ſpeciem, q̃ afficeretur ſi vtranq; ſumeret: id ſuę aſcribat ignauiæ & pigritiæ, frigeſcenti circa ſpiritualiũ rerum exercitationẽ aut meditationẽ, & non ſanctioni eccleſiaſtiæ: legitima cauſa & rectiſſime quidem, cõſtitutæ. Hanc præterea ſuggeſtionem, a ſatana bonorũ omniũ oſore animo ſuo immiſſam ad conſectandũ nouitatis ſtudiũ: protinus excutiat ſuæ mentis penetralibus, ne longa mora vires ſumat id venenũ: ab antiquo ſerpente inſtillatum.
5 ¶Porro de hac materia communionis laicorum, ſub vna tantum ſpecie faciendæ: ſcripſerunt præclare & diffuſe complures celeberrimi authores circa ea tempora, quibus controuerſa hæc quæſtio adamuſſim agitabatur in concilio Conſtantienſi & Baſilienſi: crudaq; exerceretur hæc pugna literaria, ab hæreticis improbis eccleſiæ oppugnatoribus. Vtpote Ioannes de turre cremata: ordinis prædicatorij, doctor theologus & iuris pontificij peritiſſimus: in tertia parte ſuorum commentariorum ſuper decreto, in expoſitione capi. comperimus. de conſecratione diſtinctione ſecunda. vbi luculentã de hac materia diſcutit quæſtionẽ, eandemq; egregie diſſoluit. Aeneas etiã Syluius, poſtea

Ioannes de turre cremata.

Aeneas Syluius.

in summo pontificatu Pius secundus appellatus: in centesima tricesima suarum epistolarum, admodum vtili & fructuosa. in qua contra Nicolaum Galethũ sacerdotem Thaboritarum per dialogũ disceptans: rationes aduersariorũ acriter refellit. Thomas item Vvalden, sacri ordinis Carmelitani, insignis etiam theologiæ professor: in singulari suo opere de sacramentis, contra Viclefianos, a capite libri illius octogesimo septimo, vsq; ad caput nonagesimũquartũ. vbi hanc materiã diffuse pertractat, ecclesiæque partes generose & fortiter tutatur. Præterea Nicolaus Cusanus, Cardinalis, vir admirandæ & singularis eruditionis: in sex epistolis suis supra modũ succulẽtis, ad Bohemos super ritu cõmunionis conscriptis: potissimum prima, secunda & sexta. Hic tamen in multis suorum operum locis caute legẽdus est, propter extraneum & peregrinum de diuinis loquendi modum: quem in suis habet libris, a more aliorum cõmuni alienũ. Insuper Ioãnes Gerson, cancellarius Parisiensis, vir certe eximius: in vno suo opusculo, super hac re in concilio Constantiensi, ædito. Nostra quoq; tẽpestate vir doctissimus, Gabriel Biel: in suo insigni opere de expositione canonis missæ, lectione octogesima quarta. Ex quorũ armamentario tela depromsimus, ac desumpsimus arma: quibus ad subuertendã iterum Hiericho, a Luthero reędificatã, vteremur. Cum enim iacula eorum ad bella promptissimorũ & spicula, fuerint aptissima ad primam Hiericho mysticam euertendam, quã Hussitæ & Pragenses extruxerant contra ecclesiam dei: ratus sum eadem quoq; maiorem in modum conductura, ad eandem hęreseos ciuitatem infelicibus auspicijs nunc instauratam: denuo æquandam solo, ac penitus diruendam.

Thomas Vvalden. Nicolaus Cusanus. Ioannes Gerson. Gabriel biel.

¶Non esse audiendum Lutherum, sacrorũ conciliorum contemptorem: nec cantica vernacula, inter missarum solennia decantanda: nec horas canonicas, secundum nouam Lutheri adinuentionem dicendas. Cap. XXXII.

EX prædictis autem omnibus, in quatuor postremis capitibus adductis, dilucidum iam euadit: q̃ impia, tumida & contumeliosa sunt Lutheri verba, quæ in sua formula subijcit ijs quæ postremo loco ex eo sunt citata. Nec quenq̃ (inquit) id morari debet, ꝙ conciliũ iactant: in quo id (cõmunio scilicet laicorum sub vnica specie) rursus licere censeatur. Nos CHRISTI ius habemus, & concilia nec morari nec audire volumus in ijs: quæ manifeste sunt euãgelij. Hæc ille. ¶Sed exhibeat nobis Lutherus vel vnum CHRISTI verbum: quo dixit, laicis de necessitate salutis vtriusq; speciei esse dandam communionem. & tunc ingenue fatebimur: ipsum CHRISTI ius habere. Ostendat itidem vel vnum in euangelio locum: decernentẽ, sub vtraq; specie dandam laicis sacram communionem. & tunc crede-

mus ei dicenti: ꝙ hoc manifeste est euangelij. Nondum tamen nec ipse, nec Thaboritę, nec sui Hussitæ: tale quid exhibuerunt. ꝙ huiusmodi placitum non euangelij est documentũ: sed Iacobelli cuiusdam cõmentum, qui Hussitas & Pragẽses primum hoc fermento hæreseos labefactauit. Vt eleganter refert Aeneas Syluius, in secundo libro suæ historiæ: de Bohemis conscriptæ. ¶ Cæterum audiendum nunc: quod subdit continuo Lutherus. Quin amplius dicimus. Si quo casu concilium id statueret ac permitteret (communionem scilicet laicis fieri sub vtraq; specie) tunc minime omniũ nos velle vtraq; specie potiri. Immo tunc primum in despectum tam concilij q̃ statuti sui: vellemus aut altera tantũ aut neutra, & nequaq̃ vtraque potiri. ac plane eos anathema habere: quicũq; authoritate talis cõcilij vel statuti, vtraq; potirẽtur. Hæc ille. Iacobellus: Pragensiũ seductor.

¶ Verum q̃ sinistro affectu feratur Lutherus non ad cognoscendã aut aperiendam veritatem, sed ad contradicendum derogandũq; sacrosanctis concilijs: hæc verba non obscure declarant. quæ spiritui sancto synodorum generaliũ directori & præsidi in primis cõtumeliam irrogãt: necnon & ipsi domino nostro concilijs sanctis etiam assistenti, secundũ hanc suam promissionem. Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo: in medio eorum sum. Vbi igitur totus est fidelium in suis præcipuis rectoribus consessus: non aderit ipse? Qui etiam fidelibus pollicitus est: cum hinc esset per ascensionem in cælum abiturus. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus: vsq; ad consummationem seculi. Quidni igitur erit in ipsa ecclesia: in nomine eius pro publica rei Christianæ salute congregata? Sed progrediamur ad vlteriora: & ostendamus ex his Lutheri verbis proxime adductis, ipsum & euangelium negare paratũ esse, & quod ab ipso domino ex sua ipsius confessione decretũ est: vt cõcilio cõtradicat. Inquit enim. Si quo casu concilium statueret cõmunionem laicis sub vtraque specie dandam: tunc minime omniũ vellet vtraq; potiri, sed vel altera tantũ vel neutra. eosq; vt anathema haberet: qui authoritate talis statuti vtranq; sumerent speciem. At vero ipse Lutherus dicit cõmunionem laicorum sub vtraq; specie, esse ex CHRISTI instituto: & secundum euangelicã veritatem, & quæ manifeste sit euangelij. Si igitur cõcilium, tale constitueret præceptũ, de tradenda laicis cõmunione sub vtraq; specie: huiusmodi conciliũ conformaret se instituto domini nostri, & euangelicæ veritati, quæq; dilucide in euangelio exprimitur: secundũ Lutheri sententiã. Cum itaq; post æditam talem concilij constitutionẽ Lutherus nollet laicos vtraq; vti specie, sed altera tantum aut neutra: ipse vt contraniteretur decreto sacri concilij, contentus esset & conculcare domini nostri institutũ, relinquereq; euãgelij veritatem, & illud execrari documentũ: quod manifeste (vt ipse sentit) in euangelio explicatur. Ecce quo hominẽ rabies conculcandi concilij exagitatũ rapit dementia: vt & euangeliũ non detrectet negare, quod tamen sem-

Matth. 18 | Matth. 28 | Lutherus euangeliũ negare paratus est: vt cõcilijs patrum deroget.

per ore ſonat, modo contraire poſſit decreto cõcilij vniuerſalis. Hoccine quęſo eſt veritatẽ docere, & rectã Chriſtianæ religionis viam alijs oſtendere: ſolo contradicendi ſtudio ferri per abrupta & præcipitia impietatis ac errorum? ❡ Sed audiamus huius tam abſurdi propoſiti cauſam. 3
Miraris (inquit) & cauſam quæris? audi. Si tu noſti panem & vinum a CHRISTO inſtitutũ, vtrunqꝫ ſcilicet ſumendũ eſſe ab omnibus: vt clariſſime teſtãtur euangelia & Paulus, ita vt & ipſi aduerſarij cogãtur id confiteri. nec tamen audes illi credere & fidere, vt ita ſumas: audes vero & ſumis, ſi homines in cõcilio ſuo id ſtatuant. nõne tunc præfers homines CHRISTO? nõne extollis homines peccati ſuper deũ: qui dicitur & colitur? nonne plus fidis in hominũ verba: q̃ in dei verba? immo verbis dei prorſus diffidis: & ſolis hominũ verbis credis. At quãta eſt iſta abominatio: & negatio dei altiſſimi? Quæ idololatria tũ par eſſe poteſt tuæ tam religioſæ obedientiæ erga conciliũ hominũ? Nõne potius millies mori? nõne potius vnã aut nullã ſpeciem accipere deberes: q̃ in tali obediẽtia tam ſacrilega & apoſtaſia fidei accipere? Et reliqua in eandẽ cõſequentia ſententiã: quæ ore tragico detonat Lutherus, perpetuo potius dãnanda ſilentio q̃ in propatulũ efferenda. Sicut & iſta verba prædicta (fateor) ſupprimi potius debuiſſent q̃ expromi: ſi nõ vnũ fuiſſet nobis per horũ expreſſionẽ ſtudium, vt loquela ipſius Lutheri manifeſtũ eum faceret omnibus, & iuxta euangelicã ſententiã, ex verbis ſuis condemnaretur, notaqꝫ fieret mundo improba eius procacitas. Quo enim tam horrenda verborum tendũt tonitrua? quo fulmina illa horriſona, blaſphemię tela, impietatiſqꝫ ſpicula eiaculantia: niſi vt perſuadeat vniuerſis, eos qui cõcilio obtẽperant, idẽ ſtatuẽti quod ante CHRISTVS conſtituerat: & diffidere deo, cũ maxime illi confidant. & apoſtatas eſſe: cum ſint pientiſſimi dei cultores. & idololatras eſſe: cũ ſint Chriſtianæ religionis obſeruãtiſſimi? ❡ Sed ex ante dictis non eſt operoſum cognoſcere: multa in hiſce verbis Lutheranis falſa proferri. vt illud in primis: ꝙ CHRISTI ſit inſtitutũ, panem & vinũ in ſacra cõmunione ab omnibus eſſe ſumendũ, etiã laicis. ꝙ idipſum quoqꝫ teſtẽtur euãgelia, & beatus Paulus. deniqꝫ ꝙ illud ipſum etiã aduerſarij cogãtur cõfiteri. Horum enim omnium oppoſita: in proximis quatuor capitibus ſunt manifeſte cõprobata. Ex quibus, & reliqua quæ in verbis ſuis nouiſſime prolatis effutit Lutherus, & pluſq̃ tragice perſonat: dinoſcũtur a vero procul eſſe aliena, nec accuratiore indigẽt nunc aut ampliore confutatione.

Matth. 12

Cãtica vernacula: in miſſæ officio miſceri nõ debere.

❡ Demũ de canticis vernaculis quę a populo vult Lutherus ſub miſſa cantari, & cũ ſacrũ miſſæ celebratur officiũ (qui proſas ferme omnes latino cõtextu elaboratas cõcinnataſqꝫ: a miſſa reiecit) indignum pene eſt verba fieri. cũ abominabilis ſit & maxime execrãda: canticorũ vernaculorũ a populari turba, immo & a clero, tẽpore celebrationis miſſę decãtatio: cõfuſionem & irreuerentiã officio eccleſiaſtico, diuinarũqꝫ rerum 4

contemptum ingerens. Nihil enim in missa decantari publice debet: nisi quod ab ecclesia sancta ordinatum fuerit, receptum & approbatū. Si cui igitur cordi fuerit, vernacula concinere cantica in laudem sanctissimi eucharistię sacramenti, pium præ se ferentia sensum: domi suæ ea decantet, more eorū canticorum: quæ in honorem natiuitatis dominicæ, per aduentum & circa diem domini natalitiū solent fideles emodulari. Id vnum tamen obiter hic dicendum, Lutherum ipsum, sicut plæraque alia: ita & hunc morem cantilenas vernaculas officio missæ cōmiscendi, ab Hussitis suis magistris accepisse. Enimuero scribit Aeneas Syluius in quarto libro suæ historiæ Bohemicæ: episcopos catholicos a Sigismundo imperatore & rege Bohemorum in Bohemiam missos, vt abolitis hæreticorum spurcitijs ecclesiasticos ritus ibidem inducerent: inter cætera pia studia, ex missarum solennibus vulgaria verba cantilenasq́ detraxisse. Ex quo dicto protinus id colligitur, fuisse prius ab impijs Hussitis Pragensibus & Thaboritis inuectas cātilenas & immixta cātica vulgaria ipsius missæ officio: quos eo in opere hic imitatur Lutherus.

Aeneas Syluius. Sigismundus imperator.

5 ¶ Porro cui ocium fuerit: prædictæ historiæ Bohemicæ, quinq́ libros complectentis, tres intermedios (secundū scilicet, tertium & quartum) peruoluere: cognoscet aperte ex illorum lectione exortum ac originem perniciosissimæ hæreseos Hussitarū, ex scriptis & operibus Ioānis Viclefi ab Anglia in Bohemiā deuectis inchoatę. & Ioannis Hussitani prauo studio operaque: per totam Bohemiam disseminatæ. a quo prædicta hæresis: suam denominationē tanq̄ pręcipuo authore accepit. Deprehendet itidem studiosus lector ex prædictorum reuolutione librorum historicorum, progressum & infelix incremētum eiusdem peruersi dogmatis: longe lateq́ per vicinas Bohemiæ regiones tum propagati, per Ioānem Rochezanam: Pragensiū pseudo apostolum, per Procopium, & alios perditissimos illius sectæ assedas: & potissimū per Zischam, principem Thaboritarum, ducemq́ exercitus hęreticorum: multis sceleribus & summa impietate nobilitatum. Nec minus ex eorundē librorum lectione dinoscet declinationem & extirpationem eiusdem vesaniæ ad tempus, factam per Sigismundum imperatorem, modo nominatum. Qui post diuturnam moram atq́ dilationem, tandem Pragam Bohemiæ vrbem haud incelebrem veniens (quam Ioannes Hussiticus ex Praga: vere prauam effecerat) circa annum ab incaruatione domini tricesimumsextum, supra millesimum & quadringentesimum: quęcunque ab hæreticis labefactata inuenit Christianam pietatem respiciētia, in integrum restituenda curauit: pristinæque reddenda dignitati & antiquo decori. Siquidem diruta instaurari templa, sanctorum imagines euersas erigi in ecclesijs, æquata solo monasteria rursum ædificari: & expulsos inde religiosos illuc reduci, cæteraque ad rei ecclesiasticæ decentiam spectantia redintegrari & reparari: summopere studuit. Rur-

Origo, progressus & repressio: heresis Hussitarum.

Praga in prauam cō mutata.

Lutherana hæresis: Hussitanæ in multis persimilis.

¶Sed quorsũ hæc? Certe vt intelligãt ões: infaustis Lutheri auspicijs 6 nũc eadẽ & consimilia illis diebus, aut etiã infeliciora, redijsse nobis tẽpora. Siquidẽ illius exitialis doctrinæ Hussitanæ articulos, in secundo prædictæ historiæ libro singulatim expressos: ipse Lutherus pene omnes nostra tempestate resuscitauit. Ecclesiarum nunc etiam factæ subuersiones, monasteriorum destructiones: deprędationes rerum sacrarũ, impiaque sacrilegia, sacerdotũ cædes, & alia immania scelera (quę pius horret animus meminisse: & explicare refugit) nunc perpetrata referuntur & audiuntur, per furiosam Lutheranorum debacchationem. quæ circa ea (quibus Hussitarũ grassabatur furor) tempora, ex eiusdem historiæ Bohemicæ narratione, commissa fuisse cognoscũtur. Nunc quoque in catholicos instructi hæreticorum exercitus, manusque cum illis conseruisse dicuntur: vt tunc armata manu hæretici, in alienos a sua pestifera labe instruxerunt aciẽ, & bella mouerunt: ferro & flãma vastatis Christianorũ finibus. Deniqȝ tũc tota Bohemia, pessimo improbitatis Hussitanæ fermento corrupta fuisse legitur: & auulsa ab integro Christianismo. Nunc vero tota ferme Germania, virulenta Lutheranę insaniæ tabe haud dissimiliter contaminata traditur: hausisseqȝ tetrum horrendæ impietatis venenũ. ¶Neque tamen tunc libris pestilentibus in totũ orbem Christianũ dispersis: Hussitana illa peruersitas ad alienas regiones proserpsisse procul, scribitur ab illius tẽporis authoribus. vt nunc Lutherana secta in omnem fere mundi plagã (quæ CHRISTI nomen inuocat) per multiplicium librorum eam execrabilem doctrinã astruentium dispersionem, disseminata conspicitur & propagata. Rursum, non meminerunt illius temporis historiæ quas viderim: tunc monasticam professos arctitudinem, reiecto suæ religionis habitu ad vitã secularem regressos: palam vxores duxisse. neqȝ itidẽ moniales deo consecratas atqȝ velatas, tum respexisse retro cum vxore Loth: atqȝ deposito (quod acceperant) sacro velo, ad seculum reuersas viris nupsisse, contra promissæ deo castitatis sacramentũ & fidem. Deniqȝ neqȝ in illius tempestatis procella, traduntur ab historicis sacerdotes ministerio sancti altaris dedicati: calcato seruandæ perpetuo continentiæ voto, connubialia subijsse vincula: & vxorijs sese nexibus implicuisse. Nostro vero seculo (proh dolor) & in hac turbulẽta præsentis tẽporis conditione: passim videre est in Germaniæ finibus (vti nostras fama peruenit ad aures) excucullatos monachos, qui per apostasiã relictis suis monasterijs redierunt ad seculũ: vxoresqȝ duxerunt. Conspiciuntur itidem illic (vt a fide dignis accepimus) prius deo sacratæ in cœnobijs virgines: nunc seculari indutæ habitu, matrimoniũ cõtra ius & fas cõtraxisse. Deniqȝ cernũtur ibidẽ & sacerdotes, in ecclesiasticã asciti sortẽ, pessundato (quod deo in sui cõsecratione ędiderãt) voto castitatis: propalã socias thori sub cõiugij titulo sibi cõiunxisse. Horũ autẽ omniũ author & causa malo-

Gene. 19

rũ,vnus eſt Lutherus:qui & monaſticę religioni addictis & ſacris eccleſię miniſtris peſſime perſuaſit:licita ipſis eſſe nuptiarũ fœdera. Vnde nõ immerito, infeliciora hæc tẽpora, q̃ illa fuerint,appellare poſſumus: & præſentis ſeculi acerbam calamitatẽ amarioribus deplorare lachrymis. Sed deus omnipotens immẽſa ſua bonitate(precor)ocyus opituletur eccleſiæ ſuæ grauiter laboranti:& hanc dirã animarũ peſtem(Lutheranã dico luem)celeriter a toto orbe Chriſtiano propellat. Sed de his:hactenus. Nunc ad reliqua progrediundum. ¶Poſtremum quod de legen-
7 dis & cantandis horis canonicis nouo quodã more a ſe excogitato,circa finẽ prædicti opuſculi de formula miſſæ proponit Lutherus:hac vna indiget cenſura,nihil eorum eſſe faciendũ quæ ibidem ediſſerit de hac materia: ſed cuique tenendum ſuæ eccleſiæ vſum. Enimuero vt ipſe leuet ſacerdotes graui onere lectionis horarum quotidianarum:tres tantum pſalmos vult pro matutino ſumi officio, & tres pro veſpertino,cũ vno vel duobus reſponſorijs. Reliqua quæ recẽſet:vt inutilia,ſubticeo. Verum a quo accepit Lutherus poteſtatem conſtituendi nouum legendarum horarum ordinẽ: niſi a ſeipſo? qui nullam plane habet huiuſce rei ordinandæ authoritatem:cum ea penes ſolam ſit eccleſiam,& epiſcopos,eccleſiarum præcipuos paſtores. ¶Itaque his omnibus ſeditioſas nouitates parientibus,omnino reiectis : teneamus firmiter eccleſiaſticã & in ſacro miſſæ officio & in horis legendis conſtitutionem. Nam qui- Gala. 6
cunque hanc regulam tenuerit:pax ſuper illum & ſecuritas,inoffenſoq; pede per rectum procedet tramitem ad eum : qui omnia certo numero & proprijs limitibus ordinatiſſime definiuit, ſuiſque temperat totum legibus orbem. Cui ſit honor & gloria,atque gratiarum actio: in ſecula ſeculorum. Amen.

PRIMI LIBRI, PROPVGNACVLVM ECCLESIAE SVFFVLCIENTIS (QVI LVTHERANAM MISSAE CELEBRANDAE FORMVLAM IMPROBAT)FINIS.

PROPVGNACVLI ECCLESIAE LIBER SECVNDVS: CONTINENTIAM SAcerdotum, contra eius improbatores, defendens.

¶Lutherum cum suis assedis improbantem cælibatum sacerdotum: Iouiniani, Vigilantij & Viclefi peruersum dogma iamdiutius confutatum, resuscitare. Cap. I.

Gala. 2

AD GALATAS SCRIBENS APOSTOlus cōqueritur subintroductos fuisse falsos fratres: qui subintroierūt (inquit) explorare libertatem nostram quam habemus in CHRISTO IESV, vt nos in seruitutē redigerent. Vbi de ijs loquitur pseudo apostolis, qui iugum Mosaicæ legis imponere voluerūt humeris fideliū: a seruitute illius, benignitate & gratia domini nostri liberatorum. totis contendentes viribus: antiqui ritus instituta simul cum euangelicis sacramentis esse obseruāda. Nostra vero tempestate consimilem iure potest ecclesia sancta proferre sermonem, super vno inter cætera Lutheranorum dogmate: quod astruit continentiam in sacerdotibus probandā non esse, ipsosq; potius connubiali vinculo vxoribus iungi debere. Ecce subintroductos falsos fratres, nomine quidem nō autē re ipsa Christianos: qui subintroierūt explorare immo subuertere libertatem ecclesiastici ordinis, liberamque facultatem, dominū sine impedimento obsecrandi. vt illum redigāt in seruitutem rei vxoriæ: durisq; cōpedibus solicitudinis coniugalis constringāt. ¶Huius autem execrandæ factionis princeps & caput est 2
Martinus Lutherus: prauorū dogmatum hoc nostro seculo sator perniciosissimus. Qui inter cęteras assertiones suas improbas, & hāc quoq; euomuit: summos pontifices reprehensioni maxime esse obnoxios, q cōtinentiæ legem sacris ecclesiæ ministris indixerint. Quod cum ex multis suorum scriptorum locis, tum ex eo dilucide constat: quem in libro de missa priuata abroganda his verbis cōtexit. Agens enim de eo præcepto decalogi, non mœchaberis, in quo tota libido prohibetur: ait.

Lutherus: continentię sacerdotalis improbator.

» Vt sanctissimus (hoc nomine papam insinuans) hoc mandatū eneruet: lon-
» gum fuerit recensere. Nusquam enim sic insanit satanas per papam: atq;
» in castitate & libidine tractanda. Primum, etsi non prohibet verbo ca-
» stitatem nec scortari docet: cogit tamen scortari decreto suo intolerabili
» & perditissimo, de cælibatu totius sui sacerdotij, tam late patentis: cū
» tam rara & angusta sit castitatis gratia. Quid ergo facit aliud, dum fert
» legē castitatis super eos qui continere nec possunt nec debēt: q̄ ipso ope-

› re dicit. Ite, scortamini? quod & faciunt: & ipse permittit impune. O
› quis queat hanc vnam rabiem satanæ in perdendis animabus hac lege
› plusquam sacrilega, cogitare? Non ergo docet libidinē: sed duobus pe-
› ioribus modis eam auget. cogendo ad impossibile per prohibitionem:
› & permittendo peccare per indulgētiam. Ego credo, si scortari præcipe-
› ret: non tantas libidines multiplicaret. Hæc Lutherus. Quæ (fateor) prorsus indigna sunt relatu: atq; vt oculis & auribus ingerātur fideliū. vsqueadeo errorū impietatis & blasphemiæ sunt plena: attribuentia satanæ eam continentiæ legem, quæ haud dubie a spiritu sancto est deriuata. Adducta tamen ea hic oportuit, ad faciendam fidem Lutheranæ improbitatis: ore sacrilego in sancta ecclesiæ instituta oblatrantis, neve viderer illi falso id crimen dānatæ sacerdotalis continentiæ impingere.

3 ¶ Porro legitur in secundo Regum libro, Siba filius Bochri vir Belial (cū reduceretur rex Dauid in regnum suū: post coniurationem & mortem Absalon) insonuisse buccina: & hisce verbis populum ad defectionē solicitasse. Non est nobis pars in Dauid: neq; hæreditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel. Quo sane seditionis pleno præconio: non paucos de populo Israel auertit a legitimi principis obediētia: & in suæ factionis consortium traduxit. Fuissetq; seditiosa illa populi commotio atq; auersio, multo periculosior: nisi morte ipsius, huiusmodi concitatio fuisset mature extincta. Sic certe cecinit Buccina altisona Lutherus, indulgentiam nuptiarum sacerdotibus permittens: & plurimos auertit a vera pietate religionis, in deuia errorū atq; diuerticula. Nempe crepitum illius buccinæ secuti sunt complusculi: partim scriptis suam rebellionem in leges ecclesiasticas insinuantes, æditisq; libris suæ nequitię testibus. Partim vero facto & opere: quoniam reiecta syncæritate cælibatus, ductisq; vxoribus, sese coniugali vinculo innexuerunt. Verum vt ipsius Sibæ amputato capite, omnis illa turbatio populi sedata est, & totus Israel ad suum regem integre conuersus: ita confidendum est firmiter in domino, q; succiso tandem virulento capite huius hydræ Lernææ, extirpataq; pestifera hac doctrina per Lutherū inuecta: totus fidelis populi cœtus conuertetur integro corde ad verum Dauid, dominum nostrum IESVM CHRISTVM. & ecclesiastici ordinis chorus in syncæritate corporis & animæ eidem debitum impendet obsequium: non in nuptiarum solicitudine & distractione, sed in cō-

4 tinentiæ perpetuæ munditia illabefactaque puritate. ¶ Cæterum non debet hæc pestilens doctrina de sacerdotibus vinculo coniugali alligandis, noua existimari, aut primum a Luthero nostra ætate adinuenta: sed priscis temporibus iam olim ab osore puritatis sacerdotalis satana fuisse sępius exuscitata. Nempe circa beatorū Hieronymi & Augustini tempora, Iouinianus voluptatū carnis patronus eam inuexit: nuptias adæquans virginitati, quantum ad meritum & præmium, & omnibus

[Margin notes: 2. regū. 20. — Lutherus buccinator: vt Siba filiꝰ Bochri. — 2. regū. 20. — Iouinianus hæreticus.]

ſacerdotibus,ſacratis virginibus,& religioſis ſuadens ſubeunda fœdera connubialia. Sed hanc inſaniam beatus Hieronymus in primo contra eundem libro: acerrime contudit. Paulo poſt vero Vigilantius conſectator Iouiniani:eandem veſaniam de coniugio miniſtrorum eccleſiæ reuocauit in lucem. quemadmodum teſtatur ipſe Hieronymus in opere ſuo, Vigilantianæ improbitatis confutatorio:his verbis de eodē loquens. Proh nefas, epiſcopos ſui ſceleris dicitur habere conſortes: ſi tamen epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordināt diaconos niſi prius vxores duxerint. nulli cælibi credentes pudicitiam, immo oſtendentes q̄ male viuant: qui male de omnibus ſuſpicantur. Et niſi pręgnantes viderint vxores clericoum, infanteſq; de vlnis matrum vagientes: CHRISTI ſacramenta non tribuunt. Quid facient Orientis eccleſiæ: quid Aegypti & ſedis apoſtolicæ? quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continētes: aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt. Hoc docuit Dormitantius, libidini frena permittens: & naturalē carnis ardorem (qui plærūq; in adoleſcentia feruefcit) ſuis hortatibus duplicans. Hæc Hieronymus, & reliqua: quæ continuo ſermonis contextu contra eundem illic proſequitur. ¶ Deinde circa tempora concilij Conſtantienſis, Ioannes Viclefus extinctas haſce Iouiniani & Vigilantij fauillas rurſum excitauit in flammam: & ſacerdotibus coniugia permiſit. Vt argumento nobis ſunt viri percelebres doctrina, eruditioneq; præclari: qui ea ætate contra errores Vicleſianos ſcripſerunt. ac inter cæteros, hūc quoq; annotarunt errorem ab eodem diſſeminatum: & literarijs armis eundem egregie expugnarunt. ¶ Demum hac noſtra ætate Lutherus, vt cęteros Viclefi dānatiſſimos errores cupidis amplectitur vlnis: ita & hoc perditiſſimum eiuſdem dogma de miniſtris eccleſiæ connubio deuinciendis, oppido q̄ lubens capeſſit. Quod ex verbis ipſius paulo ante citatis, plane dilucidum eſt: & ex eiuſdem dictis in libro ſuo de captiuitate Babylonica, maxime omnium pernicioſo, errorumq; refertiſſimo: amplius elucefcit. Illic enim ſermonem texens de matrimonio: dicit. Impedimētum ordinis, merū eſt hominis commentū: præſertim cū garriant eo dirimi iam contractū. Video enim Paulum ad Titum primo cap. iubere epiſcopum vnius vxoris virū eſſe. ideo non poſſe dirimi matrimonium diaconi, ſacerdotis, epiſcopi. Quanq̄ hoc genus ſacerdotū & eos ordines non nouerit Paulus: quos hodie habemus. Pereant itaq; maledictę iſtæ hominū traditiones: quæ non niſi ad multiplicanda pericula, peccata, mala, in eccleſiam introierunt. In eodem quoq; libro: de ordine eccleſiaſtico verba faciens ait. His erroribus & cæcitatibus id acceſſit maioris captiuitatis: quo ſe latius a cæteris Chriſtianis tanq̄ prophanis ſecernerent, ſeipſos ſicut Galli Cybelis ſacerdotes caſtrauerunt: & cælibatu onerarunt ſimulatiſſimo. Hæc Lutherus: in ſugillationem continentiæ ſacerdotum. Quæ non modo manifeſte falſa eſſe deprehenduntur: ſed &

Vigilantius hęreticus.

Hieronym⁹ in Vigilantium.

Ioānes Viclefus

Luther⁹ in ſacerdotū continētiā oblatrat.

6 contumeliæ probrorumq; plena,& indigna quæ refellatur. ¶Porro in
peſtiferam illam aſſertionē de ſacerdotibus vinculo coniugali aſtringen
dis,admodū propenſus eſt Lutherus: ꝙ multū illa faueat ſuæ liberta-
ti antichriſtianę & Mahumetanæ.quā & hic prædicat,cū laxatis habe-
nis miniſtros eccleſiæ ſacros ad cōnubiale conſortiū admittit.Sed ſi pen
ſiculatius rei qualitas attēdatur:hæc non vera libertas eſt,q̄uis eo inſi-
gniatur nomine.quin potius grauiſſima ſeruitus: miſeriarū angoris &
curarū refertiſſima:ſubigens corpus vſui coniugali, & animū mille ſo-
licitudinibus huius mundi.Demirandū eſt tamen,quomodo hæc pe-
ſtis tam late nūc proſerpſerit:& plæroſq; ſacerdotes ſua tabe corruperit.
De Iouiniani quidē hæreſi,conſimilis farinæ,ſcribit beatus Auguſti- Augustinus
nus:ꝙ cito extincta eſt:per dānationem ſcilicet publicā ſedis apoſtolicę,
nec vſq; ad ſacerdotū corruptionē peruenit.Hac vero tēpeſtate,tam di-
ra lues etiā ſacerdotes nonnullos corripuit:qui prius per ſacerdotij gra-
dum diuino miniſterio conſecrati,ſuperinduxiſſe dicūtur vxores.quas
nulla authoritate niſi Lutherana freti:ſocias thori ſibi aſſumpſerūt.Et
ita dignitatē eccleſiaſticam prius ſyncærā:hac atra labe carnalis cōſortij
7 conſpurcarunt.¶Verū pro libertate patriæ ab hoſtibus immaniter op-
preſſæ decertandū eſſe,immo & oppetendā mortē:ſentiunt omnes.ma-
gniſq; efferūtur præconijs & Romani & Gręci: qui non dubitarūt pro
ſoli natalis defenſione vitā effundere.Quid igitur faciundū pro eccleſia-
ſtica libertate: in ſuā integritatē aſſerēda? nonne pro eius incolumitate:
totis animi neruis eſt annitendum? Et id quidem tentabimus adiutore
deo,in præſentis libri elucubratione.ſacerdotaleq; continentiā recte in-
ſtitutā eſſe,& ſemper deinceps in eccleſia obſeruādā:pro noſtra facultate
mōſtrabimus.Id vnū præmonētes,nomine ſacerdotū in toto hoc libro Quid nomine ſacerdotum: hic intelligitur.
nos etiā accipere quoſuis ordinibus ſacris initiatos: ſiue ſubdiaconatus
gerant officiū,ſiue diaconatus,ſiue preſbyteratus.Quanq̄ enim diſtin-
cti ſunt illi ordines,& ſuis gradibus abinuicem diſcreti,quod neminē
ſanæ mentis inficiari velle credimus:tamen vt contractior interdum ſit
ſermo,& contextus orationis ſuccinctior: ſub vna ſacrorum ordinum
ſpecie,& quidem reliquis ſuperiore: cæteras etiā inferiores ſpecies (vbi
communis eſt de omnibus ſermo)intelligi volumus.

¶In veteris teſtamenti pagina:præmonſtrari multis indicijs continentiam ſacerdotum euangelicæ legis. Cap.II.

ITaq; pro iaciendo operis huius fundamento, id an-
te omnia proponimus:huiuſcemodi continentiam ſa
cerdotum euangelicæ legis,in veteris teſtamenti ſcri-
1 ptura multimodis præſignificatam eſſe,& non obſcu
re inſinuatam.¶In primis vbi dominus in Exodo ri Exodi.12
tum exprimit manducandi agni paſchalis:inter cæte-
ra præcipit,eos qui illo vſuri ſunt cibo,renes habere accinctos.Quē lo-

Gregorius. cum mystice exponens beatus Gregorius in homelia vicesimasecunda super euangelia: ait. Quid in renibus: nisi delectatio carnis accipitur? Psal.16 Vnde & psalmista postulat dicens. Vre renes meos. Si enim voluptatē libidinis, in renibus esse nesciret: eos vri minime petisset. Vnde quia potestas diaboli in humano genere maxime per luxuriam præualuit: de Iob.40 illo, voce dominica dicitur. Potestas eius: in lumbis eius. Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos debet: vt qui solennitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, corruptioni iam per vitia nulla subiaceat, voluptates edomet, carnem a luxuria restringat. Neque enim cognouit quæ sit solennitas incorruptionis: qui adhuc per incontinentiam, corruptioni subiacet. Hæc ille. Atqui sacerdotes euangelici, non semel tantum in anno (vt quondam populus Israeliticus agnum typicum immolabat) sed quotidie immolandi agnum immaculatum, qui veritas illius est & exemplar, gerunt munus: sanctique altaris ministerio iugiter assistendi. Debent igitur & ipsi assidue lumbos habere pręcinctos: vt rite incontaminatum ipsum agnum offerre deo & sumere queant. ¶ Moyses itidem profecturus in Aegyptum: ad obeūdam le- 2
gationem sibi a domino commissam, de liberando populo Israelitico a seruitute Aegypti, deducendoque per desertum ad terram illi diuinitus repromissam: vxorem suam cum liberis, per aliquantum viæ spaciū Exodi.4 sese consecutam, dimisit. Expeditusque ea sarcina, & populum Israeliticum exemit Aegyptia tyrānide: & per desertum sedula directione deduxit. Haud secus & sacerdotes, quibus commissa est prouincia populum fidelem a iugo diabolico liberandi, tam verbo doctrinæ q̄ bonæ vitæ exemplo: expeditius id muneris obibunt, cum liberati re vxoria, duntaxat quę domini sunt, & ad plebis conducunt salutem, cogitabūt: atque ad eadem totum suum animum conuertent. ¶ Præterea, cum 3
Moyses vxorem suam diutius ablegatam propter rationem modo dictam: rursum accepisset in cohabitationem & domesticum consortium, Exodi.18 postquam ipsa cum Iethro patre suo & filijs suis venit inuisere virum suū in deserto, quasi longo postliminio: attamē dicitur abstinuisse frequētius ipse Moyses ab illius cōsortio cōiugali: vt magis redderetur idoneus diuino colloquio, siquādo accerseretur ad ipsum in caligine & nube. Et quoniā eā ob causam, abdicationē scilicet coniugalis cōmercij diu- Nume.12. turnā, Aaron frater Moysi & Maria soror eius dicūtur obmurmurasse contra fratrem, eundēq; palā increpitasse, q̄ suę vxori esset iniurius: denegādo eidē maritale cōtuberniū, quemadmodū sentiunt graues authores, locū illū duodecimo capite Numeri (vbi hæc oblocutio fratris & sororis in fratrē, describitur) exponētes: indignatus est dominus ipsi Aaron & Mariæ sorori eius, quā & lepra percussit: q̄ Moysem fratrē suum immerito redargueret. & quāto apud se haberetur in precio Moyses: ibidem clarissimo patefecit testimonio. Vnde & dominus ipse huiusmodi

Cōtinentiā Moysi: gratam fuisse deo.

ſignis deprehēditur cōmendaſſe illam coniugalē cōtinentiā Moyſi:qua plęrūq; ab vxoris abſtinuit amplexibus,vt paratior haberetur & aptior ad ſubeundū montis Sina faſtigiū,atq; colloquiū cum domino habendū. At vero ſacerdotes nouæ legis non ſolū collocutionis cum deo iuge habent officiū,per deuotum orationis ſtudiū:ſed & ipſum regem regum & dominum dominantiū contrectandi ſuis manibus in ſacro miſſæ myſterio,eundēq; ſub venerandis panis & vini ſignis ſumendi. Quod ſane munus vt pro dignitate exequātur:non ſolum frequēter vt Moyſes, ſed & perpetuo debent ab vxorum abſtinere conſortio,& cælibem vitā age-
4 re. ¶ Rurſum,cum eſſet populus Iſrael legē domini ſuſcepturus in mōte Syna:deſcendit (inquit ſcriptura) Moyſes de monte ad populum, & ſanctificauit eum. Cumq; lauiſſent veſtimēta ſua:ait ad eos. Eſtote parati in diem tertiū:& ne appropinquetis vxoribus veſtris. Vbi ad accipiendam legē quę demum erat antiquāda:ſanctificatur populus,lauat veſtimenta ſua,& iubetur abſtinere a cōiugali complexu. Quid igitur facto opus erit,vt accipiatur a ſacerdotibus ipſe legifer non antiqui ſed noui ritus, ipſeq; dominus legis euangelicæ:quæ longe dignior & pręſtātior eſt q̄ fuerit lex Moſaica, *eius typus & vmbra?* Nonne maior expoſcitur in ipſis ſanctificatio,& veſtimentorū(id eſt corporum ſuorum) lotio ſpiritualis per continentiam carnis:vt omni tempore,iuxta ſapientis monitum,ſint veſtimenta ipſorum cādida? Nonne etiā perpetuo debent abſtinere a cubili vxorio,& nunq̄ appropinquare vxoribus per cælibatū perpetuū:qui ſemper altaris miniſteriū exercere, & ipſius ſacra-
5 tiſſimæ legis authorem accipere, debent eſſe parati? ¶ Inſuper,quamuis antiquæ legis ſacerdotes pro temporis illius qualitate ducerent vxores:certis tamen limitibus,& multo cōſtrictioribus q̄ populus,cōtinebatur illa ducendæ vxoris in ipſis facultas. Siquidem de ſummo Iudęorum ſacerdote: dicit dominus in Leuitico. Virginē ducet vxorē, viduam autem & repudiatam & ſordidam atque meretricem non accipiet:ſed puellam de populo ſuo. Certe hæc ipſa, non cuiuſuis mulieris ſed virginali decore adornatæ puellæ,accipiendæ in vxorem, præcepta: prælud ia quædā erant continentiæ arctioris,conſtituendę ijs qui in lege euangelica miniſtraturi erant altari. Dignum ſiquidē eſt:ſacratioris
6 legis ſanctiores eſſe & puriores miniſtros. ¶ Adhęc, Cū tēpore vicis ſuę fungerentur munere ſacerdotali,veteris legis ſacerdotes:caſtimoniæ ſtudebāt,domūq; ſuā omnino non tangebāt,ſed verſabātur aſſidue in templo:vſq; ad expletū miniſterij ſui officiū. Quēadmodū teſtatur venerabilis Beda:exponēs illud Lucæ primo capite de Zacharia dictū. Et factū eſt vt implerentur dies officij eius:abijt in domū ſuam. Hoc eſt(inquit) quod dixi:quod vicis ſuæ tempore pōtifices,tēpli tantū officijs mancipati,nō ſolū a cōplexu vxorū: ſed ab ipſo quoq; domorū ſuarū abſtinebāt ingreſſu. Vbi noſtri tēporis ſacerdotibus,quibus ſēper altari ſeruire

Exodi.19 · Ecclēs.9 · Leuiti.21 · Lucæ.1. · Beda.

Leuiti.8 iubetur:perpetuo seruandæ castitatis exẽplum datur. Quia enim tunc sacerdotalis ex stirpe Aaron successio quærebatur:necessario tẽpus substituendæ soboli procurabatur. At quia nunc non carnalis successio sed perfectio spiritualis inquiritur:consequenter sacerdotibus,vt semper altari queant assistere,semper ab vxoribus continendum, semper castitas obseruanda præcipitur. Hæc Beda. Ex quibus sane verbis recte colligitur continentia perpetuo custodienda a sacerdotibus nouæ legis : ꝙ perpetuũ debeant dei templo ministeriũ. ¶Adde ꝙ in antiqua lege fe- 7
minalia quibus indui debebat sacerdos,cũ in tabernaculo domini ministrabat:designarũt quodam etiam symbolo castitatem sacerdotalem, in noua lege obseruandam. Quod in tertio libro de tabernaculo,vene-
Exodi.28 rabilis Beda pertractans hanc Exodi literam.Porro filijs Aaron tunicas lineas parabis.& hanc itidem:quæ paucis interiectis subsequitur. Facies & feminalia linea : vt operiant carnem turpitudinis suæ, a reni-
Beda bus vsq; ad femora. sic attestatur. Feminalia hæc, quæ ad operiendam carnẽ turpitudinis fieri mandantur: illam castimoniæ portionem quæ appetitum copulæ cõiugalis cohibet,propriȩ designant. sine qua nemo vel sacerdotium suscipere, vel ad altaris potest ministeriũ consecrari. id est,si non aut virgo permanserit:aut cõtracta vxore, coniunctionis fœdera soluerit.Quod videlicet genus virtutis,nulli per legem dei necessario imperatum:sed voluntaria est deuotione deo offerẽdum, dicẽte ipso
Matth.19 de hoc.Non omnes capiũt verbũ istud. Ad quod tamen,benigna mox exhortatione eos qui possunt inuitat:dicens.Qui potest capere: capiat. Et paulo post ijs qui vel vxorem vel alios cognatos,& implicamẽta huius mũdi propter ipsum reliquerint:centuplũ promittit in hac vita prȩmium,& in seculo futuro vitam æternã. Hæc ille. Vnde cõstat femoralia ab Aaron & filijs eius induẽda,cũ essent ministraturi in tabernaculo & sanctuario domini:indiciũ quoddã & signũ mysticũ fuisse perpetuæ continẽtiæ,obseruãdæ a ministris altaris nouȩ legis,qui iuge debẽt deo ministeriũ in sancto tẽplo eius. ¶Demũ,cum Dauid fugiẽs a facie 8
Saul,venisset ad Achimelech sacerdotẽ Leuiticum,petiuissetq; ab eo pa-
1.regũ.21. nes in suũ & comitũ sui itineris vsum:respõdit Achimelech. Nõ habeo laicos panes ad manũ:sed tantũ panem sanctũ. Si mundi sunt pueri maxime a mulieribus:manducent. Cui Dauid ait. Et quidẽ si de mulieribus agitur: cõtinuimus nos ab heri & nudiustertius quãdo egrediebamur,& fuerũt vasa puerorũ munda. Tũc dedit eis sacerdos panẽ sanctificatum:vtpote panes propositionis.qui tantũ figura erãt panis viuifici & salutaris:qui nunc quotidie offertur in altari per manus sacerdotũ. Non potest igitur ille,digne offerri ministerio sacerdotali & sumi: nisi perpetua continẽtia sacerdotes ipsi se abdicẽt a mulierũ cõsortio, iugẽq; seruent sanctimoniã.quȩ per hæc antiquæ legis exempla,tanq̃ præambula quædã & præuia rudimenta: est haud adumbrate præsignificata.

¶Ex noui testamenti scriptura etiam deduci perpetuam castimoniam: a sacerdotibus euangelicæ legis obseruandam. Cap. III.

1 SEd & ex nouæ legis pagina monstrandum est: q̃ sacerdotum continẽtia fuerit circa lucis euangelicæ exordium quoquo modo insinuata, & verbo simul & exemplo commendata. Exemplo quidem beati Petri: qui ad apostolatum vocatus, vxorẽ quam prius habuerat, quãtum ad coniugale officium dereliquit. quemadmodum testatur beatus Hieronymus: in epistola ad Iulianum cõsolatoria. Qui (inquit) in seculo primus es: cur non & in CHRISTI familia primus sis? An quia vxorem habes? habuit & Petrus: & tamen cũ reti & nauicula eam dereliquit. Quinimmo & hoc idem, astruit Hieronymus in primo libro contra Iouinianum de cæteris etiam apostolis: siqui aliorum præter Petrum vxores habuerint. q̃ vocati ad apostolatum: coniugale officium reliquerunt. Nempe de Iouiniano aduersario suo loquens Hieronymus: ibidem ait. Venit ad euangeliũ: & proponit nobis Zachariam & Elizabeth, Petrũ & socrum eius: & consueta vecordia non intelligit, istos quoq; inter eos qui legi seruierint, debuisse numerari. Neq; enim euangelium ante crucem CHRISTI est: quod passione & sanguine ipsius dedicatur. Iuxta quam regulã Petrus & cæteri apostoli (vt ei ex superfluo interim concedam) habuerunt quidem vxores: sed quas eo tempore acceperant, quo euangeliũ nesciebant. Qui assumpti postea in apostolatum: relinquunt officium coniugale. Nam cum Petrus ex persona apostolorum dicit ad dominum. Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te. respondit ei dominus. Amen dico vobis, quoniã nemo est qui dimiserit domum aut parentes aut fratres, aut vxorem aut filios, propter regnum dei: qui non recipiat multo plura in seculo isto, & in seculo futuro vitam æternam. Hæc Hieronymus ibidem. Vbi ex hisce verbis euangelicis postremo adductis loco, probe colligit ipse sacer author: apostolos (quotquot eorum: prius vxores habuerunt) postquam ad apostolicum munus sunt acciti a domino: eas quantum ad maritale consortium, reliquisse. Non enim dominus ea verba de dimittenda vxore, dixisset ad apostolos: suis adhuc vxoribus quantum ad vsum coniugij, alligatos. Neq; beatus Petrus asseuerasset corã domino, se & suos condiscipulos omnia reliquisse: si tũc adhuc suis adhesissent in officio matrimonij vxoribus. Et quoniã ipsi apostoli, primi erant nouæ legis sacerdotes a domino instituti: in huiusmodi suarum coniugum abdicatione ab ipsis facta, præmonstrabatur pulchra quadã effigie, continentia, a sacris euangelicæ legis sacerdotibus obseruanda.

2 ¶Quod autem modo de apostolis est adductum: videtur non absurde præsignatũ fuisse in Moyse. qui cum proficisceretur diuino iussu in Aegyptũ ad peragendam prouinciã sibi a domino impositã: vxorem

Hieronymus.

Idem cõtra Iouinianũ.

Matth. 19

Lucæ. 18.

Apostolos, suas vxores post vocationem sui dimisisse.

Exodi. 4.

cum liberis per aliquantum viæ spaciū secum profectam dimisit, vt reuerteretur domū suam, quemadmodū in præcedente capite etiam est dictum. ratus ad obeumdum tam arduum munus: vxorem sibi oneri potius q̃ adiumento fore. Illaq; liberatus sarcina vxoria: expeditius creditum sibi officium expleuit, illudq; feliciter consummauit. Haud secus apostoli, mundum vniuersum a tenebris errorum & dominatu satanæ sua prædicatione liberaturi, perducturiq; ad patriam felicitatis æternæ per huius peregrinationis desertum: expediuerūt se penitus vinculo societatis vxoriæ quantum ad eius vsum, qui illo prius fuerant cōstricti.

¶ Verbo autem, idem demōstratur propositum: per illud dictum bea- 3
1.corin.7 ti Pauli in prima ad Corinthios epistola, quo admonet cōiuges ꝙ non debeāt fraudare se inuicem officio coniugali: nisi forte ex consensu ad tēpus, vt vacent orationi. Ex quo loco: ita texitur argumentum. Coniuges ad tempus vt vacent orationi, decenter admodum & religiose abstinent ab vsu coniugali: quemadmodum tempore ieiuniorū, & sacratiorum solennitatum. sicut Iohel propheta ieiunium indicendum denuncians sacro oraculo, ad placandam dei iram: idipsum, abstinentiam scili-
Iohe.2 cet ab vsu coniugij, faciundum esse innuit hisce verbis. Egrediatur sponsus de cubili suo: & sponsa de thalamo suo. Sacerdotis autem officium est, animum suum iugi orationi intendere: semperq; vacare precibus, quas fundat tam pro se q̃ pro populo dei. Debet igitur ipse: perpetuo temperare ab officio coniugij. Qui autē id fiat: si fœdere connubij alligatus sit vxori: cui officium coniugale denegare non debet? Insinuant igitur illa beati Pauli verba: commendandam in sacerdotibus esse per-
Origenes. petuā continentiam.

¶ Vnde Origenes eadem pertractās apostoli ver- 4
ba, homelia vicesimatertia super librum Numeri ait. Vereor dicere aliquid quod ex sermonibus apostolicis intelligi datur: ne forte videar ali-
Psal.140. quos contristare. Nam si oratio iusti sicut incensum in conspectu dei: & eleuatio manuum eius sacrificium vespertinum. Dicit autem apostolus
1.corin.7 ijs qui in coniugijs sunt. Nolite fraudare inuicem: nisi forsan ex cōsensu ad tempus, vt vacetis orationi. Et iterum. Reuertimini in idipsum. certum est impediri sacrificium indesinens ijs, qui necessitatibus coniugalibus inseruiunt. Vnde mihi videtur, ꝙ illius solius est offerre sacrificium indesinens: qui indesinenti & perpetuæ se deuouerit castitati. Hæc Origenes. Cuius postremum verbum: de iugi sacrificio veteris legis dici non potuit. vbi completo vicis suæ officio: sacerdos ad vxorem suam reuerti consueuit. Exigebat enim tunc in sacerdotibus coniugale officium, necessitas illius tēporis: ne sub cælibatu perpetuo, tribus Leui deficeret ac prorsus interiret. At vbi nunc sacerdotium non carne propagatur sed spiritu: suspendendū erat carnis commercium, amplius ad id munus nequaquam necessariū, vt totum spiritu cōpleatur: fiatq; omnino spirituale.

¶ Præterea. In eodē loco primæ ad Corinthios epistolæ: 5

ſcribit apoſtolus. Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt:ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat deo. Qui autem cũ vxore eſt:ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Mulier innupta & virgo quæ innupta eſt:cogitat quæ domini ſunt: vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt: cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis inijciam: ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento dominum obſecrandi. Hæc ibi. Quem autem magis decet ſine mundi eſſe ſolicitudine, totamque mentis intendere curam vt placeat deo: q̃ ſacerdotem, qui ad iuge ipſius miniſterium eſt aſcitus, & ſacro altari mancipatus? Vt igitur facultatem habeat, dominum ſine impedimento obſecrandi, ſyncærumque illi præſtandi obſequium, ſicuti eius expoſcit munus: abſolutus a nexu coniugali ſit oportet, & catenis illis grauibus expeditus: quæ ipſum alligarent mundo, & abſtraherent a deo. ¶Demum circa prima naſcentis eccleſiæ tempora, non ſolum apoſtoli, ſed & alij complures ab eis inſtituti: hanc vitæ caſtimoniam intactam mira deuotione ſeruarũt. Scribit enim Euſebius Cæſarienſis in libro ſecundo ſuæ eccleſiaſticæ hiſtoriæ, capite decimoſeptimo, ſingularia præconia de ijs: qui in eccleſia Alexandrina a ſancto Marco euangeliſta primum inſtituta, viuebant tempore apoſtolorum in mira parſimonia & continentia vitæ. adducens ipſius Philonis de illis teſtimonium: ſecundum verborum illius contextum, in hanc formam. Cum viris autem quos dicimus, ſunt & fœminæ. in quibus plures grandeuæ ſunt virgines: integritatem caſti corporis non neceſſitate aliqua ſed deuotione ſeruantes. dum ſapientiæ ſtudijs ſemet geſtiunt: non ſolum animo, ſed & corpore conſecrare. indignum ducentes, libidini mancipare vas: ad capiendam ſapientiam præparatum. & ædere mortalem partum eas: a quibus diuini verbi cõcubitus ſacroſanctus & immortalis expetitur. ex quo poſteritas relinquatur: nequaquam corruptelæ mortalitatis obnoxia. Hæc ibi. Q; ſi mulieres in ſancto illo fidelium, conuentu, perpetuæ ſe cõſecrarunt cõtinentiæ: infirmioris tamen ſexus fragilitate circundatæ. quid exiſtimandum eſt illius ſacræ congregationis viros factitaſſe: valentiore ſexus & animi præditos vigore? Nonne & ipſos ſpontanea oblatione perennem caſtimoniam conſecraſſe domino: vt ſyncæriore animo diuinam capeſſerent ſapientiam? Et ſi idipſum fecere viri illius ſocietatis, nullum ſortiti altaris miniſterium: quid credendum eſt egiſſe ipſorum ſacerdotes, communem cum cæteris in eo honoratiſſimo cœtu ducentes vitam? Nonne & eoſdem, ſyncæritatem integram corporis & animi cuſtodiſſe: & ab omni conſortio coniugali ſeipſos ſequeſtraſſe? vt in tali eccleſia ſanctorũ, vitã angelicam agẽte in terris: puris manibus mũdoque corpore & animo poſſent ſacroſancta myſteria contrectare.

1.corin.7

6

Philo.

Euſebius in eccleſiaſtica hiſtoria.

¶Diuini iuris id esse, pariter & naturalis, humana sanctione etiã explicati: ꝙ post susceptos sacros ordines non subeatur coniugij vinculum, nec ducatur vxor. Cap. IIII.

VT autem prædictis amplius aliquid adijciatur: secũdum probatissimorum authorum sentẽtiam (in quã vno consensu conueniunt omnes: etiam sancti patres) nunꝗ̃ a legis euangelicæ exordio cuiꝗ̃ licuit, post susceptũ ordinem sacrum, ducere vxorẽ: atꝗ post sui cõsecrationem in ministerium altaris, transire ad coniugium. Quam sane determinationẽ, & iuris esse diuini simul & naturalis censent: quod ecclesiastica etiam constitutione sit aperte declaratũ, congruis temporibus & locis. At ne citra rationẽ loqui videantur: qui hãc proponunt sententiã (quam vt pietati religionis Christianæ apprime cõsonam, dignitatiꝗ ecclesiasticæ functionis congruẽtissimam: amplector cupidissime & approbo) enitendum est hoc loco pro viribus: ipsam ex sacrarum literarum promptuario deducere, eamꝗ in primis diuini esse iuris ostendere. ¶Perspicuum est quidem ex ante dictis, sacerdotẽ Le- 1
uitici generis facultatem habuisse ducendi vxorem: etiam post susceptũ
Leuiti. 21 sacerdotij officiũ, vt ex vicesimo primo Leuitici capite dilucide constat. quoniã vnica tribus tunc erat delecta ad ministerium tabernaculi: & in summi sacerdotij dignitate, filius diuina iussione sufficiendus erat patri. Et ita si denegata in ea tribu fuisset propagatio carnis per legitimum coniugij vsum: & cito interijsset tota tribus illa, & non potuisset filiorũ fieri in locum parentum surrogatio in summo sacerdotio. In noua autẽ lege, neꝗ certa est delecta cognatio ad altaris officiũ: neꝗ secundũ sanguinis propaginem fieri debet successio in ecclesiastica administratione. sed spiritualis tantũ electio eorũ, qui sunt idonei exercẽdæ illi prouinciæ: & secũdum spiritũ substitutio. Declarat igitur conditio illa & qualitas ecclesiastici ministri, omnino diuersa a veteris legis instituto: non esse post illius susceptionem subeundum coniugium. quoniam non eadem impendet hic, sicut prius: necessitas. Hanc autem rationem, Arator poeta Christianus, in eo opere quo Actus apostolorũ carmine contexit: hoc modo eleganter & grauiter insinuat.

Arator. Ecclesiæ nunc alma fides: sine fine pudicos
Pontifices iubet esse suos. & quærit in omni
Cauta tribu, quos rite probet: nec sanguinis iste,
Sed meriti successus erit.

Hebræ. 7 ¶Preterea. sicut translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat, 2
teste apostolo in epistola ad Hebræos: ita e diuerso trãslata lege, necesse est vt etiam sacerdotij fiat translatio. In antiqua autem lege sacerdotiũ, quod erat ad pecorum carnes & sanguinem offerendum: sacerdotium erat secundum carnem. In noua igitur lege, vbi sacri corporis & sangui-

nis dominici fit oblatio:necesse est sacerdotiū esse secundum spiritū, pro qualitate scilicet meritorū & vitæ probitate. Quod autem secundum spiritum esse debet:quomodo postea recte miscebitur carni,& ad coniugale deputabitur officium? Repugnat certe idipsum dignitati sacerdo-
3 tij euāgelici:ꝙ illi iam suscepto superinducatur coniugium. ¶Insuper, secundū euangelicam sententiam,nemo mittens manum ad aratrum & Lucæ.9
aspiciens retro:aptus est regno dei. At qui sacro altaris ministerio se dedicat:manum mittit ad aratrum diuini obsequij,in puritate corporis & animæ exercendi. Qui vero postea ad coniugale se traducit consortiū: aspicit retro,cum vxore Loth. Nam ab officio vitam spiritualem expe- Gene.19
scente transit ad carnem:a sublimiore sacramento ad demissius,& inferiore constitutum loco.atq; cum spiritu cœperit:carne consummatur. Non est igitur ille,aptus regno dei:& ob hanc retrogressionem,merito
4 vituperari debet. ¶Rursum,sacerdotes Leuitici generis pro tempore sui ministerij,relicta domo & vxoris contubernio, versabantur in templo:& morabantur illic in continentia vsq; ad officij sui expletionē.quo consummato:reuertebantur in domum suam, illiusq; curam gerebant. quemadmodū ex Lucæ primo capite : de Zacharia prius est adductū. Lucæ.1
Huiusmodi autem sequestratio eorū ab vxoribus tēpore ministerij altaris:diuino(vt credere dignum est) fiebat præcepto.cū legamus in Leuitico Aaron & filios eius postq̄ consecrati fuerunt in sacerdotes: totos Leuiti.8
septem dies ita in tabernaculo diuersatos esse. Euangelicæ autē legis sacerdos,quotidianum debet deo impendere ministeriū atq; continuum: aut hostiam salutarem offerendo,aut alia sacramēta fidelibus ministrā do,pro sui officij qualitate. Debet igitur & ipse,semper a coniugali cōsortio esse disseparatus : vt iugiter in templo ministret. Idipsum autem quomodo præstabit:si post sui ordinationē implicet se coniugio, & in-
5 extricabili eius vinculo se constringat? ¶Ad hæc, Diuina fuerat sanctione decretum, panes propositionis a quopiam mādueari non posse: nisi a mulierum esset contubernio alienus. Alioqui id Achimelech non 1.regū.21.
proposuisset ipsi Dauid & socijs eius:neq; pro suo arbitratu confinxisset,illos panes sanctos manducari non posse nisi ab ijs:qui a fœminarū consortio essent sequestrati. Igitur qui panem illum sanctum & viuum Ioan.6
qui de cælo descendit sunt manducaturi, & fere quotidie ad eū manducandum parati:nonne potiore ratione & diuino etiam iure,debēt a mulierum commercio semper esse seiugati? Qui autem præstare id queant: si postquam altaris officio se addixerunt, subeant graue iugum coniu-
6 gij? Est igitur illud:diuino iuri penitus aduersum. ¶Adde ꝙ beatus Paulus fidelibus vxorio alligatis vinculo salutare præbet documentū: 1.corin.7
ꝙ vt intentius vacent orationi,eamq; puriore effundant animo coram deo,abstineant ad tempus ab officio coniugali. Recto igitur consequio id efficitur, ꝙ astrictus ratione sui officij ad quotidianas & continuas

deo fundendas orationes, semper debet a consortio & vsu coniugij abstinere: quo syncærius oret deum, & exaudiatur pro toto populo. Sacerdos igitur (cuius est munus: assiduas deo preces offerre) nonne ex illo sacro Pauli præcepto adigitur diuino iure: ne quippiam superinducat, quod hanc orationis syncæritatem impediat, & per cōsequens: ne vxorio se postea vinculo constringat? ¶ Confirmat autem hanc rationē sa- 7
cer Ambrosius: in expositione tertij capitis primæ ad Timothæum epi-
Ambrosi9. stolæ dicens. Si plebis hominibus orationis causa ad tempus abstinere se, præcipit apostolus vt vacent orationi: quanto magis leuitis aut sacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe sibi commissa oportet orare. Mundiores ergo esse debent cæteris: quia actores dei sunt. ¶ Astipulatur ei- 8
Hieronym9 in Iouinianum. dem & Hieronymus in primo libro contra Iouinianum: dicens. Sed & hoc inferendum. si laicus & quicunq; fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali: sacerdoti (cui semper pro officio offerenda sunt sacrificia) semper orandum est, ergo semper carēdum matrimonio. Nam & in veteri lege qui pro populo hostias offerebant: non solū in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus, ab vxoribus separati. & vinū & siceram non bibebant: quæ solent libidinē prouocare. Rursum idem sacer author in epistola ad Pammachium: eandem cōprobat sententiam
Idē ad Pāmachium. dicens. Ecce perspicue nuptias diximus concedi in euangelio: sed tamen easdem in suo officio permanentes, præmia castitatis capere non posse. Quod si indigne accipiunt mariti: non mihi irascantur, sed scripturis sanctis. immo episcopis, presbyteris, & diaconibus, in vniuerso choro sacerdotali & Leuitico: qui se nouerūt hostias offerre non posse, si operi
Idē ad eūdem. seruiant coniugali. ¶ Demum in calce eiusdem epistolæ subinfert. Igitur (vt dicere cœperamus) CHRISTVS & virgo MARIA: vtriusq; sexus, virginitatis dedicauere principia. Apostoli, vel virgines: vel post nuptias, continentes. Episcopi, presbyteri, diacones: aut virgines eliguntur, aut vidui, aut post consecrationem in æternum pudici. Hæc ille. Quomodo igitur poterunt sacri illi ministri: post sui consecrationem ad altaris officium, ducere vxores? Et ne fiam hic in citandis sacris authoribus prolixior ęquo: quotquot eorum, aut ante iam adducti sunt, aut in pręsenti adducuntur loco, aut postea adducentur: vno clamant ore & ex diuina pagina deducunt, ministros ecclesiæ post sui ad sacra officia ordinationem, ad nuptias se conferre non posse. ¶ Demum qui altaris mi- 9
nisterium rite satagit exercere: debet a mundi solicitudine alienus esse, & solum cogitare quæ dei sunt, & quomodo placeat deo. Si enim vo-
1. corin. 7 luit Paulus Corinthios omnes sine solicitudine esse: quomodo non magis ecclesiæ ministros? Qui autem alligatus est vxori: angitur solicitudine rerum huius mundi, quomodo placeat vxori, quomodo familiam & liberos educet, & diuisus est: vt supra ex Paulo est adductum. Non igitur decet eum qui sacro altaris ministerio se mancipauit, & liber est

curis huius mūdi:alligare ſe poſtea rei vxoriæ,& grauibus cõiugij mo
leſtijs ſe intricare, quibus deinde explicari nequeat. Q̄ graues autem
ſunt illæ moleſtiæ coniugales: atteſtatur ſacer antiſtes Ambroſius,expo
nens locum illum apoſtoli in prima ad Corinthios epiſtola, modo ad-
ductū. Volo autē vos omnes ſine ſolicitudine eſſe. Diminuta (inquit) Ambroſius
ſolicitudine ſeculi:in dei rebus propenſius vigilatur. Quomodo autem
ſine ſolicitudine ſimus:oſtendit dicens. Qui ſine vxore eſt:cogitat quæ 1 corin.7
domini ſunt. Amputata enim ſolicitudine rei vxoriæ, quæ in mundo
ſola cæteris grauior eſt: ad deum promerendum animus eruditur. Si
tamen hac ſpe animus his moleſtijs ſe exuat: vt domino magis ſeruiat.
Hæc ille. Vnde & beatus Auguſtinus in libro de hæreſibus refert de Auguſtinus
Iouiniano, q̄ quis nuptiarum eſſet prædicator & virginitatis extenua-
tor: noluit tamen coniugij vinculo ſe implicare,ne illius pateretur mole
ſtias & angores. Neſcio plane,an Lutherus eius aſſectator eadē ſit ra-
tione deterritus a re vxoria: ad quam tamen alios impellit. more piſto-
rum qui panes coquendos in clibanum mittūt:eos tamen non ſubſequū
10 tur nec clibanū ſubeunt. ¶ Sed quid eum a cõiugio deterritū dixi? Ecce
iam vxorem (ſi vera eſt quæ apud nos fama percrebruit) duxit Luthe-
rus, & monialem quidē profeſſione priori: ſed nunc reiecto quod acce-
perat ſacro velo,rurſum laicam. Et ita ſacrilegio addidit ſacrilegiū: atq;
quod alios nequiter edocuit,a religione ſcilicet & voto caſtitatis apoſta-
ſiā,opere etiam compleuit:factus & verbo pariter & exemplo animarū
enecator ac perditor. Verum quis non demiretur eundē vſqueadeo da-
tum eſſe in reprobum ſenſum:vt locū in ipſo videatur habere illud Sa-
pientis dictum. Impius cū in profundum venerit peccatorū:cõtemnit, Prouer.18
ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. Nimirū eſſe verum de-
prehenditur vel vnius Lutheri facto,quod pleriſq; in locis atteſtatur ſa
cer Hieronymus: hæreticos ſcilicet raro caſtos eſſe & cõtinentes. Enim- Hierony-
uero in expoſitione tertij capitis Hieremiæ:dicit. Omnis hæreticus ha- mus.
bitat in aquilone,& calorem fidei perdidit:nec audire poteſt illud apo-
ſtoli. Spiritu feruentes. Et quia ſe voluptatibus tradidit:receſſit a domi- Roma.12
no,& diſperſit vias ſuas alienis dogmatibus,& voluptatem ſecutus eſt.
Nulla enim hæreſis niſi propter gulam ventremq; conſtruitur:vt ſedu- 2.timo.3.
cat mulierculas oneratas peccatis. Rurſum in explanatione viceſimiter
tij capitis eiuſdem prophetæ:idem ait. Contemplemur hæreticos,quo-
modo ſemel deſperantes ſalutem:gulæ ſe tradant & delitijs,veſcātur car
nibus,frequentes adeant balneas:muſco fragrent, vnguentis varijs de-
libuti quærant corporum pulchritudinem. Semel enim futura non ſpe-
rant:neq; credunt in reſurrectionem. Quod cum ſermone non pandant:
oſtendunt operibus. Si enim crederent:iſta non facerent. Præterea idem
ſacratus author in commentarijs ſuis ſuper Oſee prophetam, eandem Hierony-
comprobat ſententiam:in ſeptimi capitis eiuſdem prophetę explicatio- mus.

Psalmo. 6 ne, ita de hæreticis loquens. Istiusmodi non possunt dicere. Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratū meum rigabo. sed volutātur in sordibus libidinum, vacant stupris, & quicquid loquuntur & putauerint se in laudem dei dicere: vlulatus luporū & baccharū Hæreticos raro castos esse. insanientium sonitus est. Raro hæreticus diligit castitatem. & quicūq; amare pudicitiam se simulant, vt Manicheus & Marcion, & Arrius & Tatianus, & instauratores veteris heręseos: venenato ore mella promittunt. Ephe. 5. cæterum iuxta apostolum, quæ secrete agunt: turpe est dicere. Demum in noni capitis Osee prophetæ elucidatione: idem inquit. Difficile est hęreticum reperire: qui diligat castitatem. non ꝙ eam præferre desistat in labijs: sed ꝙ non seruet in conscientia: aliud loquens & aliud faciens. Vnde & abalienati sunt a deo: & habent gloriam in confusionem suam. Hæc Hieronymus. Quæ omnia ipsi Luthero competere: ex operum ipsius testimonio conditioneq; vitę, vel apertissime constat. Sed de his, hactenus. Nunc cœptum repetatur iter. ¶Porro has partes, quas 11
rationibus modo positis vtcunq; muniuimus: præclare tutatur venerādus pater, doctrina sacra religionisq; cādore eximius, Thomas Vvalden, Thomas Vvalden. in libro suo de sacramētis: capite centesimo vicesimonono, & proxime sequente. necnon in libro suo de sacramentalibus: capite sexagesimo sexto & continuo subsequente. In quibus locis, contra Viclefum, Lutheri in prauis dogmatibus ducē ac præceptorem, ostēdit multifariam: id ex diuino pēdere iure atq; deduci, ꝙ ministri ecclesiastici post sui consecrationē non ineāt fœdera cōnubij. ita in cētesimo tricesimo capite sui libri de sacramētis: rem propositā expromens & subinferēs. Nullus ergo contēnat hoc ecclesiæ de clericali castitate decretū: tanq̄ humanū penitus. sed sciat euangelicū esse: & a legis necessitate descendēs, apostolicū institutū. sicut in decreto. Leo papa semper insinuat, & omnes pene quos hic recēsui: de apostoli Pauli mēte hoc exponūt, cū conformitate decreti legis antiquæ. Hęc ille: & cætera, quæ in eandē sententiā deinceps prosequitur. Hoc autem postremum, dictum volui: ne sine teste loquens crederer propria adinuētione iam discussam propositionem asseruisse, primusve fuisse rei illius author.

¶Legi etiam naturali consonum esse: ꝙ ministri ecclesiæ iam ordinati non ducant vxores. idem quoq;: summorum pōtificum & sacrorum conciliorum decretis esse stabilitum. Cap. V.

SEd nunc ad vlteriora progrediamur, & monstremus cælibatum ministrorum ecclesiæ, quo post susceptos sacros ordines prohibentur a nuptijs cōtrahendis: iuri etiam naturali esse conformem. ¶Ordo siquidem 1
naturæ est: vt ab imperfectioribus ad perfectiora fiat progressio, in successiua rerum acquisitione. recusatq; optima illa parens rerū, a suo opifice summo sic instituta, a perfectiori-

bus ad imperfectiora retrogrado quasi gressu ferri atq; relabi. Atqui in sacramentorum ecclesiasticorum serie, ordo sacer maioris habet perfectionis ratione & coditionem: q matrimoniu, haud secus q spiritus carnem anteit. Hoc enim, ad carnalem ordinatur propagatione: ille vero, ad spiritualem. Esset igitur id, quiddam monstro simile in ipso naturæ opificio: quod quis post sacrorum ordinum susceptionem, quasi pedem referes a via spiritus quam est ingressus: matrimoniu inferiore positum
2 gradu cotrahat, & ad via carnis se transferat. ¶Præterea. Id natura exposcit & recta ratio: q legis sacratioris & in qua excelletius offeredum est sacrificiu, sanctiores sint & ministri. Debent enim illi æquo rationis iudicio conformari rei ipsi: cui exhibet ministeriu. Lex aute noua, omnium confessione & sine vllius reclamatione, perfectior est lege veteri: sicut exeplar sua imagine, veritas figura, & corpus sua vmbra. Aequum est igitur, & ministros nouæ legis, mundiores esse: q fuerint antiqui ritus ministri. Atqui in veteri lege iubentur ministri sine macula esse corporis: seipsos sanctificare, lauare vestimenta sua, abluere manus & pedes suos in labio æneo: cum immolaturi essent pecudu carnes & adipe, hostiarumq; carnaliu sanguinem effusuri. Igitur euangelicæ legis ministri syncæriore debent effulgere munditia, corporis scilicet & animi, sed interiore & spirituali: cum accedunt sacru altare immolaturi hostiam illam sacratissimam, quæ cælo & terra est sublimior, omnisq; puritatis & munditiæ fons exuberantissimus. Hunc autem munditiæ candorem quomodo sibi coparabut: si post munus ecclesiastici ministerij susceptu, coniugij vinculo se astringant? in quo & coniugale officium reddedum est vxori, & si velit quis cotinentiam seruare: citra cosensum vxoris non possit. Vsus autem connubij, etsi peccati plærunq; sit expers: corpus tamen labefactat, & animum quoquo pacto deprimit, neq; sinit homine ad omnimodu puritatis candorem, qui sancta sanctorum contrectada
3 deceat, peruenire. ¶Rursum, Id naturalis edocet ratio: regi ac principi non immundis esse aut sordidis vestibus ministrandum, sed quanto augustioris est authoritatis ipse dominus: tanto nitidioribus esse culti vestibus debent ministri. Exploderetur certe aula regia & fustibus cæderetur: siquis postq admissus est in regis obsequiu splédido vestitus amictu, postea populare sumeret & plebeium vestimentum, commune quidem & mediocre, quo indutus: regio sese offerret conspectui. Ipsius igitur regis regum & domini dominantium: quales decet esse ministros? nonne stolis animi candidis amictos: & nitida puritatis veste decoros? vt consimilem ferat habitum ei quo dominus eorum adornatus est: puritatisq; eius insignia gestent. Atqui nuptiarum vsus, haud dubie corpus quodam modo reddit sordidatu: & animum etiam nebula quada infectat atq; obnubilat, quæ pulchritudinem eius quoquo pacto decolorat. Quomodo igitur qui in puritate virginali accessit altaris ministe-

Leuiti. 21

Exodi. 30

Iure naturali continentiam probari sacerdotalem.

rium:postea reiecta illa veste candida, ad nuptias se traducet? Hoc certe nō decet maiestatē eius: cuius famulitio se addixit. ℂAdde, ꝙ si cui 4
naturalem solum legem edocto & recte rationis iudicium sequenti, declararetur ministerium sacerdotale: quod in sacro exercetur altari, vtpote ꝙ sanctissimum domini nostri corpus & sanguinem, verbis ipsius CHRISTI consecrat sacerdos: & consecratum deinde sumit. ꝙ itidem illic tanq̄ publicus ecclesiæ minister: pro toto orat populo Christiano. Vbi horum mysteriorum altitudinem & magnitudinem rudi quadam institutione perciperet: indice sola rationis rectitudine censeret indignū & incongruēs, ꝙ quispiam post huius ministerij professionē: nuptiali se copulæ sociaret. Siquidem indicaret iudecens esse, tam sanctā & immaculatam hostiam illis contrectari manibus: quæ soleant coniugales admittere contactus, postq̄ tam sublimi officio sunt consecratæ. Est igitur illud magno argumento, iuris etiam naturalis esse, innitentis diuino iuri iam ostenso: ꝙ sacri altaris ministri post acceptam ecclesiasticæ sortis ordinationem non se transferant ad nuptias. ℂDemum tertio loco ad 5
solidiorem huiusce rei comprobationem: non fuerit inutile, etiā humanum ius in medium afferre, decreta scilicet ecclesiastica summorum pontificum & conciliorum. Et primum Calixtus primus (qui floruit circa annum domini ducentesimum decimūoctauum) mira sanctitate & glorioso martyrij tropheo insignis: sanctionem constituit, quę decretorum libro inseritur, vicesimaseptima distinctione cap. presbyteris. in hūc modum. Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus & monachis: concubinas habere seu matrimonia cōtrahere, penitus interdicimus. cōtracta quoq; matrimonia ab huiusmodi personis: disiungi, & personas ad pœnitentiam redigi debere: iuxta sacrorum canonum definitionem iudicamus. Hæc ibi. In quibus verbis, dilucidum est: eundem sanctū patrem prohibere ministris ecclesiasticis aut monachis, ne post susceptam ordinationem sacram aut professionē monasticam, ducant vxores. Et si post acceptionem sacrorum ordinum aut professionis cœnobiticę subeant fœdera connubialia cum vxoribus, quas tunc primum ducant: iubet ipse Calixtus illa haberi irrita dirimiq; debere, vt sacris canonibus contraria. Ex quo non leuis sumitur coniectura, idem decretum de nuptijs non contrahendis a ministris ecclesiæ, postq̄ diuino cultui sunt cōsecrati: ante Calixti tempora fuisse constitutum. Sed quoniam inuenti fuere nonnulli, illius canonis præuaricatores: opus fuit eandem sanctionem denuo decernere, & agrum domini cum renascentibus vrticis repurgare.

Calixt⁹ primus.

ℂConsonat autem huic Calixti decreto: & hæc synodi Cæsariensis cōstitutio. Presbyter qui vxorem duxerit: ab ordine suo illum deponi debere statuimus. Q̄ꝫ si fornicatus fuerit vel adulterium commiserit: extra ecclesiam abijciatur & pœnitentiam agat. In concilio quoq; Meldensi constitutum est, neminem ad sacrum ordinem admittendū: nisi qui aut 6

Decretū synodi Cesariensis.

ſit virgo, aut probatæ caſtitatis, & qui vſq; ad ſubdiaconatum: vnicam & virginem, vxorem habuerit. Quibus ſane verbis inſinuat illa ſynodus: poſt ſubdiaconatum non poſſe vxorem primum duci, & poſtq̄ ad ſacros ordines quiſpiam eſt admiſſus, eundem non poſſe poſtea ſocietatem nuptialē contrahere. Rurſum in concilio Toletano ſecundo: id ſancitū eſt. Ad diaconatum acceſſuri: cōtinentiam profiteātur. Et in quinto eiuſdem loci concilio: hoc ſtatuitur. Quando preſbyteri & diaconi per parochias conſtituuntur: oportet eos profeſſionē epiſcopo ſuo facere, vt caſte & pure viuant ſub timore dei. Cū hac autem profeſſione continentiæ, quam ambo cōcilia Toletana hic citata dicunt eſſe faciendam a diaconis & preſbyteris in ſui ordinatione: quomodo ſtare poſſent nuptiæ quas poſtea contraherent? Demum in concilio Neocæſarienſi: legitur hic canon conſtitutus. Preſbyter ſi vxorem duxerit: ab ordine deponatur. Ex quibus ſacroſanctis ſynodis modo adductis: & compluribus alijs, vt breuitati cōſulatur, hic prætermiſſis: manifeſtum eſt, prohibitas

Decretū cōcilij Toletani.

7 eſſe miniſtris eccleſiæ interdictaſq; nuptias, poſt ſui cōſecrationē. ❡Quod ſi hic inſiſtat quiſpiam, illam eſſe humanam conſtitutionem & ab hominibus latam: quæ miniſtris ſacris iam diuino altari dedicatis nuptias contrahendas interdicit, poſtq̄ ſummorum pontificum & ſynodorum decreto eſt ſancita. & proinde anteq̄ ab eis ferretur: ipſam non habuiſſe vim obligatoriam. Non igitur ab initio naſcentis eccleſię, locum habuit aut robur illa ſanctio: neq; diuini iuris aut naturalis eſſe conuincitur. ❡Adhibenda illi eſt reſponſio, humanam quidem eſſe illam ſanctionem: ſed diuini iuris pariter & naturalis declaratoriam & explicatiuā. quēadmodum in hoc capite & præcedente: id diffuſe eſt demonſtratum. Proinde non tantum humana debet appellari ea conſtitutio: ſed & diuina, ex veteris & noui teſtamenti ſcriptura haud obſcure deducta. Id-

Obiectionis diſſolutio.

8 circo a legis euangelicæ exordio: ſemper ipſa fuit obligatoria. ❡Et ſi rurſum quis inſurgat. Si ita ſe habet res vt diuini iuris ſit ea ſanctio, & vim obligatoriam ab initio legis euangelicæ ſortita: quid opus fuit illi ſuperaddere humanam conſtitutionem, longo poſt tempore in concilijs decretam? ❡Satiſfaciendum eſt illi, eam ob cauſam eſſe ſuperadditam ſanctionem humanā, idem decernentem: q deprehenſi ſunt diuerſis temporibus plæriq;, illius diuino & naturali iure firmatæ legis trāſgreſſores. Ob quorum frenandam audaciam, neceſſarium fuit innouare ſæpius eandem legē: declaratoria diuini iuris ordinatione pontificia aut ſynodali. vt frequenti ea promulgatione innoteſceret demū hominibus:

Alteriꝰ obiectionis dilutio.

9 quod ſemper fuerat diuina & naturali ſanctione ratum. ❡Vnde non ſatis demirari poſſum effrenem Lutheri, ſuorumq; aſſectatorū inſolentiam: qui non erubeſcunt peſtiferis ſuis ſcriptis & exemplis, ſacros altaris miniſtros etiam ſacerdotali inſignitos gradu, ad coniugium ſubeundum inducere. quod omni iure, diuino naturali & humano: monſtratū

eſt eſſe prohibitum.quodq̧ ab initio coruſcationis euangelicæ,nunquã
a quopiam Chriſtianę legis obſeruãte viro,ſyncæręq̧ pietatis ſtudioſo:
legitur fuiſſe factitatum.ſed ab ijs tantũmodo,qui dei timore poſtpoſi=
to,venenoſis hæreticorũ ſuaſionibus aures ſuas patefecerũt: illorũq̧ ſe=
ducti pernicioſis erroribus, eccleſiaſticas leges conculcarunt & peſſum
dederunt.At horum non ſunt imitanda nobis exempla.

¶Tempore apoſtolorum & primitiuæ eccleſiæ, adhuc non fuiſſe
poſitam legem obligatoriam ſacerdotibus,ante ſui cõſecrationẽ
coniugatis:de perpetua continentia. Cap.VI.

Porro hæc omnia, præſertim quæ in tertio capite di= 1
cta ſunt de apoſtolis,a ſuis vxoribus diſſeparatis:nõ
eo tendere putentur, q̄ aſſerere velim,in principio le
gis euangelicæ indictam fuiſſe ſacerdotibus ante vxo
rio alligatis vinculo,perpetuam obligatoria lege con
tinentiam:aut interdictũ coniugij vſum. Non enim
1.timo.3. me latet dictum illud beati Pauli ad Timotheum. Oportet epiſcopũ
eſſe vnius vxoris virum:filios habentem ſubditos cũ omni caſtitate. Et
paulo poſt:ibidem.Diacones ſint vnius vxoris viri: qui filijs ſuis bene
Titum.1. præſint & ſuis domibus.Similiter idem ad Titum ſcribens,ſiquis (in=
quit)ſine crimine eſt,vnius vxoris vir:filios habens fideles non in accu
ſatione luxurię,aut non ſubditos: hunc decernit epiſcopũ conſtitui de=
Quomodo id intelligẽdum,oportet epiſcopũ eſſe vni9 vxoris virũ. bere. Veruntamen hęc apoſtoli verba ad Timotheum & Titum,modo
citata:non in hunc accipienda ſunt ſenſum,q̄ in ipſo nouellæ plantatio=
nis eccleſiæ tempore nemo aſſumendus eſſet ad epiſcopatum aut diaco=
natum:niſi foret vnius vxoris vir.quem plane ſenſum:nobis aduerſarij
aſſignare moliuntur.Enimuero vt in primo libro contra Iouinianum
Hieronym9 præclare atteſtatur Hieronymus:beatus Ioannes apoſtolus & euange=
liſta,epiſcopus fuit,Epheſinam eccleſiã ſibi creditam ſolicite moderãs.
& tamen virgo electus eſt a domino:& virgo in æuum permanſit.San=
ctus itidem Iacobus frater domini:Hieroſolymorũ fuit epiſcopus.quẽ
tamen vxori fuiſſe coniũctum:neſcio quomodo conuincent aduerſarij.
Actuum.6 Demum beatus Stephanus ab apoſtolis conſtitutus fuit diaconus:cum
cæteris ſex,in idem aſcitis miniſterium.Et tamen eundem,nuptiarum
fuiſſe expertem crediderim:virgineoq̧ adornatum candore. propter il=
lud de eo dictum in actibus apoſtolicis : cum a ſubdolis accuſatoribus
Ibidem. vocatus eſſet in concilium coram principe ſacerdotum. Et intendebant
(inquit)in eum omnes qui erant in concilio:& intuebantur vultũ eius,
tanquã vultum angeli ſtantis inter eos. Siquidem illa ſerenitas vultus
eius,angelicam claritatem pręferens:index erat internæ puritatis & cor
poris & animi,qua mirifice effulgebat:virginalemq̧ mũditiam qua eni=
tuit,dilucide monſtrauit.Sed prędictorum apoſtoli verborum: hæc ſa=
na eſt intelligentia.q̄ ſiquis coniugij vinculo obſtrictus in tempore na=

scẽtis ecclesiæ CHRISTI, assumeretur ad episcopatũ aut diaconatum: oporteret illũ vnius tantũ vxoris esse virũ, & nõ bimaritũ aut bigamũ. Nã qui duas duxisset vicissim vxores, & bigamus esset: admitti ex his apostoli verbis ad episcopatũ aut diaconatũ nõ deberet. Ex huiusmodi autem intelligẽtia, quã ibidẽ expetit Paulus: nihil cõtra nos aduersarij possunt moliri. Verũ de prædictorũ apostoli verborũ explicatione: am-
2 plior in sequẽtibus locis fiet sermo. ¶ Vnde circa prima nascẽtis ecclesię tẽpora licuit ijs qui nullas experti fuerãt nuptias, sed cęlibes vixerãt, & deinceps in cælibatu reliquã vitã agere cõstituerãt: ecclesiasticos ordines accipere, altarisq; se addicere ministerio. Quẽadmodũ sancti patres Linus Cletus Clemẽs Anacletus & reliqui circa tẽpora apostolorũ ecclesiã catholicã moderati: perpetuũ seruasse cælibatũ haud absurde credũtur. Licuit secũdo circa eadẽ tẽpora, eos qui prius vxores duxerãt: ecclesiasticũ sortiri gradũ, suasq; relinquere vxores, non quidẽ q̃tũ ad vinculũ aut curã maritalẽ: aut subministrationẽ necessariorũ. sed q̃tũ ad officiũ cõiugale, a quo deinceps penitus abstinebãt: cõsentiẽtibus in eãdẽ cõtinẽtiã eorũ vxoribus. Et tales erãt post suã ad apostolatũ vocationẽ facti apostoli: quẽadmodũ ex Hieronymo prius est patefactũ. Talẽ etiã fuisse crediderim Philippũ euãgelistã, beati Pauli hospitẽ: cui erãt quatuor filiæ virgines prophetãtes. Tertio etiã licitũ fuit circa prima lactẽtis ecclesiæ curricula: eos qui prius sibi asciuerant vxores, ad sacerdotiũ prouehi & ecclesiasticos gradus: suisq; adhęrere vxoribus & cohabitare. nõ solũ q̃tũ ad matrimonij vinculũ & curã domesticã: verũ etiã q̃tũ ad vsũ cõiugij, recta ratione moderatũ. Tũc enim (vt inquit Hieronymus in primo libro cõtra Iouinianũ) in nouello germine leuiora pręcepta dabantur. & quia nec tãti virgines erãt quãti necessarij sacerdotes: ideo sunt ordina-
3 ti mariti. hæc ille. ¶ Et certe nõ expediebat primæ ædificationi ecclesiæ: imponere legẽ cõtinẽtię sacerdotibus, aut illis interdicere vsum cõiugij. ne asperitate aut duritia legis illius deterriti: resilirẽt a munere sacerdotali suscipiẽdo aut ab amplectẽda lege euãgelica. Expectãdũ sane erat tẽpus: quo firmis hęrẽs radicibus ecclesia & solido nixa fundamento, se in altũ attolleret, iã sanctorũ sanguine martyrũ rubricata, inuictaq; ipsorũ fortitudine roborata. quo itidẽ per totũ orbẽ dilatata, & feriationem quandã atq; quietẽ a persecutionibus tyrannorũ nacta: placida trãquillaq; ferretur aura per huius mũdi salũ. & tũc demũ ferenda erat ea lex, sacros altaris ministros ad perpetuũ constringens cælibatum: quod & factum est. In ipso vero nascentis ecclesiæ exortu, commendabatur quidem vt honesta & decens, sacerdotalis continentia: & a plerisq; obseruabatur, spontanea & voluntaria deuotione. non tamen obligatione legis in omnes positę: neq; necessaria cõstrictione. Quoniã & apostolorũ tempore & proxime cõsequentibus illud annis, nõ prohibitus legitur vsus coniugij in vniuersum & lege cõmuni: ijs qui sacri altaris se addixerãt

In primitiua ecclesia, licitam fuisse continentiã sacerdotũ: nõ tamẽ præceptã.

Actuũ. 21

Hieronymus.

Quare non expediebat in prĩcipio: imponere legẽ cõtinentiæ sacerdotibus.

Duæ circa sacerdotum continentiã quæstiones: inter se diuersæ.

ministerio. ¶Porro circa hãc de cõtinẽtia sacerdotũ materiã: duę solent 4
proponi disquisitiones & agitari. Prior quidẽ. Vtrũ post acceptos ordines sacros & ecclesiasticæ sortis professionẽ: possit quispiã vxorẽ ducere. Et huic in proxime antecedẽtibus duobus capitibus assignata est respõsio inficiatoria: id scilicet nequaq̃ fieri licere, nec vnq̃ in euangelicæ legis decursu licuisse cuiq̃. quoniã illud ipsum, diuino iuri necnõ & naturali & humano plane aduersari: multifariã est monstratũ. Posterior vero inquisitio, quasi cõuersa ad priorẽ: est huiusmodi. Vtrũ post inita fœdera nuptialia, possit quisq̃ sacro altaris ministerio seipsũ dedere: per sacrorũ ordinũ susceptionẽ, & cũ vxore manẽs queat susceptũ altaris officiũ rite exercere. Et hęc ab huius capitis pricipio incœpta est discuti: & deinceps continuo ordine vẽtilabitur. Vnde pro primaria eius dissolutione, quæ tanq̃ fundamẽtũ cęteris postea dicẽdis substernatur: id vnũ tenẽdũ est. tẽpore sanctorũ apostolorũ nequaq̃ id illicitũ fuisse, ꝙ quis ante sui cõsecrationẽ vxori legitime cõiũctus: postea susceperit ordines ecclesiasticos. & vxori cohabitãs etiã quãtũ ad officiũ cõiugale: ministeriũ illorũ ordinũ in tẽplo domini exercuerit. queadmodũ & in tertio huius capitis pũcto est modo propositũ. Enimuero circa ipsa ecclesiæ sanctæ incunabula & lactentẽ infantiã, deinde & pueritiã: indulta est ijs qui ante duxerant vxores, facultas suscipiẽdi sacros ordines: & in illis ecclesiasticis officijs tẽplo ministrãdi, simul & cõiugio certis tẽporibus deseruiẽdi. Neq; fuit ipsis, ãte vxorio astrictis vinculo: post susceptũ altaris ministeriũ vetitus matrimonij vsus. quãdoquidẽ huiusmodi ꝓgressio a matrimonio ad sacros ordines: erat quodã modo a carne ad spiritũ, ab inferiore gradu ad sublimiorẽ, & a minore dignitate ad maiorẽ. ¶Proinde siquæ sanctorũ 5
authoritates sonare videtur, ꝙ a principio nouæ legis apostolicisq; tẽporibus obseruata fuerit sacerdotalis cõtinẽtia: id sane dictũ, intelligẽdũ est de obseruatione vltronea & arbitraria, procedẽte ex pio custodiẽtiũ eã affectu: & non ex lege obligatoria, tũc in omnes lata. quoniã eo tẽpore nulla talis legitur fuisse tradita lex. Intelligẽdũ identidẽ est illud sanctorũ patrũ dictũ: in hũc modũ. ꝙ honestũ fuerit, & decẽs sanctitatẽ nouæ legis: ministros tẽpli abdicare se ab officio cõiugali. nõ tamẽ necessariũ per generalẽ legẽ: quæ fuerit tũc in omnes ecclesię ministros sancita. Et certe huiusmodi in multis viris ecclesiasticis obseruatio spõtanea cęlibatus ea tẽpestate: erat quasi præcurrẽs, & antecedẽs atq; prænunciãs legẽ obligatoriam, postea ferẽdã. immo erat & viam sternens atq; præparamẽta disponẽs in cordibus hominũ: vt demũ sãctio õnes cõstringẽs ęderetur. ¶Cõfirmatur autẽ quod modo dictũ est, nõ fuisse scilicet sa- 6
cerdotes necessitate cõstrictos ad cõtinẽtiæ obseruãtiã circa prima ecclesiæ tẽpora: per id quod legitur in canonibus apostolorũ, & adducitur in libro decretorũ, distinc. vicesima octaua. cap. siquis docuerit. in hãc formã. Siquis docuerit sacerdotẽ sub obtẽtu religionis propriã vxorẽ cõtẽ-

Quomodo a principio nouæ legis: est obseruata sacerdotũ cõtinẽtia

Ex canonibus apostolorum: decretum.

nere:anathema sit. Inter canones autē apostolorū:hic sexto ponitur loco in hūc modū. Episcopus aut presbyter vxorem propriā nequaq̄ sub obtētu religionis abijciat. Si vero reiecerit:excōmunicetur. sed si perseuerauerit:abijciatur. Ecce tēpore cōstitutionis illius canonis, licuit sacerdoti habere vxorē:ante cōsecrationis tēpora ductā. quā iubebatur nō reijcere nec contēnere:quare officium coniugale illi exposcenti debuit exhibere.

¶ Vltra Niceni & Gāgrēsis cōcilij tēpora: sacerdotibus fuisse indulta cōnubia āte cōsecrationē cōtracta, pariter & officiū cōiugale. Cap. VII.

1 HViusmodi vero facultas exhibēdi cōiugale officiū vxoribus ante sacrorū ordinū susceptionē ductis: concessa dinoscitur fuisse sacerdotibus vsq; ad Niceni cōcilij tēpora, & amplius. Data nihilo minus facultate ijs qui cælibatū vellēt obseruare: illū sine fœdere cōnubiali voluntaria deuotione capessendi. Nēpe vt refert historia tripartita libro secūdo, cap. decimoquarto: cū synodus Nicena sanctionē cōstituere proponeret, qua sacris insigniti ordinibus astringerentur abstinere ab officio cōiugali exhibēdo vxoribus suis, ante consecrationē ductis: Pānutius, venerabilis Christianæ fidei cōfessor, dissuasit cōcilio talis legis cōstitutionē. Cuius sentētiā approbarūt patres ipsius synodi: & nihil tūc super ea re statuerūt. Quod in volumine decretorū, tricesima prima distinctione, cap. Nicena synodus. ita ex prædicta historia refertur. Nicena synodus volēs corrigere hominū vitā in ecclesijs cōmorantiū: posuit leges quas canones vocamus. In quorū tractatu videbatur aliquibus introducere legē: vt episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, cū cōiugibus quas ante consecrationē duxerāt: non dormirēt. Surgēs autē Pānutius cōfessor, cōtradixit: honorabiles cōfessus nuptias, & castitatē dicēs esse cū propria cōiuge cōcubitū. Suasit itaq; cōcilio ne talē poneret legē: grauē esse asserēs causam, quę aut ipsis aut eorū cōiugalibus occasio fornicationis existeret. Et hoc quidē Pānutius, licet nuptiarū esset inexpertus: exposuit. synodusq; laudauit sētētiā eius, & nihil ex hac parte sāciuit: sed hoc in vniuscuiusq; volūtate, nō necessitate permisit. Hæc ibi. Ex quibus aperte liquet, illius celeberrimę synodi tēpore indultum fuisse sacerdotibus adhuc cōiugij vinculū: pariter & vsum. Si enim prius fuisset per legē obligatoriā adēptus sacerdotibus vsus cōiugalis cū suis vxoribus, & huiusmodi lex ante Niceni cōcilij tēpora moribus vtentiū fuisset approbata: quid moliti fuissēt patres illi orthodoxi legē illā introducere, quę iāpridē robur & vigorē obtinuisset? 2 ¶ Neq; ijs quæ modo proposita sunt, obuiat ille canon: qui inter viginti canones cōcilij Niceni ponitur tertius, hoc modo. Omnibus modis interdixit sācta synodus: neq; episcopo, neq; presbytero, neq; diacono, neq; vlli clericorū ōnino, licere habere secū mulierē extraneā: nisi forte mater aut soror, aut auia, aut amita vel matertera sit. In his nāq; solis personis & harū similibus, ōnis quę ex mulierib⁹ est, suspitio declinaṫ. Qui autē pręter hęc agit: periclita

Pannutius.

Ex actis Nicenę synodi

Obiectionis dissolutio.

Quid per extraneam mulierẽ est intelligẽdũ.

tur de clero. hæc ibi. Nẽpe extraneã mulierẽ vocat ibidẽ sãcta synodus: quę fœdere nuptiali nõ est clerico cõiuncta, sed extra leges cõiugij cũ eo cõstituta. Quę enim alligata illi est cõnubiali vĩculo: quomodo extranea iure dici poterit? cũ sint duo in carne vna: & ita nõ duo sũt (vt inquit do minus in euãgelio) sed vna caro. Itaq; prędicti canonis sãctione prohibet sacrosãcta synodus cohabitationẽ mulieris (quę neq; cõiunx est: nec propinqua sãguinis necessitudine, iũcta) cũ clerico: qui posset per domesticũ huiusmodi cõtubernium pertrahi in ruinã peccati, aut sinistrã de se suspitionẽ alijs ingerere. quorũ vtrũq; sũmopere fugiẽdũ est. De prohibitione vero cohabitationis vxoris, a clerico ante cõsecrationẽ ductæ, quiq; post nuptias cõtractas sacris ordinibus initiatus fuerit: nulla illic fit mẽtio. Neq; decreuit illo canone cõciliũ: illã cohabitationẽ clerici cũ sua vxore (quæ tũc licita fuit & honesta) interdicere. ¶Quod & alio cõuincitur 3
argumẽto. Nã Syritius lõgo satis tẽpore post conciliũ Nicenũ summus põtifex, suo decreto definiẽs illegitimã esse cohabitationẽ quarũuis fœminarũ cũ clericis: ait. Fœminas nõ alias esse patimur in domibus clericorũ: nisi eas tantũ, quas propter solas necessitudinũ causas, habitare cũ ijsdẽ, synodus Nicena permisit. Et adducitur ea Syritij sanctio: in decretis, distinc. octogesima prima, cap. fœminas. Atqui ipse Syritius omnino vetuit sacerdotibus ne cõiuges haberẽt: sed cõtinẽtes & cælibes viuerẽt, vt in proxime sequẽte capite fiet latior super ea re declaratio. Signũ est igitur, & synodũ Nicenã in prædicto canone prohibẽte cohabitationẽ clericorũ cũ mulieribus: nõ de cõiugibus sacerdotũ loqui, sed tãtũ de subintroductis & exteris mulieribus: nullã cõiugij societatẽ cũ clericis, habẽtibus. ¶Cæterũ vt ad vlteriora progrediatur tẽpora sermo noster: 4
in cõcilio quoq; Gãgrẽsi (quod Nicenã synodũ fuisse subsecutũ traditur) sacerdotibus cũ ministerio altaris indulta fuisse cõnubia, etiã quãtum ad officiũ cõiugale, quæ ante sacrorũ ordinũ susceptionẽ fuerãt cõtracta: nõ obscure deprehẽditur. Siquidẽ cõtra improbos illius tẽporis dogmatistas errorũq; magistros (qui inter cætera sua deliramẽta oblatrarunt, sacerdotes qui matrimonia subierãt sperni debere: nec sacramẽta quæ ab eis cõficiuntur, attingẽda esse) decretus est iste canon: inter vnũ & viginti illius cõcilij canones, quartus. Siquis discernit presbyterum cõiugatũ, tanq̃ occasione nuptiarũ offerre nõ debeat, & ab eius oblatione ideo se abstineat: anathema sit. Quid autẽ opus fuisset illic de sacerdote cõiugato facere mẽtionẽ ac sermonẽ, & de ipsius sacrificio nõ cõtẽnendo: si tũ non licuisset sacerdoti habere cõiugẽ, quã ante consecrationẽ duxerat? Manifestũ est igitur: aliquãto etiã tẽpore post Nicenũ cõciliũ ijsdẽ viris ecclesiasticis simul cõuenisse matrimoniũ prius cõtractũ & sacrorũ ordinũ administrationẽ, atq; gradũ postea susceptũ. ¶Neq; audiẽdi 5
sũt, qui dicerẽt illud Gãgrẽsis cõcilij decretũ intelligi de sacerdote, cõiugato q̃tum ad vinculũ: quo alligatus est vxori anteq̃ ordinaretur. nõ tamẽ iã cõiugato quãtũ ad officiũ matrimonij, quod cũ primũ cõsecratus

Matth. 19.

Syritii decretum.

Canon cõcilij Gãgrẽsis

Cauillatiõis dilutio.

est,omnino reliquerit:ex ipsius vxoris simul continẽtiam professę cõsensu. Quare ex huiusmodi canone contẽderent non posse cõuinci:quod tẽpore illius cõcilij sacerdotes adhuc suis cohabitarint vxoribus, quantũ ad ipsius vsum coniugij. Quoniã si in prædicto canone diceretur sacerdos solum cõiugatus,qui vxorẽ quidem duxerit sed officiũ dimiserit coniugij:quid causæ haberẽt hęretici aut possent obtẽderę,quod astruant illũ esse spernendũ aut eius sacrificia non attingẽda?cũ nihil ille differat ferme a sacerdote nunquam coniugato:perpetuũque seruante cælibatũ. immo difficilius & magis arduũ præstet virtutis opus,quod iam nuptias expertus & alligatus vxorio vinculo:ab vsu cõiugij se deinceps illabefacte contineat. At vero hæretici quos Gangrẽse dãnauit & cõpescuit conciliũ, nuptijs maxime infensi:potissimũ eas improbabãt ob actũ coniugalem, quem semper cõtendebãt esse peccatũ. & proinde spernendũ esse sacerdotẽ coniugatũ dicebãt, eiusque sacrificia non esse attingẽda:quoniã interdũ vxori cõiugale exhiberet officiũ. Quare de cõiugato sacerdote non solũ quo ad vinculũ, sed etiã quo ad coniugalis officij vsum:prędictus canon intelligẽdus est. & ex eo validũ sumitur argumentũ:ea tẽpestate sacerdotibus licita fuisse cõiugia ante cõtracta,etiã quãtũ ad eorũ vsum.

Concilium Gangrense contra damnantes connubia.

6 ¶ Cõ simili quoque modo respondendũ est cauillationi:quã quis obiectare posset canoni illi apostolorũ,in præcedẽte capite adducto. qui decernit episcopũ & presbyterũ,propriã vxorẽ sub obtentu religionis nequaquam abijcere debere. Hic enim canon(diceret:quærẽtes subterfugiũ)intelligitur de vxore nequaquam abijciẽda quantũ ad curã ipsius gerendã:& subministrationẽ bonorũ illi impartiendã,etiã post susceptũ sacerdotiũ & episcopatũ. quoniã quantũ ad vinculũ cõiugij,manet illi semper obstrictus:& ergo ad eã honeste educandã perpetuo obnoxius. Nõ autẽ intelligitur (adijcerẽt)prædictus canon apostolorũ de vxore nequaquam abijcienda ab episcopo aut sacerdote:quantũ ad officij cõiugalis exhibitionẽ. quoniam postquam sacris initiati sunt ij qui prius fuerũt mariti,& adhuc manẽt quãtũ ad vinculũ:recte(dicerẽt)faciũt,si sic vxores abijciãt,relinquẽdo deinceps officiũ maritale,& perpetuo ab illis se cõtinẽdo. Quocirca ex eo canone nõ recte(inquiũt)colligitur tẽpore apostolorũ licitus fuisse vsus cõiugij cũ vxoribus:ante consecrationẽ ductis.

Alterius cauilli solutio

7 ¶ Verũ huiusmodi cauillatoribus assignãda est respõsio:prædictũ canonẽ,vtrũque modũ abijciẽdi vxorẽ iã explicatũ prohibere: & quãtũ ad gerẽdã eius curã, & quantũ ad exhibẽdũ petẽti cõiugale debitũ. quoniã vterque vitiosus est:& merito improbãdus. De priore quidẽ modo abijciẽdi,quod dãnandus sit:nemine hęsitare crediderim. De posteriore vero:idẽ sic ostẽditur. quoniã si tẽpore apostolorũ quispiã vxori cõiũctus cõsecrabatur sacerdos aut episcopus,& cõtinẽtiã deinceps profitebatur cõsensu vxoris,perpetuę etiã cõtinẽtiæ tũc se deuouentis:si huiusmodi sacerdos postea omnino reliquit officiũ cõiugale,nõ abiecit idcirco vxorẽ iuxta hũc secũdũ modũ. quo-

Recta canonis apostolorũ intelligentia.

niã ipſa per ſpõtaneã cõtinentiæ profeſſionẽ cũ viro ſuo factã: abdicauit a ſe ius exigẽdi illius officij. At vero ſi eodẽ apoſtolorũ tẽpore, alicuius ad ſacerdotiũ aut epiſcopatũ prouehẽdi vxor noluit conſentire in profeſſionẽ cõtinentiæ: ob periculũ fortaſſe prolapſionis in aliquod probrũ, aut deſyderiũ conſequendę prolis, ſed voluerit vti iure matrimonij: quo poteſtatem habuit in corpus viri ſui. manifeſtũ eſt vtiq;, & virum ipſum non potuiſſe pro ſeipſo continẽtiam profiteri: quoniam defuit vxoris ad id cõſenſus, neq; potuit ipſa iure conſtringi ad conſentiendum illi profeſſioni. Attamen ſi ſub obtẽtu religionis & eccleſiaſticæ ſortis, ſacerdos ille vel epiſcopus denegaret vxori petenti rationabiliter, officium coniugale: nonne eandem hoc ſecũdo reiectionis modo abijceret, & grauiter delinqueret, ſubtrahẽs illi debitum coniugij vſum? Hũc itaq; ſecũdum abiectionis modum: etiã prohibet canon ille apoſtolicus. & ex eo probe cõficitur, circa ea primęuæ eccleſiæ tẽpora: licitũ fuiſſe vſum cõiugij ſacerdotibus cũ ſuis vxoribus, ãte ordinationẽ ad miniſteriũ tẽpli, ductis.

¶ Syritium, ſummum pontificem, legem primum ſtatuiſſe obligatoriam: de ſeruanda a ſacerdotibus continentia, eundemque nuptias ab ordinibus ſacris diſpeſcuiſſe. Cap. VIII.

Syritius. AT vero Syritius ſummum moderatus pontificatũ circa annum ſalutis humanę trecẽteſimũ & nonageſimũ: primus legem præceptoriam traditur tuliſſe de ſeruãda a ſacerdotibus omnimoda cõtinentia. quę vetuerit, nuptias ſacris ordinibus in eodem poſſe cõiũgi: eundemque, & coniugem eſſe & ſancti altaris miniſtrum. Continetur autem ea lex cum nonnullis ãlijs decretis: in epiſtola eiuſdẽ

Cumerius. ad Cumerium Tarraconenſem epiſcopum. recitaturq; maiore ex parte in libro decretorum: octogeſima ſecunda diſtinctione. cap. plurimos. & cap. quia. proxime ſequenti. Cuius quidem epiſtolæ totus cõtextus, ad materiam propoſitam ſpectãs: huic inſeritur loco, in modum ſequentẽ.

DecretũSyritij: de continentia ſacerdotum. Veniamus nunc ad ſacratiſſimos ordines clericorũ. quos in venerandæ religionis iniuriam, ita per veſtras prouincias calcatos atq; cõfuſos (charitate tua inſinuãte) reperimus: vt Hieremiæ nobis dicendum ſit voce.

Hiere. 9 Quis dabit capiti meo aquã: & oculis meis fontẽ lachrymarũ? & flebo populũ hũc die ac nocte. Si ergo beatus propheta, ad lugẽda populi peccata non ſibi ait lachrymas poſſe ſufficere: quanto nos poſſumus dolore percelli, cũ eorũ qui in noſtro ſunt corpore cõpellimur facinora deplorare?

2. corin. 11 quibus præcipue ſecundũ beatũ Paulũ: inſtãtia quotidiana & ſolicitudo omniũ eccleſiarũ indeſinẽter incũbit. Quis enim infirmatur: & ego nõ infirmor? quis ſcãdalizatur: & ego nõ vror? Plurimos enim ſacerdotes dei atq; Leuitas, poſt longa cõſecrationis ſuæ tẽpora, tã de cõiugibus proprijs q̃ etiã de turpi coitu: ſobolẽ didicimus procreaſſe, & crimẽ ſuum hac præſumptione defendere: quia in veteri teſtamento, ſacerdoti-

bus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc quisquis ille est sectator libidinum, praeceptorq; vitiorum: si aestimat quod in lege Moysi passim sacris ordinibus a deo nostro laxata sunt frena luxuriae: cur eos quibus committebantur sancta sanctorum, prȩmonet dicens. Sancti estote: quia & ego sanctus sum, dominus deus vester? Cur etiam procul a suis domibus anno vicis suae: in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione: ne vel cum vxoribus possint carnale exercere commercium. vt conscientię integritate fulgentes: acceptabile deo munus offerrent. Quibus expleto deseruitionis suae tempore, vxoris vsus, solius successionis causa fuerat relaxatus: quia non ex alia nisi ex tribu Leui, quisquam ad dei ministerium fuerat praeceptus admitti. Leuiti.19 Nume.3

2 mitti. ¶ Vnde & dominus IESVS cum nos suo illustrasset aduentu: in euangelio protestatur, quia legem venerit implere non soluere. & ideo ecclesiam, cuius sponsus est speciosus forma: castitatis voluit splendore radiare. vt in die iudicij cum rursus aduenerit: sine macula & ruga eam possit (sicut per apostolum instituit) reperire. Quarum sanctionum sacerdotes omnes atque Leuitae insolubili lege constringimur: vt a die ordinationis nostrae, sobrietati ac pudicitiae & corda nostra mancipemus & corpora, dummodo per omnia deo nostro in ijs (quae quotidie offerimus) sacrificijs placeamus. Qui autem in carne sunt, dicente electionis vase, deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in nobis. Et vbi poterit, nisi in corporibus (sicut legimus) sanctis: dei spiritus habitare? Et quia aliquanti de quibus loquimur (vt tua sanctitas retulit) ignoranter se lapsos esse deflent: his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, vt sine vllo honoris augmento: in hoc quo detecti sunt, quamdiu vixerint, officio perseuerent: si tamen post haec, continentes se studuerint exhibere. Hi vero qui illiciti priuilegij excusatione nituntur, & sibi asserũt veteri hoc lege concessum: nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, apostolicae sedis authoritate deiectos: nec vnquam posse veneranda attrectare mysteria: a quibus se ipsi, dum obscoenis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla praesentia cauere nos praemonent in futurum: si quilibet episcopus, presbyter atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuentus: iam nunc sibi omnem per nos indulgentiae aditum intelligat obseratum. quia ferro necesse est excidantur vulnera: quae fomentorum non senserint medicinam. Haec Syritius: ibidem. Matth.5 Ephe.5 Roma.8 Sap.1 Nõnulli codices habẽt deiecti. 82. distinc. cap. quia.

3 nam. Haec Syritius: ibidem. ¶ Idem quoque conuocato Romae concilio episcoporum, nõnulla ordinauit decreta: vniuersalis ecclesiae statũ & honestatem respicientia. quae per epistolam deinde significauit vniuersis episcopis per Africam constitutis. Inter illa autem statuta: & hoc continetur. Praeterea, quod dignum & pudicum & honestum est: suademus, vt sacerdotes & Leuitae cum vxoribus suis non coeant, quia in Alterũ Syritij decretũ: de cõtinentia sacerdotum.

1.corin.7 ministerio:ministri quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corin-
thios namq; Paulus scribit dicēs. Abstinete vt vacetis orationi. Si ergo
laicis abstinentia imperatur, vt possint deprecantes audiri: quanto ma-
gis sacerdos vtiq; omni momento paratus esse debet, munditiæ purita-
te securus, ne aut sacrificium offerat: aut baptizare cogatur. Qui si con-
taminatus est carnali cōcupiscētia: quid faciet? quo pudore excusabit?
qua mēte vsurpabit? qua conscientia, quo merito: hic exaudiri se credit?
Titum.1 cum dictum sit. omnia munda mundis: coinquinatis autē & infideli-
bus nihil mundum. Qua de re hortor, moneo, rogo: tollatur hoc oppro
brium, quod potest iure etiam gentilitas accusare. Forte creditur, quia
1.timo.3 scriptum est. vnius vxoris virū. non permanētem in concupiscentia gene
randi dixit: sed propter continentiam futuram. Neq; enim integros nō
1.corin.7 admisit: qui ait. vellem omnes homines sic esse: sicuti & ego. Et apertius
Roma.8 declarat dicēs. Qui autem in carne sunt: deo placere non possunt. vos au
tem iam non estis in carne: sed in spiritu. Hęc Syritius: in loco supra ad-
ducto. ¶In quibus verbis cum sacerdotibus & Leuitis vsum coniugij 4
omnino interdicit: comprobatur & ijsdem prohibere nuptias, etiam eas
quæ ante sui cōsecrationem contraherētur. Quomodo enim possunt in-
tegre cōstare nuptiæ: vbi vir officium cōiugale vxori petenti non potest
exhibere? aut quis potest ante clericatum ductam vxorem, post eūdem
susceptum adigere inuitam: ad seruādam cum viro suo perpetuam con-
tinētiam? quæ tamen illi esset custodienda: si non posset vir eius iam sa-
cris initiatus, cōgressione maritali deinceps cōuenire cum ea. Cum ita-
que prohibeātur hoc Syritij decreto sacerdotes & Leuitę suas cognosce-
re vxores: simpliciter omnino vetantur habere vxores, quas prius duxe
rint. Quare cælibatus illis cōsequenter indicitur, & continentia: sine ali-
quo connubiali vinculo deinceps asseruanda.

¶Qz Innocentius primus, prædictam Syritij constitutionem de sacerdotum continentia: confirmauit. Cap. IX.

DEinde Innocentius, primus huius nominis summus 1
pontifex, interstite duntaxat Anastasio primo, ipsi Sy-
ritio in sedis apostolicæ moderatione succedens, circa
annum ab incarnatione dominica quadringētesimum
octauum: cōstitutionem illam de cōtinentia sacerdotū
prohibitionemq; eorum a nuptijs, a Syritio sancitam,
& per vniuersas ecclesię catholicę prouincias trāsmissam cōfirmauit au-
thoritate apostolica: scribēs ad Exuperium Tholosanum episcopū (vt
etiā recenset decretorū collector: octogesima secunda distinctione, cap.
Decretū Innocētij primi: de cōtinētia sacerdotum. proposuisti) in hanc formam. Proposuisti, quid de ijs obseruari debeat:
quos in diaconij ministerio aut in officio presbyterij positos, incōtinētes
esse aut fuisse: generati filij prodiderūt. De ijs & diuinarum legum est
disciplina: & beatę recordationis viri, Syritij episcopi monita euidentia

commearunt.vt incontinētes in officijs talibus positi:omni ecclesiastico
honore priuarentur,nec admittantur ad tale ministerium:quod sola cō
tinentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacræ legis authori-
tas,iam inde ab initio custodita:ꝙ in tēplo,anno vicis suæ habitare ius- 1.para.24
si sunt sacerdotes.vt seruientes sacris oblationibus,puros & ab omni la Lucæ.1
be mundatos sibi vendicent diuina mysteria. neqꝫ eos ad sacrificia fas
sit admitti: qui exercēt vel cum vxore carnale cōsortium. quia scriptum
est. Sancti estote: quia & ego sanctus sum, dominus deus vester. Qui- Leuiti.19
bus vtique propter sobolis successionem, vxoris vsus fuerat relaxatus:
quia ex alia tribu, & præter ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus
2 fuerat præceptus accedere. ¶Quanto magis his,sacerdotes vel Leuitæ Exodi.28
pudicitiam ex die ordinationis suę seruare debent: quibus vel sacerdo- Numeri.17
tium vel ministerium sine successione est. Nec præterit dies:qua vel a sa-
crificijs diuinis,vel a baptismatis officio vacent. Nam si beatus Paulus
apostolus ad Corinthios scribit dicens. Abstinete vos ad tempus: vt va 1.corin.7
cetis orationi.& hoc vtiqꝫ laicis præcepit. multo magis sacerdotes, qui-
bus & orandi & sacrificādi iuge officium est:semper debebunt huius-
modi cōsortio abstinere. Qꝫ si contaminatus fuerit carnali cōcupiscen-
tia:quo pudore sacrificare vsurpabit? aut qua cōscientia: quo ve merito
exaudiri se credit? cum dictum sit.omnia mūda mundis: coinquinatis Titum.1
autem & infidelibus,nihil est mundū. Sed fortasse hoc licere credit:quia
scriptum est.vnius vxoris virum. Non permanenti in concupiscētia ge- 1.timo.3
nerandi hoc dicit:sed propter continentiam futuram. Neqꝫ enim inte-
gros corpore non admisit: qui ait. Vellem omnes autem sic esse: sicut & 1.corin.7
ego. Quod apertius declarat dicēs. Qui autem in carne sunt: deo place- Roma.8
re non possunt. Vos autem iam non estis in carne:sed in spiritu.& habē 1.timo.3
tem filios,non generantem dixit. Sed ea plane dispar,& diuersa sentētia
est.nā si ad aliquos forma illa ecclesiasticę vitę pariter & disciplinæ,quę
ab Syritio episcopo ad prouincias commeauit, non probabitur perue-
nisse:ijs ignorantibus venia remittetur,ita vt de cætero penitus incipiāt
abstinere:& ita gradus suos in quibus inuenti fuerint,sic retentēt.at eis
non liceat ad potiora conscendere, quibus tamen beneficio esse debet:ꝙ
hūc ipsum locum quem retinēt, non amittūt. Siqui autem scisse formā
viuēdi missam a Syritio,deteguntur,neque statim cupiditates libidinis
abiecisse:illi sunt modis omnibus submouendi.quia post ammonitionē
cognitam:præponendam arbitrati sunt voluptatem. Hæc Innocentius.
3 ¶Idem etiam scribens ad Victoricum Rothomagensem episcopū, in-
ter nonnullas ecclesiasticæ disciplinæ regulas & hanc ponit: ꝙ sacerdo-
tes & diaconi, ab vxorum cōsortio penitus abstinere debeant, & nullo
matrimonij vinculo mulieribus obstringi. Quibus enim indulgentur
nuptiæ:consequēs est ijsdem & officium cōiugale cōcedi. E diuerso igi-
tur,quibus vsus cōiugij interdicitur:ipsis quoque & nuptiæ denegan-

tur.quandoquidem illæ:ad mutuum debiti coniugalis obſequium,ma
ritaleq; conſortium recte ordinantur. Ipſius autem Innocentij prędicti
Alterũ Innocẽtij decretũ ſuper cõtinentia ſacerdotum. decretum ſuper eo negocio:eſt huiuſmodi. Præterea quod dignũ,& pu
dicum,& honeſtũ eſt:tenere eccleſia omnino debet, vt ſacerdotes & Le-
uitæ cum vxoribus non miſceãtur,quia miniſterij quotidiani neceſſita-
tibus occupantur. Scriptum eſt enim. ſancti eſtote:quoniam & ego ſum
Leuiti.19 ſanctus,dominus deus veſter. Nam priſcis temporibus:de templo dei,
Lucæ.1 ſacerdotes, anno vicis ſuæ non diſcedebãt, ſicut de Zacharia legimus:
nec domum ſuam omnino tangebãt,quibus vtiq; propter ſobolis ſuc-
ceſſionem : vxoris vſus fuerat relaxatus. quia ex alia tribu præterq̃ ex
Leuiti.8 ſemine Aaron:ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quã-
to magis hi ſacerdotes vel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ
ſeruare debent:quibus vel ſacerdotium vel miniſterium, ſine ſucceſſio-
ne eſt. Nec præterit dies: qua vel a ſacrificijs diuinis, vel a baptiſmatis
officio vacent. Nam ſi beatus apoſtolus Paulus ad Corinthios ſcripſit
1.corin.7 dicens. Abſtinete vos ad tempus: vt vacetis orationi,& hoc vtiq; laicis
præcepit. multo magis ſacerdotes, quibus & orãdi & ſacrificandi iuge
officium eſt:ſemper debebũt ab huiuſmodi conſortio abſtinere. Q̃ ſi cõ
taminatus fuerit a carnali cõcupiſcentia:quo pudore ſacrificare vſurpa
bit? aut qua conſciẽtia, quove merito exaudiri ſe credit? cum dictũ ſit.
Titum.1 Omnia mũda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil mun-
1.timo.3 dum. Sed forte licere hoc credit:quia ſcriptum eſt,vnius vxoris virum.
non permanẽti in concupiſcẽtia generãdi dixit:ſed propter futuram cõ-
tinentiam. Neq; enim integros corpore non admiſit qui ait. Vellem au-
1 corin.7 tem omnes eſſe:ſicut & ego. Quod apertius declarat dicẽs. Qui autem
Roma.8 in carne ſunt:deo placere nõ poſſunt. Vos autem iam non eſtis in carne:
ſed in ſpiritu. Hæc Innocẽtius. Huius autem ſanctionis particula: ad-
ducitur etiam in volumine decretorum, diſtinctione triceſima prima,
cap. tenere. ¶ Cæterum in hiſce duobus Innocẽtij decretis, & in priore 4
Syritij etiam ſtatuto ſuper eadem materia,in præcedẽti capite adducto:
cum dicũtur veteris legis ſacerdotes anno vicis ſuę habitaſſe in templo,
ſiue ab eo nõ diſceſſiſſe:annus ibidem pro tempore ſumi debet intelligi,
ſecũdum eam loquẽdi rationem, qua interdum pars pro toto ponitur.
vt ſit ſenſus,antiquæ legis ſacerdotes tempore vicis ſuæ,quo debuerũt
miniſtrare in tabernaculo domini:cõtinue habitaſſe in templo,& ab eo-
dem nõ diſceſſiſſe. Enimuero non erat illud tempus (quo ſinguli ex vi-
1.para.24 ginti quatuor ſacerdotibus maioribus, a rege Dauid cõſtitutis ad mi-
niſterium tabernaculi:debuerũt ſecũdum vicem ſuam obire id munus,
de quibus hic habetur ſermo) extẽtum per integrum totius anni curri-
culum:ſed dũtaxat per ſeptem cõtinuos dies & hebdomadariũ,ab vno
ſcilicet ſabbato in proximum ſabbatum. vt ſingula quaq; hebdomada:
ſinguli eorum id exercerẽt officium, quiſq; per vices ſuas. Neq; id ex-

traneum cuiquam videri debet:interdum anni nomē pro tempore su- mi.cum etiam e diuerso nōnunq̄ temporis nomen: pro anno acceptum & positum esse comperiatur.vt in volumine decretorum,de cōsecra.di- stinc.quarta.cap.omni tempore.vbi ex concilio Martini papæ, depro- mitur hoc decretum.Omni tempore licet episcopo,chrisma cōficere: & per suas dioceses destinare. Et glossa marginalis ibidem.Omni tempore (inquit)id est per singulos annos:vel in omni anno. & ponitur hic totū pro parte.hæc ibi.Consonat autē prædictis de nomine anni,glossa mar ginalis in cap.tenere. distinctione tricesimaprima. & in cap. proposui- sti.distinctione octogesimasecūda. vbi in vtroq; Innocētij primi decre- to prius adducto: ipsa attestatur,vocabulo anni septimanam insinuari.

Nomē anni pro tēpore sumi:& e di uerso.

5 ¶Porro post huiusmodi cōstitutionem de continentia sacerdotum tam Syritij,in præcedēte capite,q̄ Innocētij primi,in pręsenti explicatam,& per vniuersam ecclesiam late promulgatam atq; receptam:nulli cōiugio obstricti & vxoribus coniūcti,admissi sunt deinceps ad sacros ordines suscipiēdos. Et siquis sacro altaris ministerio mācipare seipsum voluit: lege cōiugij eūdem penitus solutum esse oportuit. Qui quidē mos sum- mopere probādus: in hodiernum vsq; diem in ecclesia perseuerat. Qui vero tempore promulgationis huius Syritianæ & Innocētianæ sanctio- nis ecclesiasticum sortiti ministerium fuerunt cōiugibus ex priore tem- pore astricti:illas vxores suas in sorores commutarūt illarum cōsensu, officiūq; cōiugale deinceps reliquerūt,& ita latæ illi legi de cælibatu sa- cerdotum integre satisfecerunt. Siqui vero suas vxores ante ordinatio- nem ductas non potuerunt inducere ad continentiæ professionem, ne- que ad consentiendum in id q̄ sororum loco deinde haberentur:non ob- ligabantur illi quamdiu superstites manerent illæ suæ coniuges, ad il- lam constitutionem Syritij & Innocentij obseruandam. quoniam ma- iore & validiore lege obstringebantur:ad coniugale officium vxori ex- poscenti exhibendum. Neque idipsum, q̄ positæ legis de sacerdotum continentia obseruantes non erāt huiusmodi ecclesię ministri,in tali re- rū cōditione:ipsis imputari debuit ad culpā.quoniam per eos nō stetit, quo minus eā integre obseruarēt:prōptamq; ad id volūtatem gerebant. Verum suas coniuges ante ductas , ad continentiæ consensum adigere nequaq̄ potuerunt:neq; inuitas perpellere ad abdicandum ius exigēdi officij coniugalis.quare ad illud ipsis præstandū, cum expeterent: mā- serunt diuino iure etiam post dictæ legis lationem obstricti.

Quid sacer dotibus cō- iugatis tem pore legis de cōtinētia latæ:erat a- gēdum.

¶Orietalē ecclesiā hāc Syritij & Innocētij cōstitutionē de cōtinētia sa- cerdotū,nō acceptasse:& idcirco ad eandā nequaq̄ obligari.Cap.X.

1 VErum obijciet fortasse quispiam, contra ea quæ postremis duobus capitibus modo sunt proposita: hunc cauillum. In volumine decretorum,distinctione tricesima prima,capite. quoniam in.ex sexta synodo refertur hoc decretū. Quicūq;

Diligens: id est dignus. diligēs inuentus fuerit subdiaconali ordinatione, aut diaconali aut sacerdotali: hi nullo modo prohibentur ad talem ascendere gradum pro vxoris suæ cohabitatione. nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri cogantur: ꝙ abstinere debeant a legalis vxoris familiaritate. Et paulo post. Siquis igitur præsumpserit contra apostolicos canones, aliquos presbyterorum aut diaconorum priuare a contactu & a communione legalis vxoris suæ: deponatur. Similiter & presbyter aut diaconus, qui religionis causa vxorem suam expellit: excommunicetur. si vero in hoc permanserit: deponatur. Hæc ibi. Sexta autem synodus, longo temporis interuallo subsecuta est Syritium & Innocētium primum, summos pontifices: prædictæ legis de sacerdotum continentia authores. Nempe celebrata fuit ipsa sexta synodus Constantinopoli, circa annum salutis humanæ sexcentesimum septuagesimum tertium: sub Agathone summo pontifice, & Constantino quarto, imperatore, Christianę religionis cultore studiosissimo. Non constrinxit igitur in vniuersum constitutio illa Syritij & Innocentij, sacris ordinibus insignitos: vt deinceps continentiæ studerent.

Sextę synodi decretū.

Obiectionis aduersariorū dilutio. ¶ Cui adhibenda est responsio: quæ in fine prædicti capitis, ex sexta synodo modo citati, assignatur. id scilicet decretum sextæ synodi: pro loco vbi celebrata est, intelligi debere, & secundum illius morem. Orientalis enim (inquit) ecclesia, cui sexta synodus regulam viuendi præscripsit: votū castitatis in ministris altaris non suscepit. Quod testimonio Stephani papæ, in sequenti capite eiusdem tricesimæ primæ distinctionis, scilicet. aliter se. etiam comprobatur: qui ait. Aliter se oriētalium traditio habet ecclesiarum: aliter, huius sanctę Romanę ecclesię. Nam earum sacerdotes, diaconi aut subdiaconi: in matrimonio copulantur. Istius autē ecclesiæ vel occidentalium: nullus sacerdotum a subdiacono vsq; ad episcopum, licentiam habet coniugium sortiendi. Hæc ibi. Subinsinuatur etiam ea consuetudo orientalis ecclesiæ, qua suis sacerdotibus nuptiarum concedit vsum: in libro tertio epistolarum decretalium, titulo de vita & honestate clericorum, cap. vt clericorum. circa finem eius: vbi Innocentius tertius in concilio generali ait. Qui autem secundum regionis suæ morem non abdicarunt copulam coniugalem: si lapsi fuerint, grauius puniantur, cum legitimo matrimonio vti possint. Eodem quoq; libro, titulo de clericis cōiugatis, cap. cum olim: dicit idē Innocentius tertius. Orientalis ecclesia votum continentiæ non admisit: quoniam orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in superioribus vtuntur matrimonio iam contracto. hęc ibi. Ex quibus euadit perspicuum, occidentalem ecclesiam duntaxat acceptasse legem illā obligatoriam, de seruanda in suis ministris ad sacros ordines prouectis continentia: & ad eandem integre tenendam obstringi. Oriētalem vero, nequaquā huiusmodi continentiæ disciplinam, amplexatam esse: neq; ad eandem obseruandam vinculo obligationis more aliorum constringi.

Stephanus papa.

Innocētius tertius.

Idem.

3 ¶Vnde tā occidētalis ecclesia q̄ orietalis: eo ipso inter se conueniūt: ꝙ apud vtrāq; clerici in minoribus constituti ordinibus, rite possunt ducere vxores & inire fœdera cōiugij. Queādmodū in libro decretorū, tricesimasecūda distinctione, cap. siquis eorū. testatur sextę synodi decretū huiusmodi. Siquis eorum qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari: hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Similiter & illud eodem loco, cap. lectores. ex concilio Carthaginensi quarto depromptum decretum. Lectores cum ad annos pubertatis veniūt: cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. Quod enim ibi de lectoribus dicitur: consimili iure de acolythis, ostiarijs & exorcistis intelligitur. Rursum in eadem distinctione cap. placuit. in concilio Carthaginensi hic canon constitutus traditur. Placuit episcopos, presbyteros, diaconos & subdiaconos: secūdum priora constituta etiam abstinere ab vxoribus. quod nisi fecerint: ab ecclesiastico remoueantur officio. Cæteros vero clericos ad hoc non cogi: sed secundum vniuscuiusq; ecclesiæ consuetudinem obseruari debere. Demum, idem attestatur eiusdem

4 loci caput. seriatim. proxime sequens. ¶Habet & vtraq; ecclesia: hanc inter se mutuam conuenientiam. ꝙ & in hac, & in illa, clerici ad maiores prouecti ordines (quos sacros dicimus) non possunt post huiusmodi ordinationem ducere vxores, & coniugali se vinculo alligare. Quoniam vt supra est diffuse ostensum: illud diuino derogat iuri, pariter & naturali & humano. Nec ipso quidem apostolorum tempore, cuiquam id licuit: ꝙ post susceptum huiusmodi altaris ministerium nuptijs se implicaret. quemadmodum octogesima quarta distinctione libri decretorū, cap. cum in præterito. in concilio Carthaginensi secundo: Aurelius episcopus dixisse hæc perhibetur. Cum in præterito concilio, de continentiæ & castitatis moderamine tractaretur: isti tres gradus conscriptione quadā castitati per cōsecrationem annexi sunt, episcopi inquam, presbyteri & diacones. ita placuit (vt condecet) sanctos antistites ac dei sacerdotes, necnon & Leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiunt: continētes esse in omnibus, quo possint simpliciter quod a domino postulant impetrare. vt quod apostoli docuerunt exēplo & ipsa seruauit antiquitas: nos quoq; custodiamus. Ab vniuersis episcopis est dictum. Omnibus placet: vt episcopi presbyteri & diaconi, & qui sacramenta contrectant: pudicitiæ custodes, etiam ab vxoribus abstineant. Ab omnibus dictum est. placet vt in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur: qui altario deseruiunt. Hæc ibi. Quem totum canonem, intelligendum censent expositores: de matrimonio post consecrationem contrahendo. sentientes, eo decreto episcopis presbyteris & diaconis legem imponi: ne post sui ad ea sacra ministeria ordinationē, iura subeant cōiugij. quod diuinæ legi pariter & naturali, maxime cōsentaneū esse: quinto & sexto

5 huius libri capitibus, latius est declaratum. ¶Id vnum tamen est discri-

In quo occidentalis ecclesia & oriētalis conueniunt.

Cōcilij Carthaginensis decretum.

Aurelius episcop9 Carthaginēsis.

In quo: duæ dictæ ecclesiæ differũt. men: inter occidentalem ecclesiam & orientalem. ꝙ in occidentali ecclesia (quam & Latinam vocant) a tempore Syritij & Innocẽtij, alligatus vxoris vinculo non potest ad sacros prouehi ordines, & cum illis in cõiugio permanere: quoniam in eorum ordinum susceptione continentiã profitetur. In orientali vero ecclesia, qui fœdere coniugali deuinctus est vxori: potest integro manente cõiugio, ad sacros ordines promoueri, & in illis ministrans altari: connubiali officio inseruire. quoniam per huiusmodi ordinationem, non se professioni continentiæ astringit. vt in huius capitis principio abunde monstratum est, & compluribus pontificij iuris testimonijs ostensum.

¶ Priscis temporibus, subdiaconatum non esse habitum sacrum ordinem: nunc autem eundem, talem haberi, sacrorumq; ordinũ numero ascribi. Cap. XI.

AT quoniam supra est dictum, sacros ordines ex constitutione ecclesiastica habere nunc secũ annexã continentiæ disciplinam: quinã primis ecclesiæ tẽporibus habiti sunt sacri ordines, & qui nunc tales habentur: expediens fuerit dinoscere. Ab ipso quidem ecclesiæ surgentis initio, presbyteratus & diaconatus, semper denominati sunt & habiti ordines sacri: propter sacrum altaris ministeriũ, quod circa sanctum eucharistiæ sacramẽtum pro sui officij ratione reuerẽter debent exercere. & ergo in vtrolibet illorum ordinum constitutis: nũquam licuit nuptialia fœdera contrahere. Subdiaconatus autẽ, tempore apostolorũ & ecclesiæ primæuæ: non est habitus ordo sacer. Quod ex primo libro epistolarum decretalium, titulo de ætate & qualitate & ordine præficiendorum cap. a multis. dilucide constat. vbi Innocentius tertius refert, Vrbanum primum decreuisse: nullum in episcopum debere eligi, nisi in sacris ordinibus fuerit constitutus. Sacros (inquit Vrbanus) ordines dicimus: diaconatum & presbyteratum. Hos siquidem solos: ecclesia primitiua legitur habuisse. Deinde recitat ibidem Innocẽtius: Vrbanum secundum insinuasse & expressisse, subdiaconatum esse ordinem sacrum, his verbis. Erubescant (inquit) impij & intelligant iudicio spiritus sancti: eos qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu & subdiaconatu sunt positi: si caste nõ vixerint, secludendos ab omni eorũ graduũ dignitate. Et iterũ. Nemo ad sacrũ ordinẽ permittatur accedere, nisi aut virgo aut probatæ castitatis existat: & qui vsq; ad subdiaconatum, vnicam & virginẽ habuit vxorẽ. Deinde cõtinuo subiungit ibidem Innocẽtius. Et ad similitudinem diaconi & presbyteri: subdiaconus debet continentiam obseruare. sicut & in sexta synodo constitutum est, vt siquis eorum qui ad clerum accedunt, nuptiali iure mulieri voluerit copulari: hoc ante subdiaconatus ordinem faciat. Et beatus Gregorius statuisse legitur, vt nullum facere subdiaconum præsumant

Vrbanus primus.

Vrbanus secundus.

Sextæ synodi decretũ.

Sãctus Gregorius.

episcopi: nisi qui se caste victurum promiserit. Hęc ibidem. Ex quibus tam Vrbani secundi, quam sextæ synodi & beati Gregorij sententijs, demum colligit in prædicto capite Innocentius: subdiaconatum inter sacros ordines habendum esse, & eo insignitum gradu: haud minus atque diaconum vel sacerdotem, in episcopum eligi posse. ¶ Idem quoque Innocentius in eodem epistolarum decretalium libro, titulo de seruis non ordinandis & eorum manumissione. cap. miramur. ait. De subdiaconali or- Innocētius tertius.
dine, quia de eo non fit mentio in patrum statutis: expresse videtur nobis, quod & is cum diaconali gradu, priuilegio gaudet eodem. Nam licet sacer ordo non reputaretur in ecclesia primitiua: tamen a constitutione Gregorij atque Vrbani: secundum moderna tēpora sacer gradus esse mi-
2 nime dubitatur. hæc ibi. ¶ Quocirca a tempore Gregorij primi, ad gradum subdiaconatus prouehendi (quia tum sacer ordo is cœperat haberi) continentiam profitebantur, neque nuptiali vinculo (cum illum susciperent ordinem) constricti esse poterant. Quēadmodum vicesima octaua distinctione libri decretorum cap. nullum. testatur ipse Gregorius: ita scribens Petro subdiacono. Nullum facere subdiaconum præsumāt Gregorius primus.
episcopi: nisi qui se caste victurum promiserit. quia nullus ad ministerium altaris accedere debet: nisi cuius castitas ante susceptum ministeriū fuerit approbata. Et eadē distinctione, cap. decernimus. hoc sancit decretum Innocentius secundus. Decernimus vt ij qui in ordine subdiaco Innocētius secundus.
natus, & supra, vxores duxerint aut concubinas habuerint: officio atque ecclesiastico beneficio careant. Cum enim ipsi, templum & vasa domini, & sacrarium spiritus sancti debeant esse & dici: indignum eos est, cubi-
3 libus & immūditijs deseruire. ¶ Idem præterea cōstat ex canone Leo- Leonis papæ decretū.
nis papæ: qui tricesima secunda distinctione libri decretorum, cap. omnium. ponitur. vbi ait. Cum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati & procreationi filiorum studere sit liberum: ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconibus carnale quidem connubium conceditur. vt & qui habent: sint tanquā non habentes. & qui non habent: permaneāt singulares. Demum eadem tricesima secunda distinctione cap. siquis eorum. hæc ponitur sanctio. ex sexta synodo deprompta. Siquis eorum qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari: hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Ex qua, designatur etiam tacita hæc sententia: per contrariū intelligenda sensum. quod qui gradum subdiaconatus voluerit obtinere, aut iam fuerit adeptus: a nuptijs omnino debet abstinere, & continentiæ disciplinam amplecti. Omitto (& dedita quidem opera) permultos alios canones: qui in eadem distinctione tricesima secunda, & cæteris a vicesima septima continuo ordine antecedentibus, abunde continētur, eādem approbantes sententiā. ne videar superfluā testiū multitudinē in re tam clara & aperta: lectoribus ingerere. ¶ Porro ex his omni-

Ex statuto ecclesiæ inductam esse continentiā sacerdotum

bus id iure colligi potest: virtute constitutionis ecclesiasticæ indictā esse insignitis ordine sacro continentiam, nuptiarumque vacationem. ut purius & syncerius exerceatur pro rei dignitate: dei cultus. Et quis huiusmodi sanctio per homines (non tamen sine sancti spiritus magisterio & directione) sit ordinata: nihilo secius ortum habet primarium & deductionem quandam ex iure diuino. cuius magis est quodam modo declaratiua: q̄ noui omnino iuris constitutiua, ut multipliciter ex prædictis est patefactum. ¶ Neque hic quispiam importunus obstrepat, non fuisse 4
authoritatem ipsi ecclesiæ aut rectoribus eius supremis: hanc legem obligatoriam condendi. Nam si princeps, si dominus quilibet, si paterfamilias, potestatem habet definiendi qualitatem & conditionem seruorum suorum: & declarandi, quod quisquis eius seruitio mancipare seipsum & addicere voluerit: tales habeat mores. qui si defuerint: non admittetur ille famulus ad eius obsequium. cur ecclesia, vnica CHRISTI spōsa & perq̄ dilecta, hanc non habebit authoritatem: ut determinet ministrorū suorum qualitatem & mores? legemque ferat, quod quicūque talem subire noluerit conditionem, seruandi scilicet perpetuam deinceps cōtinentiam: non recipietur ad eius ministerium? Et certe neminem ipsa adigit aut compellit ad suum famulitium: aut ecclesiasticam sortem amplectendā. Id enim cuiusque relinquit arbitrio & optioni, ut si visum illi fuerit: sequatur id vitæ genus. sin minus: aliam viuendi ingrediatur viam. Eos tamen qui illud capessere volunt ecclesiastici gradus institutum, ipsa ecclesia obligat & adigit: quod non addicant se ministerio altaris in sacrorū ordinum susceptione: nisi vna continentiam profiteantur & cælibatum.

Ecclesia habet authoritatē indicēdi cōtinentiā suis ministris.

Beda.

Matth. 19

¶ Attestatur idipsum venerabilis Beda: exponēs illa domini verba, qui 5
potest capere: capiat. prolata de tertio genere eunuchorum, in euāgelio expressorum: eorum scilicet qui se castrant propter regnum dei. Qui potest (inquit) capere: capiat. antequam ceperit per votum: videat si possit implere promissum. Nullus sine hoc voto, vel ut virgo existens virgo permaneat, aut contracta vxoriæ coniunctionis fœdera soluat: consecrari permittitur. nulli præcipitur: nullus ad hoc ministerium subeundum cogitur inuitus. Sed qui iam cōsensit esse sacerdos: voto castitatis se sponte constrinxit. Qui potest capere: capiat. hæc ille. Huiusmodi autem declaratione necessariæ qualitatis suorum ministrorum, perpetuæ scilicet continentiæ: ipsa ecclesia tales suos ministros reddit illegitimos & inhabiles ad contrahendum deinceps matrimonium. quamuis etiam tales fuerint, nequaq̄ scilicet idonei ad ineundas nuptias post consecrationē: ex diuini & naturalis legis decreto: anteq̄ ecclesiæ accederet illis declaratio atque definitio. Quæ plane superaddita: arctiore sacerdotes ad continentiam vinculo constringit, secundum illud sapientis verbum. Funiculus triplex: difficile rūpitur. ¶ Et tanta quidem arctitudine, hæc determinatio ecclesiæ alligat sacros suos ministros continentiæ vinculo: ut si

Eccles. 4.

postea illi attentent ducere vxores, huiusmodi coniugium irritum sit & nullum, debeatq; omnino inualidum haberi. Idcirco recte dicitur sacrorum ordinum susceptio & impedire contrahendum matrimonium & dirimere contractum: post illam ecclesiasticam constitutionem. Praeterea, per hanc suam sanctionem definiuit ecclesia: eos qui alligati sunt vxori, quamdiu ipsa fuerit superstes, non esse admittendos ad sacros ordines. quoniam non possent illi cum vxoris contubernio: tenere continentiae (quam in suis ecclesia exposcit ministris) integritatẽ. Nequaq̃ tamen prohibet ecclesia sancta per huiusmodi constitutionem, eũ qui vnicam & virginẽ duxerit vxorem: post illius obitum suscipere cõsecrationem in altaris ministerium. Quoniam ille iam solutus a lege vxoria: integre poterit debitam continentiae puritatem obseruare. Ordo sacer dirimit matrimoniũ cõtractum.

¶Eos qui sacros ordines suscipiunt: voto etiam obstringi ad perpetuae continentiae obseruationẽ, & quidem solenni. Cap. XII.

1 ACcedit & huic ecclesiasticae constitutioni, sacros altaris ministros ad continentiae syncęritatem obliganti: & alterum, non minus ad idem eos constringens, vinculum. vtpote votum: quod in sacrorum ordinum susceptione aedunt, de seruanda deinceps perpetuo continentia. Et id quidem, ex ecclesiae sanctione proficiscitur: quae hanc definiuit legem & promulgauit, neminem subire sacrum altaris ministerium debere: nisi qui continentiae professionem fecerit, deoq; promiserit se deinceps in caelibatu vitam acturum. Neq; vult aut intendit ecclesia sancta, quẽpiam admissum iri ad altaris officium: nisi se huiusmodi sacramento voti deuinxerit. ¶Quod testimonio illustrium authorum sacrorumq; canonum: haud difficile fuerit comprobare. Et primum Origenis: qui super librũ Numeri (vt ante ex eo est adductum) ait. Vnde mihi videtur, ꝙ illius solius est offerre sacrificiũ indesinens: qui indesinenti & perpetuae se deuouerit castitati. Sacrificium autem indesinens, est iuge illud altaris sacrificium: quo dominicum corpus & sanguinem quotidie offerunt sacerdotes in templo dei. Deuouere autem seipsum castitati, quid aliud est: q̃ voto promittere deo perpetuam continentiae puritatem? Sentit igitur hisce verbis Origenes: sacer- Capite huius libri 3. Origenes
2 dotes, huiusmodi voto se obligare. ¶Praeterea, venerabilis Beda in explanatione illorum domini verborũ. qui potest capere: capiat. in praecedente capite adducta: non semel affirmat, sacros altaris ministros continẽtiae votum aedere. Anteq̃ coeperit (inquit) sacerdos per votũ: videat si possit implere promissum. De quo autẽ recte dicimus ꝙ aliquid capit per votũ: nisi de vouẽte quippiã in alicuius officij aut gradus acceptione? Et paulo post, eodẽ loco idẽ subnectit. Nullus sine hoc voto, vel vt virgo existẽs virgo permaneat, aut cõtracta vxoriae cõiunctionis foedera soluat: consecrari permittitur. Ex quo cõsequens est, quenq; eorũ qui se Matth. 19 Beda. Idem.

consecrari permittunt: huiusmodi votum continentiæ deo exhibere. Demum eodem in loco subiungit Beda. Qui iam cõsensit esse sacerdos: voto castitatis se sponte cõstrinxit. Quibus verbis nihil apertius aut clarius dari queat, ad comprobandum propositum: vtputa ꝙ sacerdotium aut alium quẽlibet sacrum ordinem suscipiens, voto perpetuæ castitatis seipsum alligat & obstringit. ❡Insuper decretorum compaginator Gratianus: idem perhibet, distinctione vicesima octaua, cap. ecce ostensum. adducẽs in sententiæ suæ cõfirmationem, beati Gregorij authoritatem. Ecce ostensum est (inquit) breuiter, ꝙ nolẽtes vouere continentiã: nec ad subdiaconatum, nec ad superiores gradus conscendere possunt. Vnde ad subdiaconatũ accedẽtes, nõ sine voto castitatis iubẽtur admitti: authoritate beati Gregorij, qui scribens Petro subdiacono ait. Nullum facere subdiaconũ præsumãt episcopi: nisi qui se caste victurũ promiserit. hæc ibi. Quid est autem illa promissio: nisi vera voti continentiæ æditio? ❡Præterea in eadem distinctione vicesima octaua, capite quando. ex concilio Toletano quinto: hoc depromitur decretum, ante etiã citatũ. Quando presbyteri & diacones per parochias cõstituuntur: oportet eos professionem episcopo suo facere, vt caste & pure viuant sub timore dei. vt dum eos talis professio obligat: vitæ sanctæ disciplinam retineant. Ex qua sanctione constat, eos qui diaconi aut presbyteri sunt ordinandi: debere voto promittere ipsi episcopo (id enim designat: professionem facere) ꝙ deinceps caste sunt victuri. At de subdiaconatus ordine, quantum ad continentiæ seruandæ disciplinam, idem est iudiciũ: sicut de duobus superioribus sacris ordinibus. cum & ille: etiam habeatur sacer apud ecclesiam. Confectum est igitur quod proponimus: sacris scilicet ordinibus initiandos, voto se constringere, ad tenendã deinceps continentiæ integritatẽ. ❡Rursum in eodẽ volumine decretorum, distinctione tricesima prima, cap. quoniã in. assignatur differentia inter orientalẽ ecclesiam & occidentalem: his verbis, etiã supra citatis. Orientalis ecclesia, cui sexta synodus regulam viuẽdi præscripsit: votũ castitatis in ministris altaris non suscepit. Ex quibus verbis protinus hæc recte subinfertur propositio: ꝙ occidẽtalis ecclesia votũ castitatis in ministris altaris susceperit. Alioqui non apte nec apposite id orientalis ecclesiæ institutum illic afferretur in medium, tanquam discerniculum ponens & diuersitatem inter eam, & occiduæ plagę ecclesiam: nisi ecclesia Latina oppositam sortiretur ea in re cõditionem, & votum castitatis in suis ministris exigeret. ❡Adhæc, in epistolarum decretalium libro tertio, titulo de clericis coniugatis, capite. cum olim. ait Innocentius tertius. quemadmodum etiam ante est adductum. Orientalis ecclesia: votum continentiæ non admisit. quoniam orientales in minoribus ordinibus contrahunt: & in superioribus vtuntur matrimonio iam contracto. Hæc Innocentius. Ex prima autem dicti huius parte, proposita

Idem. | Gratianns. Gregorius | Cõcilij Toletani quinti sanctio. | Ex vndecimo cap. huius libri. | Innocẽtius tertius.

ad internoscendum duarum ecclesiarum orientalis & occidentalis discrimen: probe colligitur cõsimili ratiocinio cum superiore, & hæc propositio. ꝙ occidentalis ecclesia votum continentiæ in ijs qui sacris initiãtur ordinibus: admiserit. Est igitur illud, publicum ecclesię decretum & manifesta declaratum promulgatione: ꝙ suscepturi sacros ordines obstringunt se voto perpetuæ continentiæ. ¶Quare huiusmodi votũ, non simplex censendum est & priuatum: sed solenne & publicum. quoniam fit coram episcopo palam, designato per ecclesiam: vt eius vice tale votũ ab accipiente sacros ordines suscipiat. Perinde atq; religionis votum: a suscipiente professionem monasticam fit in manu abbatis, aut patris cœnobitici.
6 ¶Q; siquis insistat: verbo tale votum non exprimi, apertaque vocis prolatione, a suscipiente ordines sacros. neq; etiã a conferẽte ipsos ordines episcopo tale exigi votũ: sed tantũ admonitoriã proferri vocẽ, vt sacris insigniti ordinibus deinceps castam ducant vitam. Vnde igitur talis ad votum enascitur obligatio? ¶Illi satisfaciendum est hac respõsione, ꝙ nõ minus exteriora facta loquuntur & vim inducũt obligatoriã: q̃ verba ore prolata. Habẽt enim & opera ipsa suam locutionẽ: qua alijs quippiã insinuant, aut ea facientes ad aliquid constringunt. Suscipientibus autẽ sacros ordines: sensibilia aliqua signa admouẽtur & applicãtur ab episcopo illos conferente, quæ designant eos ad hos prouehi ordines. eademq; sponte suscipiuntur ab alijs: vt vestes sacræ, calix cum pane, libri sacri, & cætera id genus. Eorũ igitur exteriorũ signorũ susceptio volũtaria, quæ adibẽtur ab episcopo authoritatem habente vice ecclesiæ: est protestatio voti continẽtiæ, accedẽte ecclesiastico præscripto, neminem ad talẽ cõsecrationẽ admitti debere: nisi continentiã profiteatur. Perinde atque in religiosis, susceptio habitus monastici & professio regulæ monasterialis: obstringit eos ad obseruationem castitatis, votoq; obligat ad perpetuã illius custodiam.
7 ¶Et quoniam nulla est vocis, voti æditionem proferentis expressio, in ijs qui ad gradus sacrorum ordinum prouehuntur: nonnulli, eorum votum vocant tacitum, quantũ attinet ad vocis rationem. tametsi expressum sit: si signa externa attendantur. Nihilo secius haud minus est tale votum (quantumlibet voce tacitum sit) obligatorium: atq; si vocis oraculo & pręconio foret deprõptũ. Quemadmodum vicesima octaua distinctione libri decretorũ: cap. diaconi. ex concilio Anchyritano desumptus canon testatur: hoc modo. Quicunq; sane tacuerint, & susceperint manus impositionẽ, professi continentiã: si postea ad nuptias peruenerint, a ministerio cessare debebũt. hæc ibi. Ex quibus id habetur ratũ, ꝙ siquis in sui ad subdiaconatũ aut aliũ queuis sacrũ ordinẽ cõsecratione subticuerit, nõ exprimẽs se cõtinẽtiã recusare, sed suo silẽtio professionẽ illius approbãs: censetur illi voto astrictus. Neq; huiusmodi obligatio voti, ex protestatione aperta suscipiẽtis ordines maiores pẽdet: neq; ex ipsius episcopi cõsecrãtis iniũctio-

Cauilli aduersariorũ dissolutio.

Quomodo exprimitur votũ solẽne in susceptione ordinum

Anchyritanę synodi decretum.

ne aut iussione. qui tantūmodo exhortatur initiatos sacris, vt quod ipso facto vouerunt deo: integre & plene exhibeāt. sed potissimū ex ipsa con stitutione ecclesiastica: quę decernit tales eo teneri voto. ¶ Neq; itidē ro- 8
bur habet aut locum, aliorum tergiuersatio: causantium se cum sacros or dines essent suscepturi, prorsus ignorasse legem illam ecclesiasticā: qua obstringuntur illis gradibus insigniti ad continentiæ votum. & si illius

Alterius ca uilli dilutio

fuissent præmoniti: nunq̄ tali iugo sua colla subdidissent. ¶ Nempe hu iusmodi ignorantia, cum sit iuris & eorum quæ agenda sunt: nō excu- sat eos a peccato si voti sint transgressores. quin potius aggrauat eosdē, cum deberent illud exploratum habere: anteq̄ hoc iter ingrederetur. Nullus enim (nisi excors fuerit & mente captus) aliquod vitæ institutū debet assumere: si non prius exacte perquisierit rationem & modum ta- lis status, & quænam in eo præstanda sunt officia, aut opera subeunda. Q; siquis accuratam nō præstiterit vigilantiam, qua diligenti indagine talia prius inquirat, q̄ collum subijciat iugo: sibiipsi atq; inertiæ suæ ta lem imputet culpam, nō ecclesiasticæ sanctioni, quæ iam transactis mil- le annis & amplius, est toti mundo diuulgata: & diuturna cōsuetudine approbata. Perinde atq; religiosus postq̄ monachalem professus est vi- tam: si causetur se ignorasse tantā regulæ monasticę austeritatē quantam postea deprehēdit, & vbi eam ante habuisset perspectā vti nunc habet: nunq̄ submisisset se illius obseruantiæ, nequaq̄ recipiendus est cum hac sua expostulatione, nec audiēdus. Siquidem ante debuisset ipse adhibe re diligentiā cognoscendi omnia regulæ cœnobiticæ instituta: q̄ illi ser- uandæ se astrinxisset. Nunc autem cum manū misit ad aratrū: nō libe- rū est ei retro aspicere, nec resilire a proposito. Proinde si leuiter & incō siderate ædidit professionem illā regularē, prius sibi nō satis cōpertā: si- bi soli culpā eam totā ascribat. ¶ Itaq; ex ante dictis liquido cōstat, sa- 9
cerdotū cōtinentiam non ex sola pendere ecclesiastica cōstitutione: neq; ex sola voti ędítione. sed ex vtroq; illorū simul: tanq̄ duabus causis ad il lum vnū cōcurrentibus effectū. Professio tamen illa voti cōtinētiæ in sa- cerdotibus: suum habet exortū, robur & vim, ex sanctione ecclesiæ. quæ (vt sæpius dictum est) annexuit suo decreto: volentibus sacros ordines consequi, votum illud deo ædendum.

Lucæ. 9

Vnde pen- det votū cō tinentiæ in sacerdotib9

¶ Votum illud sacerdotalis continentiæ, esse indispensabile: neq; summi pontificis authoritate relaxari posse, aut concedi: q; sa- cris ordinibus initiatus ducat vxorem. Cap. XIII.

AT vero tam arctum est & firmum istud voti continen- tiæ sacerdotalis vinculum: vt nulla possit dispensatio- nis relaxatione etiam a summo pōtifice dissolui. Quod sequentibus quidem rationibus astruere annitemur: non vt præiudicium inferamus apostolicæ sedi, aut certas illi præscribamus potestatis pontificiæ metas.

cui hæc ipsa quæ scribimus: castiganda & examinanda humiliter submittimus. sed vt de hac materia admodum perplexa & controuersa (de qua complusculi scriptores: diuersa & interdum aduersa senserunt) meā
1 quoque cum bona omnium pace & venia, depromam sententiam. ¶ Sit itaq; hæc prima ratio. Ea quæ diuini iuris sunt & naturalis: nulla possunt dispensatione relaxari, cum non sit summi pontificis potestas supra ius diuinū aut naturæ: neq; extēdatur in illorum dissolutionem. Atqui sacro altaris ministerio consecratos continentiæ seruandæ astringi, & nō posse post ordinationem sui subire coniugij fœdera: iuris est diuini pariter & naturalis, vt in quinto & sexto capite præsentis libri diffuse mōstratum est. In huiusmodi igitur continentia: nulla cadit dispensatio.
2 ¶ Secunda. Diuina præcepta, nulla possunt hominis dispensatione sic relaxari: vt quis ab illorum obseruatione absoluatur, neque amplius sit obligatus ad illorum impletionem, potissimum in eorum genere operum: quæ per se & ex sua natura sunt mala: qualia sunt furtum, homicidium, adulterium, & similia. Diuinum autem præceptū est: vota deo ædita, integre seruari debere, iuxta illud psalmographi verbum. Redde altissimo vota tua. Rursum. Vouete & reddite: domino deo vestro. Secū dum etiā illud sapientis dictum. Siquid vouisti deo: ne moreris reddere. Displicet enim ei: infidelis & stulta promissio. Et multo melius est non vouere: q̃ post votū promissa non reddere. Et potissimū id locū habet: quādo tale votum est solenne, & per publicam in facie ecclesiæ emissionem: in manu potestatem habentis & ordinati ad illud in propatulo suscipiendum, factum. quale est votum continentiæ sacerdotalis. Nempe huiusmodi solenniter celebrati voti transgressio siue dissolutio: de eorum est numero malorū, quæ per se & ex sua natura sunt praua, propter decolorationem ecclesiastici status: & scandalum grauissimū quod inde potest emergere. Nō potest igitur votum illud sacerdotalis conti-
3 nentiæ: vlla dispensatione laxari. ¶ Tertia ratio. Munus ab aliquo, vltronee superiori domino oblatum: non potest inferior reuocare, aut irritum reddere. Alioqui quod princeps acceptauit domum: posset eius præfectus aut prætor pro suo arbitratu illi auferre. & eum qui se obstrinxit obsequio cæsaris aut regis, præstito publice sacramento fidei: absoluere ab huiusmodi iuramento & obligatione officij. Sacerdos autem cum consecraretur: deuouit se dei ministerio per continentiæ votum, quod sponte illi obtulit. Deuouit inquam solenni sacramento: quo corpus suum perpetuo cælibatui dedicauit, ac præsentanea oblatione deo exhibuit. Igitur summus pontifex, deo (qui est rex regum & dominus dominantium) longe inferior: non potest huiusmodi munus spirituale deo exhibitum reuocare, aut irritum facere per dispensationem: qua detur sacerdoti vxoris ducendæ facultas. Maxime reclamāte palā ipso deo: tali reuocationi, & dicente in euangelio, apud Matthæū.

Psal. 49
Psal. 75
Ecclēs. 5

Matth.22 Reddite quæ sunt dei: deo. Corpus autem sacerdotis iam deo per cōtinentiam cōsecratum: amplius nō suum (vt ita dixerim) sed dei est. quēadmodū Paulus ad Corinthios scribens de fugienda fornicatione: ait.
1.corin.6 Et nō estis vestri. ¶Quarta. Vas aliquod aut vestimentum, domus aut 4
aliud quippiam simile, quamuis inanimatum, cum semel fuerit domino cōsecratum: non potest amplius in vsus communes aut prophanos
Leuiti.27. accōmodari, secundum illud in Leuitico domini verbum. Quicquid semel deo cōsecratum fuerit: nō potest in alios vsus commutari. Corpus autem sacerdotis: vas est fictile in quo thesaurus animæ recōditur. Idē quoq;, vestimentum est materiale: quo obtegitur & adoperitur anima. Deniq; idipsum est domicilium: quod animam hospitem receptat & cōtinet, quādiu in stadio huius peregrinationis versatur. Vas inquam, & vestimentum & domus: animata, atq; mirifice per incolatum tāti hospitis nobilitata. Igitur cum illud fuerit domino per susceptionē sacrorū ordinum cōsecratum, vt illi seruitium impendat in cōtinentiæ perpetuæ candore: nō potest quoquo pacto in vsus cōiugij cōmutari, quod impedimento est exhibendi syncerum deo altaris ministerium. ¶Quinta ra- 5
tio. Id prorsus naturæ & rectæ rationi repugnat: quempiā postq̄ vni se sponte addixerit vitæ instituto, deiq; ministerio, superinducere aliū viuendi statum: qui præstet impedimētum priori, libere syncere & rite exequendo. Tunc enim & manciparet se alicui officio: & deinde implicaret se obstaculo illius recte obeundi. Vinculū autem cōiugale: magnum præstat impedimentum sacerdotali ministerio, pure & integre exhibendo. vt multipliciter ostensum est: ex septimo capite primæ epistolæ ad
1.corin.7 Corinthios. cum admonuerit Paulus coniuges, orationi vacare volentes: abstinere ad tempus ab vsu coniugij. & addictos nuptijs dixerit ibidem multis esse implicatos solicitudinibus: animoque diuulsos. Igitur postquam deuouerit se quispiam ministerio altaris, sine mundi solicitudine exercendo: dissonum est rationi, naturæque ordini aduersatur, q̄ superinducat vxorem & implicet seipsum sarcinæ nuptiali. Non potest igitur summus pontifex: illud cuiquam indulgere. ¶Sexta. In 6
tertio libro epistolarum decretalium, titulo de statu monachorum & canonicorum regularium. cap. cū ad monasterium. circa eius finē dicit Innocentius tertius, apostolicæ sedis quondam moderator. q̄ abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali: vt contra eam nec summus pōtifex possit licentiam indulgere. Ex quo loco ita nectitur ratiocinatio. Abdicatio proprietatis & votū castitatis: æquo vinculo obligāt religiosum, iā professū vitā monasticā. Sed de abdicatione proprietatis: nō potest summus pōtifex (vt hic ait Innocentius) dispensare cum monacho. Ergo consimili ratione, nec de voto castitatis potest cum eodem relaxationem facere: nec eidem indulgere q̄ ducat vxorem, vt etiam idem ibi attestatur. Atqui non minus obligatoriū

aut arctum est votum castitatis in sacerdote: q̄ in religioso. cum vtrūq; sit solēne: & in præsentaria rei deo dicatæ oblatione. Igitur neq; dispēsatoria relaxatione: potest summus pontifex votum castitatis in sacerdote
7 dissoluere. ¶Septima ratio. Sicut monachus recipiēs habitū a suo præposito cū professione vitę monasticæ: trāsfert potestatē sui corporis in dominiū sui abbatis aut prioris, per obedientię cæterorūq; votorū æditionē: ita q amplius non sit sui iuris. Ita subdiaconus recipiēs ab episcopo calicem & alia exteriora signacula in susceptione sacri ordinis: transfert potestatē sui corporis in dominiū dei, & in altaris obsequiū, & quodāmodo in manus episcopi. qui vice dei recipit illā sui corporis cōsecrationē in dei ministeriū: a subdiacono factā. immo ipse subdiaconus facit ibi vnū contractū spiritualē cum deo: in manibus episcopi, recipiētis vice & loco dei illū contractū mysticū. Non igitur potest ipse amplius tradere per nuptias: potestatē sui corporis, vxori. quia tūc illud auferret a deo, & traderet alteri, quod omnino est rationi & honesto dissonum. Sicut igitur nō potest summus pontifex relaxare per dispensationem, votum castitatis in religioso: quemadmodū ex testimonio Innocentij tertij, in præcedente ratione est monstratū. Ita nec idem votum potest dissoluere summus pontifex in eo: qui sacris ordinibus est addictus, cū sit vtrobiq; Per sacros ordines traditur corp⁹ in dei ministerium.
8 idem iudiciū. ¶Octaua ratio. Votum simplex soli deo & vouēti innotescit: neq; aliquibus indicijs ecclesię aut hominū societati constat, cū sit clācularium, occultū & priuatū. Vnde non est in eo cū æditur, quispiā publica authoritate illā promissionē deo factā recipiēs a vouente: quoniā suapte natura secreto fit, & ergo illud ipsum: tātūmodo quantū ad deū est obligatorium. Solēne vero votum nō deo soli sed & ecclesiæ & hominibus palam insinuatur: & certis quibusdā signis, illis indicatur. q fiat in propatulo & in ipsa facie ecclesiæ: necnon corā eo publicæ functionis prælato, qui tanq̄ dei ea in re vicarius illud e manu vouentis (vt ita dixerim) suscipit. Nempe in sacrorum ordinū collatione est episcopus, vice dei recipiēs in manibus suis votū cōtinentiæ ab ijs: qui sancto altaris ministerio consecrantur & addicuntur. Et in cœnobiticę vitę professione, pater monasticus designatur vt publicus religionis immo & dei minister: ad vota recipienda ab ijs qui agendæ illius vitæ conditionem & disciplinam subeunt. Quocirca huiusmodi votum solenne magis obligatorium esse dinoscitur: q̄ simplex, q non solum quo ad deum, sed & quantum ad homines & ecclesiam obliget. & tanta quidem obligationis arctitudine: q non possit eam summus pontifex relaxare. propter labefactationē status & ordinis ecclesiastici & monastici: quæ exinde enasceretur. propter etiam scandalum quod suboriretur ex dissolutione ipsius voti solēnis: ob quam facile possent alij induci in contemptum & paruipensionem constitutionū ecclesiasticarū, quæ tandem sensim ea via pessum irent. At vero talia incommoda formidanda non sunt, q emer- Votū solenne, magis esse obligatoriū: q̄ simplex.

gant ex relaxatione voti simplicis:quod ipsi ecclesiæ nequaquam innotescit. Et ergo rationabili & legitima occurrente causa: potest ipse summus pontifex obligatorium ipsius vinculum relaxare. ¶Nona. Historia passionis sancti Matthęi apostoli & euangelistæ refert: ꝙ postquam rex Aethiopum Eglippus (qui per eundem apostolum cum toto regni sui populo ad fidem cōuersus fuerat:baptismumq; susceperat)senio grauis & plenus dierū migrauerat ad dominū:succedēs illi in regno eodē Hirtacus,mirum in modum cōcupiuit habere in vxorem,Iphigeniam regis Eglippi filiam.quæ iam deo consecrauerat suam virginitatem, & a sancto Matthæo sacrum acceperat velamē:multarumq; virginum eandem professarum vitæ regulam choro,præposita in monasterio fuerat. Itaq; vt voti compos euaderet,institit apud sanctum apostolum magna importunitate,petiuitq; ab eo oblata ipsi dimidia regni sui parte:vt persuaderet Iphigeniæ ꝙ cōsentiret in nuptias suas,neq; recusaret sibi thoro coniugali sociari. Cui respondit apostolus. Cum scias o rex Hirtace Iphigeniam filiam regis antecessoris tui,sponsam regis cælestis effectā, & sacro velamine consecratam:quomodo potes sponsam longe potētioris te regis tollere,& tuo eam matrimonio copulare? Quod responsum ægro ferens animo rex,indignabundus abscessit:statimq; milites armatos misit qui apostolum obtruncarent.& ita feliciter suum consummauit in domino martyrium beatus Matthæus. Ecce maluit sanctus apostolus corporalē subire mortem:q̄ permittere ꝙ virgo dedicata deo traduceretur ad nuptias seculi. Nōne igitur cōsimili penitus ratione,summus pontifex nunq̄ debet admittere:ꝙ cōtinentiam professus siue in altaris sacro ministerio,siue in monasticæ vitæ disciplina,dissoluto voti solennis vinculo,subeat iura cōnubij:proditaq; castitate implicet sese coniugio? ¶Decima & postrema ad idem propositum fulciendum ratio. 10

Eglippus. Hirtacus. Iphigenia. Sanctus Matthęus.

9

Cum inter doctores probatos,sacrosq; scriptores,super aliqua re agenda,est controuersia: vt hi illam licitam censeant,illi vero illicitam, tum pars tutior & securior atq; in qua minus est periculi: est eligēda ab ijs, qui animarū suarū saluti recte consulere volunt. Atqui siquis post votū solenne castitatis emissum in susceptione sacrorum ordinum: nullam a summo pontifice petat illius voti dispēsationem,sed studeat ad finē vsq; vitæ,sine nuptiarum copula,consecratam deo suam castitatem illabefactam seruare:secura nauigat aura, neq; vllis scrupulorum occurrit scopulis. Qui vero curauerit tale sibi votum relaxari vt ducat vxorem:ambiguus relinquitur animoq; suspensus, an tuta incedat via,& vtrum talis dispensatio probetur a supremo diuinæ maiestatis consistorio. cum nōnulli haud incelebres authores: dicant hāc relaxationē minime fieri posse. Est igitur ea pars potius amplectēda,pro trāquilla quiete consciētiæ:quæ perhibet hanc dispensationem fieri non posse. Et huic sententiæ,tanq̄ rectæ rationi cōsentaneæ,atq; dei honorem ecclesiæq; decorem

magis promouenti: adhærendum censeo. Ex qua protinus nostrum cõficitur, de indispensabilitate voti continentiæ: in ijs qui ministerio altaris consecrati sunt, propositum.

¶Rationum, quibus nonnulli contendunt: votum continentiæ in ijs qui sacris ordinibus initiati sunt, per summum pontificem relaxari posse: dissolutio. Cap. XIIII.

CAeterum non est integre nec solide confectum, quod modo proposuimus: nisi aliorum etiam insignium doctrina virorum rationes diluantur. quibus contẽdũt, non quidem regulariter & sępe, sed interdum & in casu necessitatis aut magnæ vtilitatis inde enascituræ: fieri posse relaxationem voti, continentię sacerdotalis, summiq; pontificis indultu: posse sacros ordines consecutis, nuptiarum
1 facultatem concedi. ¶Itaq; prima eorum ratio, & contra ea quæ dicta sunt obiectio: est huiusmodi. Votum simplex non minus obligat hominem coram deo: q̃ solenne. quoniam non differunt illa duo votorum genera, nisi secundum ritũ & cærimonias solennitatis exterioris, ab ecclesia inductas: de quibus cum iuris sint positiui, potest summus pontifex dispensare. Atqui omnium confessione: votum simplex potest summus pontifex dispensatoria concessione relaxare. Ergo consimili iure: potest dissoluere & votum solenne. quare & sacerdoti indulgere facultatẽ ducẽdi vxorem, vbi idipsum efflagitat causa vrgens & constringens. ¶Responsio. Primo loco assumpta propositio, si intelligatur quantũ ad obligandi coram deo & hominibus arctitudinem & districtam habitudinẽ: nullatenus est admittenda. quoniam in octaua præcedentis capitis ratione monstratum est: votum solenne multo strictius hominem obligare q̃ votum simplex. Nam tametsi apud deum æqualiter obliget vouẽtem hoc & illud: nõ tamẽ apud homines. Cũ enim votũ solẽne: & apud deum obstringat vouentẽ, & apud homines atq; ecclesiã. simplex vero, solum apud deũ & non apud homines: vt quibus ex sua natura sit ignotum. nonne magis obligatorium censeri debet votum solẽne: q̃ simplex? Si vero prædicta propositio intelligatur quantum ad reatus æqualitatem secundum genus peccati, in præuaricatione vtriusq;: est admittẽda. quoniã qui præuaricatur votum simplex: peccati mortalis incurrit reatum, sicut & is qui trãsgreditur votum solenne, q̃uis hic longe grauius peccet. Quemadmodũ similiter id dici assolet: q inter simplicem loquelam & iuramentum non facit deus differentiã. sicut recitat author libri decretorum: vicesima secunda, quæstione quinta, cap. iuramenti. ex Ioãne Chrysostomo, in hunc modum. Dominus inter iuramentum & loquelã nostram: nullã vult esse distantiã. quia sicut in iuramento nullam vult esse perfidiã: ita quoq; in verbis nostris nullum debet esse mẽdaciũ. quia vtrunq;, & periuriũ & mẽdaciũ: diuini iudicij pœna dãnatur. hæc

Votum solẽne, magis obligare hominẽ, q̃ simplex.

Chrysostomus.

ibi. Attamen periurium: mendacio est longe grauius. Sic voti simplicis & solẽnis, trãsgressio: peccati lethiferi & cõsequenter æternæ pœnæ reũ constituit hominem. Et ergo non minus dicitur obligare votũ simplex: q̃ solẽne, apud deum. quoniam vtriusq; violatio: diuini mãdati est trãsgressio. Quam quidẽ intelligentiam assignat glossa in epistolis decretalibus: titulo. qui clerici vel vouẽtes. cap. rursus quidã. vbi exponit prędictam propositionẽ. votum simplex non minus obligat q̃ solẽne. in litera dicti capitis adductam. Potest & illa similis vtriusq; voti obligatio intelligi: quantum ad durationem temporis ipsius obligationis in ambobus. quoniam tam simplex votum q̃ solẽne, obligat vouentem perpetuo, id est pro toto reliquo suæ vitæ & residuo tempore, ad obseruationem ipsius voti, siue simplicis siue solennis: vt sit in vtroq; æqua obligationis quãtum ad tempus, mẽsura. Porro negãdum est penitus quod subiungit præsens obiectio: simplex scilicet votum & solenne non discrepare abinuicem: nisi secundũ ritus & cærimonias solennitatis, quæ fiũt in voto solẽni. Nam vt in octaua præcedentis capitis ratione est declaratum: votum solenne secundum arctiorem obligãdi rationem & constrictiorem, differt a simplici. q; hoc apud deum solum: illud vero apud deũ & homines vouentem obstringat. ¶ Secunda obiectio. Voluntates nostræ debent esse subiectæ voluntati summi pontificis: secundum illud dictum apostoli. Obedite præpositis vestris. Ergo in omni emissione voti: subintelligi debet voluntas summi pontificis. Igitur si summus pontifex reclamet voto solenni iam facto, absoluẽs eum qui vouit, ab illius obseruatione: non amplius ille obstringitur illius voti vinculo. Quare potest sacerdoti indulgeri ab ipso papa facultas subeundi fœdus coniugale. ¶ Responsio. Assumpta propositio locũ habet dũtaxat in ijs: quæ sunt secundum deũ, rectaq; & licita. Voti autem iam emissi dissolutio: diuino aduersatur præcepto. quare si præciperet summus pontifex aut permitteret voti solennis dissolutionẽ: non esset illi ea in re protinus obtemperandum: sed domino, præcipienti perq̃ frequenter in sacris literis vota sibi facta integre reddi & persolui. Quod vero primo cõcluditur loco, in omni scilicet emissione voti subintelligendam esse voluntatẽ summi pontificis: prorsus est abnuendum. quoniam si ita se res haberet: nemo posset deo votum solenne religionis aut cõtinentiæ sacerdotalis vnq̃ ædere, nisi habito prius super hoc cõsensu summi põtificis expresso. Et ita necessarium esset vnũqueq; volentem profiteri religionem monasticam, aut sacro altaris ministerio se deuouere: cõsulere summũ põtificem super eo negocio, & eius ab eo cõsensum postulare. Qz si summus pontifex refragaretur illius petitioni & pio desiderio: nõ posset ille quantũcunq; a deo vocatus occulta inspiratione ad solitudinẽ monasterij, aut ecclesiasticam sortem: diuinæ vocationi obedire. Quod sane absurdum est & irrationabile: cum scriptum sit, q; obedire oportet magis deo q̃ ho-

Quomodo votum simplex & solẽne equaliter obligant.

Hebræ. 13.

Psal. 49
Psal. 75
Ecclẽs. 5

Actuũ. 4

minibus. Et sane idipsum, in omni scilicet voto subintelligendam esse voluntatem summi pōtificis: persimile est atq; siquis dixerit, neminem posse regi supremoq; principi munus aliquod vltroneū offerre: nisi pręfecto ipsius principis & prætori eius id placeat. quo quidem reclamante: nemo spōtanea oblatione posset regiam maiestatē aliquo donare mu-
3 nere. quo nihil absurdius. ¶ Neq; quispiam recte hic obiecerit ex tricesimo capite libri Numeri, filiam in annis puellaribus domoq; paterna cōstitutam: nō posse quippiam vouere sine cōsensu tacito vel expresso sui patris. neq; vxorem se voto cōstringere itidem posse: citra viri sui cōsensum. qui vbi resciuerit votum ab vxore emissum & extemplo cōtradixerit: denunciatur oraculo diuino illa nō esse voti rea, nec suæ pollicitationi adimplendæ obnoxia. Siquidem ex his sacræ paginæ dictis non probe cōficiet, quenq̄ nō posse deo votū ædere: nisi explorata super hoc & habita summi pōtificis volūtate. Nempe & filia in annis puerilibus subdita est patri, & vxor suo viro: lege diuina & naturali, in domestico regimine & conuictu. Quare nec hæc nec illa possunt alicui se voto astringere: nisi accedat cōsensus patrisfamilias & mariti. At nō eo modo summus pōtifex est dominus eorum: qui annos pubertatis attigerunt & liberæ sunt cōditionis. sed suæ relinquūtur libertati, vt id aggrediantur vitæ genus quod ipsis cordi fuerit: & alicuius voti sacramento se cōstringant si animo eorum sederit, nō postulato ipsius super hoc consensu, aut petita facultate. Vnde cum potestas prælati spiritualis, vt puta summi pōtificis (qui nō est dominus: sed dispensator ministeriorum dei) sit in ædificationē ei collata, & nō in destructionem: vt testatur apostolus in secunda ad Corinthios epistola. sicut nō potest ipse prælatus ea imperare, quæ secundum se & suapte natura deo displicēt: scilicet peccata & transgressiones diuinorum præceptorum. ita nec ea prohibere potest: quę secundum se & ex natura sua sunt bona, vtpote virtutis opera. De horum autem bonorum genere sunt vota: rationabiliter & legitime facta. Quare potest homo simpliciter & absolute se voto obligare ad agēda particulatim aliqua virtutis officia: nō explorata ipsius supremi ecclesiæ præsidis super hoc negocio voluntate aut cōsensu. Et hæc eadē est beati Thomæ Aquinatis sentētia: in secūda secūdę, quæstione octogesima octaua, articulo duodecimo: iisdem pene verbis ibidē expressa.
4 ¶ Tertia obiectio. Si nō posset summus pōtifex quodcunq; votū etiam solenne per dispensationem relaxare: id potissimum esset, quia votū deo factum: iure diuino pariter & naturali est reddendum, vt vna rationum oppositæ partis obtendit. At ea ratio sufficienter id nō cōuincit. alioqui de nullo voto etiam simplici, posset summus pōtifex cum aliquo dispēsare: cum & illud diuino iure etiam sit reddendum. & redditio vnius voti nō est magis de iure diuino: q̄ redditio alterius. Et ita tandem eo deducetur argumentum: q; vel de omni voto possit papa dispensare: vel de

Nume. 30

Vota, absolute & citra superioris expressū cōsensum: fieri posse.

2. corin. 10.

Thomas Aquinas.

nullo. Non est autem danda secunda pars, quod de nullo possit: cum sit manifeste falsa. Admittenda est igitur prima: quod omne votum possit dispensando relaxare. Neque eo per tergiuersationem est cōfugiendum, aliquod votum laxari non posse summi pōtificis authoritate: quoniam solēniter est deo exhibitum. Nam solennis illa æditio est ex cōstitutione ecclesię, & ita de iure humano: supra quod ipse supremus ecclesiæ præses habet authoritatem. potest igitur ipse: huiusmodi ius relaxare. ¶ Respōsio. 5
In ea quæ primo loco assumitur propositione, non tota & integra redditur causa: quare nō possit ipse papa quoduis votum relaxare. sed adijciendum insuper esset, aliquod esse voti genus quod fit per publicam rei promissæ exhibitionem a vouente factam: & per illius rei oblatæ receptionem a prælato, vice dei prę̄stitam. Ex qua oblatione præsentanea & receptione publica, cōtrahitur tantum obligationis vinculum inter illū & ecclesiam per modum cuiusdam spiritualis contractus: quod non possit ipse papa illud dissoluere, sicut neque initum matrimonij fœdus. cum sit huiusmodi vinculum tanquam matrimonium quoddam spirituale inter hominem vouentem, & deum pariter & ecclesiam: acceptantem votū per manus prę̄lati, tanq̄ sui vicarij. Atqui non in omni voto fit talis rei promissæ exhibitio manifesta a vouente: & receptio factæ promissionis a prælato, vice dei & ecclesiæ. quandoquidem in voto simplici solum est promissio seruandæ castitatis, aut religionis monasticæ subeundæ, facta deo clanculum atque secreto: & non in ipsa facie atque cōspectu ecclesiæ aut prælati, qui in manu sua talis voti professionem suscipiat. Hinc votum simplex (vt sępius ante est dictum) obligat vouentem dūtaxat quo ad deum. Solenne vero: & quo ad deum, & quo ad homines atque ipsam ecclesiam. Et propter hoc duplex obligationis vinculum, tanta ipse vouens cōstringitur ad id indissolute obseruandū arctitudine: vt nō queat vel ipsa summi pōtificis authoritate relaxari. quoniam idipsum cederet in graue rei ecclesiasticæ & religionis monasticæ detrimentum, iacturā & dispendium: & vtrūque statum vehementer decoloraret. Esto igitur quod votum solenne nō magis sit iuris diuini q̄ simplex: habet tamen illud annexam sibi vnam circunstantiam, arctioris scilicet & strictioris obligationis & quodam modo geminæ. ob quam nō cadit in illud dispēsatio: sicut in votū simplex. Neque celebris ipsa & publica voti exhibitio, quæ fit per certos ritus in voto solenni ex ordinatione ecclesiæ: præcipua est & tota causa, quare nō possit summus pōtifex illud relaxare. sed & hæc illi superaddenda est ratio: quoniā per huiusmodi solennitatem cōtrahitur publica obligatio sic vouentis ad ipsam ecclesiam, vltra illam qua deo obligatur. Vnde propter hunc geminum obligationis nexū, & inhonorationem ecclesiæ ex huiusce nexus dissolutione formidandā: enascitur potissimum hæc indispensabilitatis ratio. ¶ Quarta obiectio. Sacris ordinibus insignitum nō posse cōtrahere matrimonium: ex cōstitu- 6

Quare ī voto simplici potest fieri dispēsatio: & non in solenni.

tione eſt eccleſiæ,quæ omnem huiuſmodi ſortis virum ſanxit illegiti-
mum & inhabilem:ad contractum nuptialem ineundum.vt doctorum
ferme omnium de hac materia diſſerentium: eſt ſententia. At eccleſia
habet ius & authoritatem ſupra ſuas conſtitutiones:vt poſſit eas tollere
ex rationabili cauſa aut mutare,vel in illis diſpenſare.quemadmodum
& princeps ciuilis leges a ſe latas relaxare poteſt:occurrēte legitima cau
ſa.Igitur eccleſia poteſt ſacris ordinibus initiatū rurſus reddere & de-
clarare legitimum ad nuptias cōtrahendas:& ita definire atqꝫ indulge-
re,ꝙ ſacerdos ducat vxorem.¶Reſpōſio.Qꝛ altaris miniſterio cōſecra
tus, ſit illegitimus atqꝫ inhabilis ad ducendam vxorem:non ex ſola pen
det eccleſiæ cōſtitutione.ſed prius ac principalius ex iure diuino & na-
turali:definiente miniſtros altaris debere a nuptiarum vinculo eſſe libe
ros & abſolutos.ſicut in quarto & quinto pręſentis libri capitibus:diffu
ſius eſt deductū.At ſupra huiuſmodi conſtitutiones ſuas, quæ ex diui-
no iure habent ortum,illudqꝫ apertius declarant:eccleſia nullam habet
diſpēſandi aut mutandi authoritatem, cū non ſit illi permiſſa poteſtas:
quæ iuris ſunt diuini,in oppoſitum permutandi aut relaxandi.ſed da-
tū ei a domino præceptū:ea ipſa in ſua integritate conſeruandi,illabefa-
ctaqꝫ cuſtodiendi. Non poteſt igitur eccleſia ſacrum altaris miniſtrum
iam deo dicatum:declarare idoneum ac legitimum ad ſocietatem coniu

Iure diuino & naturali nuptias ſacerdotibus eſſe vetitas.

7 galem.¶Ex hac autem reſponſione:haud difficile fuerit diſſoluere ra-
tionem doctoris ſancti,Thomæ Aquinatis.qua nititur oſtendere:votū
ſolenne continentiæ in ſacris dei miniſtris eſſe diſpēſabile per eccleſiam.
cum in ſecunda ſecundæ,quæſtione octogeſima octaua, articulo vnde-
cimo:in ipſius quæſtionis diſſolutione,hæc proponit. Eſt ergo conſide-
randum: vtrum continentia ſit eſſentialiter annexa ei ad quod votum
ſolenniſatur.quia ſi non eſt ei eſſentialiter annexa: poteſt manere ſolen-
nitas cōſecrationis ſine debito continentiæ.quod non poteſt contingere:
ſi ſit tale debitum eſſentialiter annexum ei ad quod votum ſolenniſatur.
Sed non eſt eſſentialiter annexum debitum cōtinentiæ,ordini ſacro:ſed
ex ſtatuto eccleſiæ.Vnde videtur: ꝙ per eccleſiā poſſit diſpenſari in vo-
to continentiæ, ſolenniſato per ſuſceptionem ſacri ordinis. Eſt autē de-
bitum continentię,eſſentiale ſtatui religionis:per quem homo abrenū-
ciat ſeculo,totaliter dei ſeruitio mancipatus.quod non poteſt ſimul ſta-
re cum matrimonio:in quo incūbit neceſſitas procurandę vxoris & pro-
lis & familiæ,& rerū quæ ad hoc requirūtur.Vnde apoſtolus dicit pri-
mæ ad Corinthios ſeptimo,ꝙ qui eſt cum vxore: ſolicitus eſt quæ ſunt
mūdi,quomodo placeat vxori,& diuiſus eſt. Vnde nomen monachi ab
vnitate ſumitur:per oppoſitum ad diuiſionem prædictā.Et ideo in vo-
to ſolenniſato per profeſſionem religionis: non poteſt per eccleſiam di-
ſpenſari.Et rationem aſſignat decretalis:quia caſtitas eſt annexa regulę
8 monachali.Hæc ſanctus Thomas ibidem.¶In quibus quidem verbis

Thomas Aquinas.

1.corin.7

admodum probo: ꝙ sentiat votum castitatis emissum in professione religionis monasticæ, per ecclesiam dispensari non posse, & hac in te lubẽs ei subscribo. Non autem vsqueadeo probandum censeo (cum bona eius venia & pace dixerim) ꝙ sentiat votum castitatis deo æditum in susceptione sacri ordinis: per ecclesiam relaxari posse. cũ idem videatur esse de vtroq; voto solẽni iudicium: eademq; ratio. & non minus essentialiter annexum iudicari debeat continentiæ debitum ordini sacro: q̃ professioni religionis. Enimuero nõ ex solo statuto ecclesię annexũ est debitũ cõtinẽtiæ ministerio sacri ordinis: vt ipse beatus Thomas videtur in verbis supra dictis innuere, verũ etiã ex iuris diuini & naturalis dictamine, queãdmodũ supra diffusius est mõstratum. Quod autẽ alicui ex diuinę naturalisq; legis sanctione cõiunctũ est: nõne eidem essentialiter annexum cẽseri & dici debet? Quid enim copulatius dederis aut constrictius: q̃ quod diuini iuris & naturalis vinculo, alteri coadunatũ est & coalitũ? ¶ Pręterea, quemadmodũ omnimoda seculi abrenunciatio, quam facit profitens disciplinam monasticam: repugnat cõditioni matrimonij, vt in verbis suis modo citatis præclare testatur sanctus Thomas. haud aliter debita sacro altaris ministerio munditia corporis & animi, & hostiam illam sacratissimã cõtrectandam decẽs interior & exterior hominis puritas: nõ secum rite admittit maritale cõsortium atq; officium coniugale. Quoniam vt omniũ penitus sanctorum patrum est sententia: castitas coniugalis haud est sufficiens ad illã sanctimoniæ plenissimam hostiam in sacro altari contrectandam & cõsecrandã. ¶ Rursum, qui diuini altaris ministerio dedicatus est: etiã solicitudinibus huius mundi exutus esse debet & curis seculi, vt se totum impendat obsequio dei, cui seipsum prorsus addixit: haud multo minus q̃ qui arctitudinem subijt cœnobiticam. quemadmodum expræcedentibus locis abunde iam constat: & ex eo etiam Pauli verbo non obscure colligitur. Nemo militans deo: implicat se negocijs secularibus. Quocirca cõditio & status matrimonij non minus aduersari videtur ob graues curas sibi annexas, ministerio sacrorum ordinum: q̃ professioni religionis. & eodẽ prorsus iure censendum est (quantum arbitror) votum continentiæ in sacro ordine, sicut in religionis professione: indispensabile. Vnde cũ idem eximius doctor, in septimo articulo prędictę quæstionis, probe sentiat: solennitatem voti siue in sacri ordinis susceptione, siue regulæ monasticæ professione, consistere in consecratione siue benedictione vouẽtis: quę ex institutione apostolorum speciatim illi adhibetur. Et de ijs quæ ex apostolorum traditione per continuam temporum successionem & assiduam obseruationem ad nos emanarunt: non sit facienda per ecclesiam relaxatio, ꝙ illa a primis ipsius fundatoribus sint deductitia: videtur sane consequens esse, neutrum eorum votorum dispẽsari posse. ¶ Quinta 9
obiectio. Addictum altaris ministerio, esse destitutũ facultate subeũdi

Votũ continentiæ essentialiter esse annexum sacro ordini.

2.timo.2

Thomas Aquinas.

coniugium,& ad id haberi illegitimum:prouenit ex constitutione ecclesiæ. Ergo ante huiusmodi cōstitutionem ecclesiasticam: non erat ille inhabilis nec illegitimus ad nuptias.quare sacro altaris officio mancipati:erant tunc ad coniugales contractus legitimi & habiles, & per consequens aliquando vtpote ante huiusmodi constitutionem:licitum fuit sortitis sacros ordines,ducere vxores in thori socias. Atqui ecclesia potest suis ministris restituere facultatem & libertatem quā illis ademit.quoniam non minor est eius potestas ad reddendum quod abstulit suo deditis ministerio:q̄ ad illud primo auferendum.Igitur sacri altaris ministri possunt per ecclesiæ authoritatem restitui in pristinam libertatem:& declarari idonei atq; legitimi ad cōtractus nuptiales ineūdos,& ita poterunt sacerdotes rursum ducere vxores. ¶Responsio. Huic cauillo, quoniam nō multum discrepat secundum sententiam a præcedēte:consimilis quoq; præcedenti assignanda est responsio.vtpote non ex sola ecclesiæ constitutione id dependere: ꝙ sacrum altaris sortiti ministerium, sint illegitimi ad fœdera coniugij cōtrahenda. sed potius & prius ex diuino iure & præcepto,iubente suos ministros sanctos esse & mūdos:panemq; sanctum contrectantes, a cōtagio carnis esse debere alienos.quēadmodum supra ex veteris testamenti figuris, & ex verbis apostolicis in septimo capite primæ ad Corinthios epistolæ conscriptis:multipliciter est deductum. Quocirca negandum est:ꝙ ante huiusmodi constitutionem ecclesiasticam,prohibentem sacris dei ministris nuptias:illi erāt idonei & liberi ad fœdera connubij cōtrahenda. quoniam ante huiusmodi declarationem ecclesiæ:erat ius diuinum pariter & naturale illud prohibens.quibus accedens ecclesiastica sanctio, potius vtrūq; ius ante positum explicuit:q̄ de nouo illud instituit.quandoquidem ab exordio legis euangelicæ non leguntur vnq̄ viri iusti & timorati : post sui consecrationem subijsse connubium.Insuper abnuendum est:ecclesiam posse suis ministris restituere libertatem: contrahendi nuptias. tum quia nunquam illam habuerunt facultatem:ꝙ post sui ordinationē ducerent vxores. tum etiam quia non potest ecclesia diuinum ius & naturale rescindere aut abrogare: cui sua constitutio de sacerdotum cōtinentia,innititur.& ergo manere debet inuiolata.

Ex sacra scriptura deduci continentiam sacerdotum.

¶Aliarum rationum,votum continentiæ sacerdotalis esse dispensabile,contendentium:dissolutio. Cap.XV.

SVnt & aliæ quoq; rationes aduersam partem tutantium: quibus annituntur conuincere,votum continentiæ in sacris templi ministris , summi pontificis authoritate relaxari posse.Sit itaque hæc suo ordine ad præcedētis capitis cauillos:sexta obiectio. ¶Quēadmodum sacris ordinibus insigniti, sunt inhabiles & illegitimi ad fœdera cōiugalia contrahenda:ita tertio aut quarto gra-

du consanguinitatis adinuicem propinqui vir & mulier, ad societatem thori ineundam & matrimonij vinculum sunt inidonei & illegitimi. sicut etiam aperte declarat cap. non debet. titulo de cõsanguinitate & affinitate. in epistolis decretalibus. Sed ecclesia aut summus põtifex potest auferre hanc secundam prohibitionem, & dispensatoria concessione indulgere ijs qui eo sanguinis gradu cõiuncti sunt: ꝗ adinuicem possint contrahere matrimonium, occurrente legitima causa. Ergo idem potest concedere papa sacris dei ministris: illosq; reddere legitimos & habiles ad coniugium rite & licite subeundum. ¶Responsio. Non est omnino consimilis ratio in ijs qui dicta sanguinis propinquitate sunt coniũcti, & in addictis ministerio altaris: quantum ad nuptiarum prohibitionẽ. Nempe tertio aut quarto consanguinitatis gradu coniũcti, solo iure humano ac positiuo secluduntur a nuptijs adinuicem contrahendis: & nõ iure diuino in sacris literis expresso, aut ex eis aperte deducto. Quare superueniente rationabili causa: potest summus pontifex per dispensationem concedere illis facultatem coniugij adinuicem ineundi. Ministerio autem altaris consecrati, non solum humano iure sed & diuino & naturali, vetantur a societate nuptiali: quemadmodum sæpius ante est dictum. Et ergo non potest illis a quopiam indulgeri facultas: ducendi vxores. ¶Septima obiectio. Petrus vxorio alligatus vinculo, superstite vxore & consentiẽte: potest sacris ordinibus insigniri. quod vbi factum fuerit: vterq; eorum & Petrus & vxor eius obligantur ad perpetuã continentiam deinceps seruandam, secundum doctorum omniũ sententiã & ecclesiæ determinationem. Atqui cũ Petro sic ad sacros ordines post coniugium promoto, potest dispensare summus pontifex vt vtatur matrimonio ante cõtracto: officiumq; coniugale præstet suæ cõiugi. Ergo consimili ratione poterit ipse papa dispensare cum Paulo sacerdote, nõ astricto coniugij vinculo: vt post sui ordinationẽ ducat vxorẽ. ¶Respõsio. Non est etiam hic consimilis ratio in Petro & Paulo: secundũ propositã hypothesin. Nam Petrus post initum coniugij fœdus sacros suscepit ordines: quibus mancipati circa primitiuæ ecclesiæ tempora, non prohibebantur ab vsu coniugij ante contracti. Et ergo facilior esset illic dispensationis locus, quoniam prohibitio officij coniugalis in consecratis officio altaris: est postea superinducta per Syritij & Innocentij sanctionem. Paulus vero nullo obstrictus fœdere cõnubij, accepit consecrationem in ministerium altaris: post quam & diuino iure & naturali & humano interdictum est illi coniugium. quare non est data cuiquam facultas: triplex illud obligationis vinculum relaxandi aut dirumpendi. Verũtamen non absurde etiã meo iudicio respõderet huic cauillationi: qui inficiaretur summum pontificem in prædicta hypothesi posse ipsi Petro indulgere facultatem vtendi coniugio, post sui promotionẽ. Nã Petrus ipse non minus ꝗ̃ Paulus, in susceptione sacrorum ordinũ ædi-

Multum refert si cõiugatus ordinetur: aut ordinatꝰ ducat vxorem

dit votum perpetuæ cōtinentiæ: per præſentem rei oblatæ exhibitionē, & illius ab epiſcopo voti receptionē. Similiter & vxor Petri conſentiens in viri ſui promotionem ad ſacros ordines: etiā perpetuam profeſſa eſt continētiam. Quocirca non videtur ipſi apoſtolicæ ſedis præſidi relicta nec indulta facultas relaxandi tale votum in Petro: ſicut nec in Paulo.

3 ❡Octaua obiectio. In ſacris ordinibus conſtitutos non poſſe coniūgi nuptijs: aut iuris eſt humani aut diuini. Si iuris ſit humani: poteſt ſummus pontifex occurrente caſu particulari illud relaxare, & de illo diſpēſare. cum dicat Innocentius tertius in epiſtolis decretalibus, titulo de conceſſione præbendæ. cap. propoſuit, de ſummis pontificibus loquens. Nos qui ſecundū plenitudinem poteſtatis: de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare. Si autē dicatur illa prohibitio nuptiarum ſacris indicta miniſtris, eſſe de iure diuino: non videtur huiuſmodi dictum eſſe vero conſonum. Non enim id dari poſſit, ꝙ hoc ſit de iure diuino proprie dicto & in primo gradu: cum idipſum non contineatur expreſſe in ſacro canone ſcripturæ, nec ex contentis in eo poſſit recte inferri aut deduci. Itaq; ſi illud dicatur eſſe de iure diuino: id locum habet & veritatem, generatim & ampliſſime loquendo de eo iure, & ipſum extendendo ad traditiones apoſtolorū: & ad ea quæ ſine ſcriptura ex primitiua eccleſia per apoſtolos & ſucceſſores eorū vnanimi ſemper conſenſu ad nos deuenerunt: ac vniuerſalis eccleſiæ vſu & longiſſima temporis diuturnitate ac prolixitate roborata ſunt. Iſtis enim, & ijs quæ ſcripto nobis tradita ſunt: par ritus, & idem vtriſq; debetur pietatis affectus. vt teſtatur beatus Auguſtinus, & adducitur eius ſententia idipſum affirmans: in libro decretorum, vndecima diſtinctione cap. eccleſiaſticarum. At vero de nonnullis apoſtolorū traditionibus & conſtitutionibus eccleſiæ, diutino vſu roboratis: ſummus pontifex ex plenitudine poteſtatis ſibi a deo indultæ poteſt diſpenſare, eaſq; occurrente caſu relaxare. Igitur & illam conſtitutionem eccleſiæ, qua miniſtris ſacris interdictæ ſunt nuptię: poteſt idem interdum diſpenſando laxare. ❡Reſponſio. Huiuſmodi conſtitutio de miniſtris altaris non alligandis rei vxoriæ: eſt de iure diuino proprie dicto & in primo gradu, ꝙ in ſacræ ſcripturæ contextu ipſa ſatis aperte inſinuetur: aut ſaltem ex ea recto conſequio clare deducatur. Quod etſi in ſuperioribus locis dilucide ſit & ſæpius quidem monſtratum: nō pigebit tamen adhuc illud ad clariorem veritatis manifeſtationem hic repetere. Sane continentia ſacerdotum veteris legis, pro tempore vicis ſuæ & officij in tēplo, ſuo ordine peragendi: figurabat haud adumbrate continentiam ſacerdotum nouæ legis, etiam pro tempore ſuæ vicis & miniſterij exercendi in tabernaculo domini. Sed ſacerdotes veteris legis pro tempore ſui officij continebant ſe in templo vſq; ad expletum miniſteriū: abſtinuerūtq; tantiſper ab vxoribus & domo abfuerūt. quibus tamen neceſſaria erat prolis ſucceſſio: ne tandē deficeret ob inter-

Innocētius tertius.

Auguſtin9.

Continētiā ſacerdotum eſſe de iure diuino proprie dicto.

dictas nuptias & penitus interiret tribus Leuitica, ex qua sola desumebantur sacerdotes ea tẽpestate in ministerium tabernaculi. Ergo cum sacerdotes nouæ legis (qui non sumũtur ex certa tribu neq; per successionem: sed indifferenter & promiscue ex omni gente & familia) quotidie debeant offerre deo sacrificium & orationẽ, & iuge exercere altaris ministerium: perpetuo ipsis abstinendum est ab vxorum cõsortio, quare & a nuptijs temperandum. Insuper scribit beatus Paulus in prima ad Corinthios epistola: addictos matrimonio, ad tempus abstinere debere ab officio coniugali, vt vacẽt orationi. Igitur sacerdotes nouę legis, qui semper debent & iugiter orationi etiã publicæ vacare: debẽt etiam iugem & perpetuã seruare continentiã. vt sint sancti & immaculati: sicut sanctus est dominus dominorũ, quẽ contrectãt in altari. Ita ꝙ ex figura in veteri testamento, procedẽdo ad figuratũ & ipsam veritatẽ in noua lege: recte colliguntur ipsi sacerdotes euangelici obstringi diuino iure atq; prę cepto ad perpetuã cõtinentiã. Reliquos locos sacræ scripturę supra passim annotatos, ex quibus idem propositũ perspicue deducitur: consulto nũc prætereo. ne frequens rei eiusdem repetitio: fastidiũ ingerat lectori.

1. corin. 7

¶ Porro quod in præsenti obiectione deinceps assumitur, summũ pontificem posse de traditionibus apostolorum & cõstitutionibus ecclesiasticis longo vsu confirmatis dispẽsare: non libenter admiserim in vniuersum, & passim de quibuslibet. Non enim par est & rationabile: sanctiones sacras & vtiles, spiritu sancto dirigente cõstitutas, & maturo orthodoxorũ patrũ consilio examinatas primum, & deinde ordinatas, & deniq; longa consuetudine & vsu multi temporis approbatas: vnius cuiuspiam nutu & arbitrio euerti & diuelli. illius præsertim: cui data est potestas in ædificationem, non in destructionem & dissipationem. & cuius maxime interest: pro huiusmodi ecclesiasticarum legum integritate atq; incolumitate, certare vsq; ad mortem. Qui si tentaret pro suo arbitratu huiusmodi traditiones antiquas dispensando relaxare: & spiritui sancto esset iniurius, harum definitionum præcipuo authori, & priscorum patrum authoritati plurimum derogaret: quæ ab eis exactissimo iudicio præscripta sunt, sua vnius voluntate rescindendo.

Non de omnibus ecclesiæ legibus esse dispensandum.

¶ Nona aduersam partem astruentiũ obiectio. Potest occurrere tam vrgens necessitas aut magna reipublicæ vtilitas: ꝙ adigat & suadeat huiusmodi relaxationem indulgeri sacerdoti a summo pontifice, vt ducat vxorem. Exempli gratia, si secundo natus loco filius regis Franciæ esset sacerdos: cuius mortuo patre & fratre primogenito sine liberis, ne regnum transiret ad exteros & hostium prædæ exponeretur: exposceret tum necessitas, vt is secundus filius indultu summi pontificis vxorem duceret: ad habendum regni hæredem. Similiter si cruentum grassaretur bellũ inter duos reges, & vtriusq; regni populũ: & posset positis armis componi pax, si filius vnius regis iam sacris ordinibus initiatus filiam

alterius regis accipiat vxorem. quis tunc non suadeat ad consulendum saluti duorum regnorum: illi filio regis iam sacerdoti facultatem concedi a summo pontifice, vt ducat vxorem? Potest igitur votum continentiæ sacerdotalis: occurrēte aliquo casu, relaxari. ¶Respōsio. Non sunt facienda mala (teste apostolo) vt inde eueniant bona: neq; certum bonū est dimittendum, ob spem & expectationē incerti boni ex illa dimissione nasci turi. Atqui auferre corpus suū deo, per continentiæ votum consecratum: vtiq; malum est, & aduersum fidei iam præstitæ. Non est igitur illud tentandum, vt ea via aut regnum conseruetur in hæreditaria filij post patrē successione: aut suscitetur legitimus hæres regni, aut pax inter dissidentes belligerantesq; reges componatur. Præterea, si ad illos fines consequēdos iam sacerdotali gradu insignitus, indultu summi pōtificis traducatur ad nuptias: certa quidem est boni continētiæ amissio, incerta autem futuræ sobolis generatio, hæredisque futuri suscitatio, cū plærunque sint steriles & infœcundi thori nuptiales: & nati liberi in prima infantia interdum emoriantur. Quis item certo cognoscit: pacem illam nuptijs duorum (qui positi sunt) liberorum regis quæsitam, quorum alter sacris initiatus fuerit: solidam atq; illabefactam permansurā, neq; vllo interturbandam principum dissidio, vt plærunque vsu venire solet? Quærenda sunt igitur alia media conseruandi regni & componēdæ pacis: in quibus nullum infertur ijs quæ deo debentur præiudiciū. Et quemadmodum recte ait beatus Thomas in secunda secūdæ, quæstione octogesima octaua, articulo vndecimo: in solutione primi argumenti, de dispensabilitate voti solennis continentiæ in religioso: consimiliter propositi. periculis rerum humanarum est obuiandum per res humanas: non autem per hoc, q; res diuinę conuertantur in vsum humanum. Deinde continuo subnectit. Professi autē religionem mortui sunt mundo: & viuunt deo. Vnde non sunt reuocandi ad vitam humanam: occasione cuiuscunq; euentus. Haud aliter hic dicere iure possumus, q; sacris ordinibus insigniti: sanctificati sunt deo & consecrati eius ministerio, in puritate corporis & animi exercendo. Vnde non possunt ad statum huic officio indecentem & incongruum: ratione cuiuscūq; euentus trahi. quoniam non debent suo incommodo & via illicita: totius communitatis saluti consulere. Confugiendum est itaque in hisce casibus per deuotam orationem ad diuinum auxilium, & deus ipse totum dirigat negociū in felicem & prosperum exitum: suggerēdo rectū consilium ijs qui conuenientia ad eum finē perquirent media, & illud sua bonitate in bonū successum & optatum terminū deducendo. iuxta hoc domini in euangelio verbum. Primū quærite regnum dei & iustitiā eius: & hęc
7 omnia adijcientur vobis. ¶Decima & postrema obiectio. Nonnunq̄ leguntur summi pontifices dispēsatorio indultu relaxasse votū continentiæ sacerdotalis aut monasticæ: ijs qui fuerāt eam professi. Nā & refer-

Roma. 3.

Certa bona pro incertis dimitti non debere.

Thomas Aquinas.

Matth. 6

tur rex quidam Aragonũ (cuius nomen, literis mandatũ non reperi) fuisse summi põtificis tum sedem apostolicam moderantis authoritate compulsus exire monasterio, vbi vitã monachicã fuerat professus: & ducere vxorem ad gignendã sobolem. Insuper Cælestinus tertius dicitur dispẽsasse cum Constantia: religiosa & professa cõtinentiam cũ alijs votis monasticis, in monasterio monialium Panormi. Quæ per huiusmodi dispẽsationem nupsit Henrico, sexto huius nominis imperatori. Fœderici Barbarossæ filio: ex quo cõcepit & peperit Fœdericum, secundum eius nomenclaturæ imperatorem. Cur igitur simili ratione nõ poterit nunc summus põtifex: etiã votum continẽtiæ in sacris templi ministris dispensando laxare? ❡Responsio. Non de eo quod fit aut factum est: in præsentia disceptamus, sed de eo quod fieri debeat. neque de ipso facto rei agitur præsens quæstio: sed de iure facti. Q̃ꝫ si summi pontifices tentarint dispensare de huiusmodi votis solẽnibus: nõ ausim certo affirmare ꝙ probe & secundum deũ illud egerint. præsertim cum huiusmodi connubia per tales dispensationes facta: cõperiantur sæpenumero habere infaustos & infelices exitus. quasi deo seuerius exigẽte pœnas violati voti: sibi prius æditi. Quod vt exẽplo cõprobetur, sufficit vnus ille Fœdericus secundus: ex tali cõnubio per dispensationem facto genitus. qui (vt referunt annales) infestissimus fuit persecutor ecclesiæ & sedis apostolicæ. quam cũ grauissimis bellis & incursionibus hostilibus diutius infestasset: anathemate demũ perculsus misera morte perijt. ❡Porro hæc omnia in tribus postremis capitibus proposita, dicta sint: non vt præiudicemus amplissimæ summi pontificatus potestati, aut eam certis constringamus finibus, quemadmodum & supra sumus protestati. sed vt de hac materia (in qua, non modica est inter scriptores ecclesiasticos controuersia) quidnam sentiamus: libere depromamus. sine tamen aliorum secus sentientiũ præiudicio & sugillatione. Si enim cõpluribus licuit eã tutari partem, quę relaxationẽ voti cõtinentiæ in sacerdote aut religioso indulget: minus (quantũ sentio) honestati ecclesiasticæ & integritati monasticę cõsulentẽ. cur & mihi nõ fuerit liberũ, definitione doctrinali, discussioneq; literaria oppositã defensare partẽ: diuino honori (ni fallor) ecclesiasticoq; & monastico decori amplius ac integrius prospicientem? 8

Margin notes: Cælestinus tertius. Constantia. Hẽricus sextus. Fœdericus secundus.

❡Altitudinem dignitatis qua refulget sancti altaris ministeriũ: exposcere puritatem continentiæ in ijs, qui deo dicati sunt per sacrorum ordinum susceptionem. Cap. XVI.

EX prædictis vtique colligere promptum est, triplicem fuisse statum coniugij & continentiæ sacerdotalis: secundum tria inter se diuersa tempora. Primus quidem status fuit: in quo apud sacerdotes necessariæ erant nuptiæ, & continentia solum temporaria atq; ad aliquod tempus. Et is in veteri decurrebat le-

ge: cum sacerdotes Leuitici iubebantur dare operam nuptijs & liberis procreandis. tempore autem ministerij eorum in tabernaculo, & cum sua exercebant munia secundum vices suas: continentiæ studebant. expleto vero munere suę vicis: rursum officio coniugali indulgebant. Secundus vero status fuit: cum nuptiæ concedebantur sacerdotibus, qui antequam consecrarētur, vxorio erant vinculo implicati. alijs autē eiusdem temporis viris ecclesiasticis qui maluerunt illis expediri nexibus coniugij, singularesq; viuere: perpetua permittebatur, immo post consecrationē iniūgebatur cōtinentia. Et is apostolorū tempore atq; primitiue ecclesiæ defluxit: vsq; ad Syritij & Innocētij primi tēpora. quando & cōiugali fœdere iunctis sacri tradebātur ordines atq; altaris ministeriū: qui vellēt vtrunq; obire officiū, & cōiugale scilicet & sacerdotale. Alijs vero tum licuit: in perpetuo cōtinentiæ cādore soli ecclesiæ ministerio se totos dedicare. Demū tertius status fuit, in quo penitus interdictę sunt ecclesiasticis viris nuptiæ: & indicta iisdē continētiæ professio. Is autē a tēpore prædictorum duorū summorū pontificū ad nostram vsq; tempestatē permansit in suo vigore, adiutoreq; deo permanebit vsq; ad finem seculi. vt ecclesia sancta non habens maculā neq; rugā: ministros etiā habeat immaculatos & incontaminatos.

Triplex cōtinentiæ sacerdotū status.

Ephe. 5.

2 ¶ Itaq; in primo iam dictorum statuum: nuptiæ erant necessariæ, & continentia duntaxat temporaria. In secūdo vero: nuptiæ ante consecrationē ad ministeriū altaris, erāt voluntariæ: & continentia perpetua etiam spontanea, q ad eam ecclesiastica lege nullus adhuc obstringebatur. In tertio vero statu nuptiæ in sacerdotibus erant vetitæ: quantum ad vsum coniugij, etiam ante ordinationem contracti, & continentia facta est necessaria, legeq; obligatoria ab omnibus tenenda. Quocirca in primo statu, quātum ad illam sacerdotū conditionē attinet: plus erat carnis & minus spiritus. In secundo autē, caro & spiritus æquo currebāt tramite: q cuiq; liberū fuerit, vtrūuis illorū quod suo sedebat animo, amplecti. In tertio vero, minimum est de carne: siquis illā attēdat solam rationē, & plurimū de spiritu: qui continētia maxime roboratur. Itaq; primus illorū statuū, bonus erat: nempe a deo ordinatus. secundus autē melior: q ad maiorem vergebat perfectionem. tertius vero optimus: q repudiata carne totus spiritū redoleat. Vnde constat occidentalem ecclesiā in suis ministris altiorem esse complexā perfectionis gradum (vbi meram ipsam ordinationem de continentia sacerdotum quis attenderit: & non prolapsum ab ea) q̄ orientalem. Quippe hæc in secundo adhuc statu consistit iam dicto: non reiectis omnino ipsius carnis implicamentis. Illa vero posthabito carnis cōmercio, ad sublimiorem cōscendit statum: & spiritum solum in ipso continētiæ candore sequitur. vt deo (qui spiritus est) spirituali suorū ministrorū conuersatione: propinquius adhęreat.

Triū dictorum statuū adinuicem cōparatio

Ioan. 4

2. corin. 3

3 ¶ Constat itidem ex ante dictis, post multiplicem continentiæ sacerdotum euangelicæ legis ex sacra &

veteris & noui testamenti scriptura deductionem: duas esse assignatas superius præcipuas causas obseruationis huiusmodi continentiæ sacerdotalis. vtpote constitutionem ecclesiasticam: ad illam, suos ministros obligantem. & votum solenne continentiæ: deo propalam in ipsa sacrorum ordinum susceptione æditum. taleq; votum: ex ipsius ecclesiæ decreto, huiusmodi ordinũ receptioni esse firmiter ac indissolubiliter annexum. Potest autem hisce duabus causis & hæc tertia superaddi: vtpote excellentia ac sublimitas ministerij altaris, quod circa sacratissimum eucharistiæ sacramentum versatur. quæ profecto expostulat sacratiores syncerioresq;, q̃ aliæ hostiæ: ministros. ¶ Siquidem agnus ille paschalis 4
Exo.12 & typicus, iussus est manducari a populo Israelitico cum panibus azymis & in quibus nihil esset fermenti. Quod plane figurabat: agnum illum verum & immaculatũ qui in sacro altari quotidie immolatur, etiã manducandum esse sine fermento malitiæ & nequitiæ, sine inquinamẽ
1.corin.5 to quoq; carnis & spiritus: sed in azimis synceritatis & veritatis. Qui autem alligatus est vxori, difficile admodum potest affectum omnem carnis sic exuere: vt azimos habeat panes quibus vtatur in frequenti & pene quotidiana agni illius sacratissimi mãducatione. ¶ Preterea. Esai- 5
Esa.52 as propheta ad ministros templi verba dirigens: mũdamini (inquit) qui fertis vasa domini. q; indecens esset & inhonestum: consecrata diuino cultui vasa immundis attrectari manibus, & ab impuris deferri ministris. Maiore igitur ratione indecorum est & dedecorosum: vrnã illam aureã in qua reconditum est manna, cælestis dulcedinis refertissimum, & vas illud superadmirabile plenum gratiæ & veritatis: contrectari ab ijs qui contagio carnis quoquo pacto sordidati sunt, & excoctam penitus non habent defecatamq; castimoniam. ¶ Clamat insuper ipse dominus fre- 6
Leuiti.19 quẽter ad nos, eius seruos. Sancti estote: quoniam ego sanctus sum. Et sanctos nos esse, magnopere cupit: id est mundos ab omni contagione
Lucæ 1. carnis. vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi: in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. In sanctitate, inquam, id est puritate corporis & animæ: ac immunitate ab omni sorde carnis. Hãc autẽ sanctimoniã quomodo assidue poterũt exhibere: qui officio cõiugali debent interdum deseruire? ¶ Rursum, Per 7
Malachiam prophetam de legis euangelicæ gratia loquens dominus: ait. Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio mũ-
Mala.1 da, quia magnum est nomen meum in gentibus: dicit dominus exercituum. Huiusmodi autem oblatio munda, quæ in omni loco offertur diuino nomini tempore legis euangelicæ: est sacrosancta eucharistia in sancto altaris officio. Qualis autem est hostia: tales decet esse & ministros. vt oblationis mundæ, sint & ministri mundi: & sanctæ sancti, & immaculatæ immaculati. Si igitur ad offerenda pecora, oues boues &

Continentiam sacerdotum esse necessariam ad sacrificãdum.

hircos, in veteris legis ritu exposcebatur in ministris templi continentia ab vsu coniugij: tēpore suæ ministrationis in tabernaculo domini. nonne maior atque syncærior exquiritur munditia a contagione carnis, in ijs: qui oblationem illam mundam, maculæ omnino expertem, immo maculas peccatorum nostrorum diuina virtute abstergentem, deo debent offerre? Tanto sane syncærior: quanto hostia hæc mūda, excellentior est q̄ quæuis hostię legis antiquæ: quas improportionali interuallo nimirum transcendit.

8 ¶ Demum, dominus noster IESVS CHRISTVS virgineo candore refulgens, & virginum omnium supremum exemplar: non nisi de intemerata & candidissima virgine, humanæ carnis substantiam suscipere voluit. Idem quoq; post vitæ suæ mortalis occasum, sacratissimum suum corpus sindone munda inuolui. & in sepulchro nouo reponi, quod nullo prius funere labefactū fuerat, sustinuit. Quæ omnia magnum nobis præstant argumentum: vt cognoscamus q̄ grata sit ipsi domino nostro carnis pariter & mentis munditia ab omni pollutione libidinis. q̄ decens itidem sit & ęquum, sacrosancta corporis eius & sanguinis mysteria: non nisi puris & ab omni prorsus mulierum contactu etiam cōiugali alienis manibus cōtrectari. eadem quoq; in penetralibus cordium sacerdotalium, candore continentiæ nouitateq; puritatis nitentium: reponi debere. Siquis itaq; pensiculatius attendat dignitatem atq; excellentiam sacrificij, in sancto missæ officio a sacerdotibus offerendi: & q̄ sublime sit sacri altaris ministerium: protinus perpendet decentissimum id esse & Christianæ pietati maxime consentaneū, sacros templi ministros qui circa huiusmodi altaris versantur functionem: debere ab omni coinquinatione carnis per iugem cælibatum esse sequestratos, atq; a sociali nuptiarum fœdere seiugatos.

Lucæ. 1 / Ioan. 19

¶ Alias adhuc rationes assignari, ad ostendendum: q̄ maxime rationabilis sit & commendanda sacrorum templi ministrorum continentia. Cap. XVII.

AD hęc & alię rationes pręter supra dictas tres assignari solēt a probatis authoribus: quæ declarent rationabilem fuisse & summopere decentem illā constitutionē ecclesiasticam de perpetua sacrorum dei ministrorum

1 cōtinentia. ¶ In primis siquidem id conuincit munditia & puritas: quæ decet ipsos ecclesiasticorum sacramentorum dispensatores & contrectatores. Efflagitat nimirum recta ratio, illos omnimoda debere corporis & animæ puritate nitescere: vt pro dignitate, incontaminata altaris mysteria queant attrectare. Atqui in coniugio, admodum difficile est & arduum: huiusmodi munditiæ candorem illabefactum seruare. Nempe q̄uis actus coniugalis plerunque licitus sit & honestus, atq; citra omnē noxā: habet tamen semper annexā libidinē, quæ & corpus reddit cōtaminatū, & spiritū degrauat ac

deprimit in carnem. Hinc non ea corpori adest syncæritas, non is spiri-
tui vigor: vt carne liber in altum se attollat per deuotionis ardorem, vbi
coniugali indulgendum est officio: sicut inest, si penitus expers carnalis
Alexander tertius. commercij degat homo. Hanc autem rationem subinsinuat Alexander
tertius, in libro tertio epistolarum decretalium: titulo de clericis coniu-
gatis. cap. quod a te. vbi decernit. q cum simul clerici voluptatibus &
carnalibus desiderijs, ac diuinis & ecclesiasticis obsequijs vacare nō va-
leant: qui infra subdiaconatus ordinem constituti vxores accipiunt, ob
immūditiam suam ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis: ecclesia-
sticis procul dubio beneficijs sunt priuandi. hæc ibi. Q si minores dū-
taxat ordines sortiti, ductis vxoribus habentur immūdi ad sancta eccle
siæ tractanda sacramenta: qui tamen nullum ferme vel admodum mo-
dicum habent circa sancta altaria ministerium. quanto potiore ratione
maioribus insigniti ordinibus, etiam sacro altaris officio dedicati, circa
quod frequens habent & assiduū obsequium: si cōnubiali vinculo iun-
gerentur vxoribus, deberent reuera haberi immundi, & indigni cōtre-
ctandis ecclesiæ sacramentis. Quare ex opposito deducta ratione, vt de-
center & digne sanctum altaris (cui consecrati sunt) exerceāt ministeriū,
& cum debita puritate attrectent veneranda sacramēta: non expedit il-
Continētiā sacerdotum requiri: ad debitā eorū mūditiam. los thorum subire coniugalem. ¶ Omitto quotidianam familiaritatē, 2
societatemq cōtinuam in mutuo conuictu: quam vir vxoriæ rei deditus
suæ debet præstare coniugi, in colloquio, aspectu & reliqua necessitudi-
ne, sine qua: cohabitatio domestica viri & vxoris probe fieri non potest.
At hæc omnia, desideriorum carnis fomenta sunt & irritamēta: quibus
animi ad puritatem syncæram aspirantis labefactatur integritas. q sit
difficile, stupam assidue propinquam esse igni: & tamen flammam non
cōcipere, aut saltem aliquid caloris ignei non persentiscere. Quocirca ad
integram huiusmodi munditiam intemerate tenendam: satius est eccle-
siæ dei ministros ab omni vxorum consortio prorsus esse disseparatos,
& a contubernio fœminarum omnino diuulsos. Hanc autem rationem
innuit decretorum collector: distinctione tricesima prima. cap. ante trie-
Gratianus. nium. dicens. Causa vero huius institutionis (de continentia scilicet sa-
cerdotum) munditia fuit sacerdotalis: vt libere cunctis diebus vitę suæ,
1. corin. 7 orationi possint vacare. Si enim (vt ait Paulus) ab vxoribus est abstinē-
dū, vt expeditius orationi vacemus: ministris vtiq altaris, quibus quo-
tidiana necessitas orandi incumbit: nunq̄ coniugali officio vacare per-
mittitur. hæc ibi. ¶ Adhæc. In ministris altaris, liber curis & expeditus 3
esse debet animus solicitudine huius mundi: vt integrius orationi vaca-
re possit, & diuini cultus officio. Nullis enim magis, q̄ ipsis obsequio
1. corin. 7 templi addictis: hæc apostoli verba competunt. Volo autem vos sine so
licitudine esse. At vero status coniugij, viros multis implicat anxietati-
bus & curarum angustijs: quomodo vxori prouideant, & liberis cū sue

rint æditi, quomodo itidem alant familiam, seruos & ancillas, totique prospiciāt domui. Queadmodum ex verbis apostoli de eo qui vxori est alligatus, ex prima ad Corinthios epistola supra citatis: est perspicuum. In quibus inter cætera dicit, ꝙ implicatus vinculo cōiugali, diuisus est: partim scilicet deo seruiens & partim mundo, neq; integrum deo cor & indiuiduum valens impendere. Inter tot autem æstus curarum quibus angitur animus: quomodo quotidianas deo orationes & assiduum altari ministerium quod diuinis placeat oculis, integre & libere poterit exhibere? quandoquidem solicitudines illæ, aciem mentis sursum se annitentis attollere: reuerberant, & detrahunt ad hæc terrena negocia. Nō est igitur expediens, sacros altaris ministros coniugali inuolui cōsortio: Ibidem.
4 quod eos ad illa quæ mundi sunt cogitanda, perpellat. ¶ Rursus, Decens est maiorem in modum ministros altaris cōnubiali commercio penitus esse liberos: ad euitandā infidelem bonorum ecclesiasticorū (quæ pauperibus distribuenda susceperunt) dispensationem. Vt enim ait Ambrosius in libro de officijs, & recitatur in volumine decretorum, duodecima, quæstione secunda. cap. aurum. ex eodem authore. Aurum ecclesia habet, nō vt seruet: sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. Et eodem in loco, cap. gloria. ex Hieronymo id adducitur. Gloria episcopi est: pauperum opibus prouidere. ignominia sacerdotis est: proprijs studere diuitijs. Si autem episcopi & cæteri pastores ecclesiastici quibus credita est bonorum ecclesiæ dispartitio, vxores haberent & liberos: in eos, huiusmodi bona egenorum subleuationi destinata conferrent, atq; pauca admodum aut nulla in pauperes erogarent. & ita immane committerent sacrilegium, vt suas ditarent filias nuptuiq; traderent: vt itidē filijs suis amplam relinquerēt hæreditatem, vt deniq; vxoribus suis vestes preciosas & splendidas compararent. Si enim nunc ecclesiastici pastores cum filios secundum carnem non habent: nepotes suos & aliquo consanguinitatis gradu sibi cōiunctos cognatos, tanto ditare studio velle conspiciūtur, & bonis ecclesiæ ad pauperum sustentationem deputatis locupletare: quid oro fieret, si ex coniugali thoro filios haberent educandos? Nonne huiusmodi pauperum bona sub hæreditatis prætextu transirent ad filios: & ita ecclesia suis fraudaretur stipendijs, & pauperes suis alimonijs? Vt igitur huic tanto sacrilegio, infidelitati & impio furto obijciatur obstaculum: prouidit spiritus sanctus per hāc de continentia sacerdotum sanctionem, ꝙ viris ecclesiasticis interdictæ sunt nuptiæ, legitimaq; filiorū procreatio. ¶ Porro eā cōstitutionē, a spiritu sancto, sapientissimo ecclesiæ rectore profectā esse, tametsi nullus in dubiū vertere debeat: approbare tamen nō fuerit difficile per illud iam ante citatū Vrbani secūdi decretū, quod tricesima secūda distinctione cap. erubescant, cōscribitur in hunc modum. Erubescant impij & aperte intelligāt iudicio sancti spiritus: eos qui modo in sacris tribus gradibus, pres-

Ambrosius

Hieronym⁹

Incōmoda: quæ ex sacerdotum nuptijs enasci possent.

Vrbanus secundus.

byteratu, diaconatu, subdiaconatu positi, mulierculas nō abiecerint & caste non vixerint: excludendos ab eorundem graduū dignitate. ¶ Demum ex ipso sacerdotum connubio: sequeretur etiam beneficiorum ecclesiasticorum iniqua dispensatio. Illa nanq; per hæreditariam quandā successionem a parentibus transirent in filios: quos relinquerent nō tantum opum externarum, sed & sacerdotiorum titulorumq; ecclesiasticorum hæredes, nō habita morum aut qualitatis eorum ratione: sed duntaxat sanguinis. Et ita ædificaretur Sion, id est ecclesia sancta in sanguinibus: quod tamen faciētibus, superuenturam maledictionem denūciat propheta. ¶ Neq; hic quisq̄ obiectet, diuino iussu in summo veteris instituti sacerdotio filium patri successisse. Nam illic intra vnius tribus limitem, immo vnam illius particulam, vtpote intra cognationem & lineam Aaron: dei ordinatione cōstringebatur summum sacerdotium, & ergo carnis propagatione erat a patribus in natos traducendum. In lege vero euangelica non ita secundum carnis deductionem designari iubetur a deo sacerdotium: sed secūdum scientiæ, morū, prudentiæq; qualitatem. vt in huiusmodi collatione aut electione, idoneus & eo dignus munere deligatur: quacūq; sit stirpe progenitus, neq; caro ipsa sed spiritus attendatur. Q, si permissum esset sacerdotibus cōnubium: in tali beneficiorum collatione, quæ filijs fieret legitimis a suis parentibus: plærunq; non spiritus sed sola attenderetur caro. Eadem quoque beneficia ecclesiastica, ad filias legitimas sacerdotū, viris tradendas in coniugiū, assignarentur in dotem nuptialem: cum filius vnius sacerdotis, alterius filiam duceret vxorem. Et hoc pacto horrenda induceretur ipsi ecclesiæ confusio, iniquitas, & peruersitas: in dispēsandis eius beneficijs. ¶ Assignatam autem modo rationem, quare expediens fuerit in subsequente ecclesiam primitiuam tēpore nuptias ecclesiæ ministris interdicere: cōfirmat Innocētius tertius suo decreto, quod adducitur in tertio libro epistolarum decretalium, titulo de clericis coniugatis. cap. diuersis. in hāc formam. Cūm vir cogitet quomodo placeat vxori, & ideo minus quæ dei sunt valeat cogitare: cum quasi diuisus in duo, plenam sui nō habeat potestatem, vt ei a quo stipendium recipit plenius famuletur. mādamus quatenus huiusmodi clericos qui matrimonia contraxerunt: beneficijs ecclesiasticis quę in tua diocesi sunt adepti, priues: appellatione reiecta. præsertim cum rerum ecclesiasticarū substātia: per tales soleat deperire. hæc ibi. Per substantiam autem rerū ecclesiasticarum: & prouētus pecuniarij designati in subsidiū vitæ ministrorū ecclesiæ pauperumq; subleuamen, & beneficia ecclesiastica ibidem recte intelliguntur. quæ per clericos coniugatos deperire solent: cum illa potius vxori & liberis educādis accommodent, q̄ ad debitos applicent vsus. ¶ Omitto præterea, q reges & principes terræ, summū sibi vendicare tentarēt pontificatū, archiepiscopatus & cathedras pontificales: quibus designati essent ampli

Micheæ. 3

Illicitā esse in beneficijs successionē secundū sanguinem.

Innocentius tertius.

5

6

prouentus annui. ꝙ arma teneāt manibus:& valeant viribus. Et ita demum cōſpicerentur omnes ſedes pontificiæ,a principibus terrenis occupatæ: confunderetur ꝗ prorſus ſtatus laicus cum eccleſiaſtico, horrida quadam inordinatione. tandem ꝗ redderetur informis ſupra modū eccleſia ſancta:& minus ordinata q̄ fuerit ſynagogæ ſtatus atq; conditio. in qua,regia poteſtas a ſacerdotali gradu: per tribuum diſtinctionem erat diſcreta. Hæc autem incommoda omnia deuitantur,& quidem authore directore ꝗ ſpiritu ſancto:per indictā ſacerdotibus continentiam.

¶ Sanctorum patrum teſtimonio etiam comprobari ſacerdotum continentiā:& a nuptijs omnimodā vacationem. Cap. XVIII.

1 EXigit præterea hic locus:vt & ſcriptorum illuſtrium (qui eccleſiam ſanctā doctrina ſacra,vitæ ꝗ ſanctimonia decorarunt)authoritate,fulciatur ipſa ſacerdotū quam aſtruimus continentia. Inter quos primo occurrit loco beatus Cyprianus : epiſcopus Carthaginenſis,& martyr eximius.qui in tractatu ſuo,de ſingularitate clericorum inſcripto,perhibet ſibi a domino fuiſſe reuelatum & cum ſeueritate iniunctum:vt clericos ſtudioſe admoneret, ne cū fœminis cōmune haberent domicilium & contuberniū. Verū ne velut ſomniatorem eū quiſpiam fortaſſe rideat:ſicut ſanctū puerum Ioſeph irriſerunt fratres eius dicentes. Ecce ſomniator venit. Venite occidamus eū: & videamus quid proſunt illi ſomnia ſua. quod per reuelationē a domino acceperat Cyprianus:per ſacra ſcripturarū teſtimonia diffuſe demonſtrat eſſe faciundū. q̄ noxius ſit ſacerdotum cū quibuſuis mulieribus conuictus,& quanta inde impendent pericula animæ : multipliciter aperiens. Vnde inter cætera illius operis dicta: & has habet præclaras ſententias. Difficile quis venenū bibet:& viuet. Verendum eſt dormienti in ripa:ne cadat,cū dicat apoſtolus. Qui ſe putat ſtare:videat ne cadat. In hac parte expedit bene timere:q̄ male fidere. Et vtilius eſt, infirmum ſe homo cognoſcat vt fortis fiat:q̄ fortis videri velit & infirmus emergat. De qua re præſumptores obiurgat apoſtolus dicēs. Siquis putat ſe aliquid eſſe cū nihil ſit:ſeipſū implanat. Et paulo poſt exhortādo ſubijcit Cyprianus. Separamini deprecor,ſeparamini a cōtagione peſtifera. Quantūcū ꝗ fuerit vnuſquiſ ꝗ longius ab aduerſis: tantū nō ſentit aduerſa. Minus voluptatibus ſtimulatur: qui non eſt vbi frequētia eſt voluptatum. Et minus auaritiæ moleſtias patitur : qui diuitias non videt. Hæc ille,& alia multa admodū egregia:quæ per totum illum librū profecto luculentum & inſignem,ſparſim continētur. Atqui ſingularitatem illam,quam tantopere ſuadet hic ſanctiſſimus author:quomodo ſeruabunt clerici vinculo coniugali aſtricti? ob quod iubētur vxori,etiā parentibus relictis,adhęrere. Et vt illa cū grauida fuerit,leuetur partu: nōne obſtetrices vocandæ ſunt & ſæpenumero nutrices infantiū? Omit-

Cyprianus.
Gene. 37
Cyprianus.
1. corin. 10
Gala. 6
Implanat id eſt ſeducit.
Gene. 2
Matth. 19

to mulierculas, puerperarũ visitatrices: quibus patere solet domus cõiu gatorũ, quæ ingressum & egressum illic alternant: vt apes in aluearío. Quomodo igitur inter hunc fœminarũ gregem erit singularis clericus: aut mens eius ab omni carnis concupiscentia prorsus aliena? Videmus igitur nuptias & connubiale consortiũ: nequaq̃ decere sacerdotale offi- cium, tantiq; gradus dignitatẽ. ¶ Astipulatur huic & Ioannes Chryso 2
Chrysostomus. stomus dicens. Cogita qui sacrificij participes veteris erant: quanta vtebantur continentia. Quid non faciebant? quid non agebant? semper expiabantur. Tu vero petens sacrificiũ quod horrent angeli: temporũ circulis rẽ diffinis. Et quomodo CHRISTI assistes tribunali: scelestis ma
Hæc etiam recte dicuntur: contra sacerdotes incõtinẽtes nibus & labijs ipsius corpus impetens? Et fœtente quidem ore tuo, regem osculari non eligeres: regẽ vero cælorum fœtenti anima deosculahead ris. Quare hanc ei contumeliã facis? Dic mihi: immundis ne manibus ad sacrificiũ eligeres accedere? Nõ ipse puto, sed malles omnino nõ accedere: q̃ manibus illotis. Ita in paruo quidẽ es tam reuerens: sordidã autẽ habens animam, accedis & audes tangere. Q; si rex Babylonius
Danie.1 ex captiuitate deligens adolescentes, pulchros specie & decoros aspectu sumpsit: multo magis & nos sanctæ mensæ assistentes regiæ, specie pulchros esse decet, aureũ animæ mundũ habentes, vestem puram, calceamenta regia, decorũ animæ vultum, aureũ ipsius ornatum, esse indu-
Matth.22 tos & cingulũ veritatis. Siquis vero pannis indutus sordidis, & squalens, regalem velit mensam accedere: videat quanta patietur. Eunuchos itaq; regi decet assistere: eunuchos dico mente candidos, nullam habentes maculam, mente sublimes: hilarem habentes animæ oculũ & acute videntem, volubilem & velocem, non autem somnolentũ, non supinũ, multa plenum libertate, ab impudẽtia remotũ, & prudentia vigilantẽ, sanum & austerũ nimis & tristem, neq; diffusum & lubricũ. Hæc ille.
Matth.19 De eunuchorũ autẽ qui se castrant propter regnũ dei, numero esse nõ possunt: qui nuptijs sunt deuincti & liberis progignendis vacant. Coniugale igitur vinculũ pariter & officiũ: sacerdotẽ non decet. ¶ Eandem 3
quoq; sententiã approbant quatuor illæ colũnæ solidæ, quibus ecclesia firmiter innititur: vtpote doctores ecclesiastici quatuor, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius. Nempe Hieronymus in cõmen
Hieronym⁹ tarijs suis super epistolã beati Pauli ad Titum: ita ait. Si laicis imperatur, vt propter orationẽ abstineãt se ab vxorũ coitu: quid de ipso sentiẽdũ est, qui quotidie pro suis populiq; peccatis illibatas deo oblaturus
1.regũ.21 est victimas? Relegamus Regum libros, & inueniemus sacerdotẽ Achimelech de panibus propositionis noluisse prius dare Dauid & pueris eius: nisi ante interrogaret vtrũ mundi essent pueri a muliere, non vtiq; aliena: sed coniuge. Et nisi eos audisset ab heri & nudiustertius vacasse ab opere cõiugali: nequaq̃ panes quos prius negauerat, cõcessisset. Tãtũ autem interest inter panes propositionis & corpus CHRISTI: quã-

tum inter vmbrā & corpora, inter imaginē & veritatē, inter exemplaria
futurorū & ea ipsa quæ per exēplaria præfigurabātur. Quomodo itaq;
mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia lucri, hospita-
litas quoq; & benignitas: præcipue debent esse in episcopo, & inter cun-
ctos laicos eminentia. sic & castitas propria: & (vt ita dixerim) pudici-
tia sacerdotalis. vt non solum ab opere immundo se abstineat: sed etiam
a iactu oculi & cogitationis errore, mens corpus CHRISTI susceptu-
ra sit libera. hęc ibi. ¶ Idē quoq; alio in loco dicit. Quid est maius: ora- Hieronym⁹
re, an corpus CHRISTI accipere? vtiq; accipere corpus CHRISTI.
Si igitur per coitū, quod minus est impeditur: multo magis quod ma- 1. corin. 7
ius est. Diximus in eodē volumine, Dauid & socios eius non potuisse 1. regū 21
comedere panes propositionis: nisi se triduo a mulieribus mundos, re-
spondissent. Non vtique a meretricibus, quod dānabatur lege: sed ab Deute. 23
vxoribus, quibus legitime iungebantur. Populus quoq; quando acce-
pturus erat legem in monte Sina: tribus diebus iussus est ab vxoribus Exodi. 19
abstinere. Scio Romæ hanc consuetudinē esse: vt fideles semper CHRI-
STI corpus accipiant: quā nec reprehēdo, nec probo. vnusquisq; secum Roma. 14
in suo sensu abundet. Sed ipsorū conscientiam conuenio: qui eodem die
post coitū communicant, & iuxta Persiū, ventrē flumine purgant. hæc
4 Hieronymus. ¶ Neq; ab hac sententia discrepat Augustinus: in libro
quæstionū veteris & noui testamenti ita scribens. Sed forte dicatur, si Augustin⁹.
licet & bonū est nubere: cur sacerdotibus vxores non licet habere, id est
vt ordinatis iam non liceat conuenire? Quis nesciat: vnūquodq; suam le-
gē habere? Est enim: quod omnino generaliter omnibus nō liceat. est itē:
quod alijs licet, & alijs non licet. est quod aliquando licet: & aliquando
non licet. Fornicari: omnibus semper nō licet. negociari: aliquādo licet,
aliquando non licet. Anteq̄ enim ecclesiasticus quis sit, licet ei iam ne-
gociari: facto iam non licet. Et cū vxore sua conuenire, aliquando licet:
aliquando vero nō licet. propter dies enim processionis: aliquando non
licet conuenire. quia etiam a licitis abstinendū est: vt facilius impetrari
possit quod postulatur. Vnde apostolus, ex consensu ait abstinendū ad 1. corin. 7
tempus: vt vacetur orationi. Nam secundū legē, in ieiunio cædi & iur- Esaiæ. 58
gari nō licet: postea licet, quia maior reuerētia debetur dei causis. Nū-
quid omne quod ante cæteros licet: ante imperatorē licet? quāto magis
in dei causis. ac per hoc antistitem eius, puriorem cæteris esse oportet.
Ipsius enim personā habere videtur: quia necesse habet quotidie CHRI
STI vicem agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere. Et non
solum huic concubitus non licet: verum etiam ministro eius. quia ipse
mundior debet esse: quia sancta sunt quæ ministrat. Nam sicut ad com-
parationem lucernæ, tenebræ nō tantum obscuræ sed etiā sordidę sunt.
ad comparationem autem stellarum: lucerna, caligo est. ad solis vero cō-
parationem: stellæ nebulosæ sunt. ad dei autem claritatem: sol nox est.

Ita quæ ad nos munda & licita sunt: ad dei dignitatem quasi illicita &
immūda sunt. quanq̃ enim bona sunt: dei tamen personæ nō competūt.
Nūquid non tunica mediocris hominis, q̄uis mūda: imperatori tamen
Saxonitia: sordida & illicita est? similiter & saxonitia senatori? Ac per hoc an-
vestis rudis tistites dei puriores esse debent q̄ cęteri: quia & CHRISTI habent per-
& vilis. sonam, & ministros dei mūdiores esse oportet. Nemo enim imperatori
ministrat: nisi vestimentis claris & mundis indutus. Deus autem quia
natura clarissimus est: ministros eius natura magis q̄ vestibus mundos
esse oportet. hæc Augustinus. ¶ Cui consonat & Ambrosius: in expla- 5
Ambrosius. natione epistolæ beati Pauli ad Timotheum dicens. Veteribus idcirco
hoc concessum est Leuitis & sacerdotibus, vxores ad vsum habere: quia
multum tempus ocio vacabant a ministerio aut sacerdotio. Multitudo
enim erat sacerdotum, & magna copia Leuitarum: & vnusquisq; certo
1. para. 24. ordine seruiebat diuinis cærimonijs secundum institutum Dauid. Hic
enim viginti quatuor cōstituit classes sacerdotum: vt vicibus deseruirēt.
Lucæ. 1. Vnde Abia, octauā classem habuit: cuius vice, Zacharias fungebatur
sacerdotio, sicut continetur in Paralipomenon. ita vt tempore quo non
illos contingebat deseruire altari: domorum suarū agerent curā. Vbi au
tem tempus imminebat ministerij: purificati aliquantis diebus, accede-
bant ad templū offerre deo. Nunc autem septem diaconos esse oportet,
aliquātos presbyteros: vt bini sint per ecclesias, & vnus in ciuitate epi-
scopus, ac per hoc: omnes a conuentu fœminæ abstinere debere. Quia
necesse est eos quotidie in ecclesia pręsto esse, nec habere dilationem: vt
post cōuentum purificentur, sicut veteres. Omni enim hebdomada offe
rendum est: etiā si non quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in heb-
domada. & non desunt: qui prope quotidie baptizentur ægri. Nam ve-
teribus ideo cōcessum est: quia multo tempore in templo non videban-
1. corin. 7. tur, sed erant priuati. Si enim plebis hominibus orationis causa ad tem
pus se abstinere pręcipit Paulus, vt vacēt orationi: quāto magis Leuitis
ac sacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe sibi commissa oportet ora-
re. Mundiores ergo debent esse cæteris: quia actores dei sunt. hæc Am-
brosius. Cuius postrema sententia etsi supra sit adducta: hic tamen ad
perficiendum totum orationis illius contextum, haud absurde repeti-
tur. ¶ Demum Gregorius eidem succinit: dicēs idipsum quod octoge 6
Gregorius sima prima distinctione, cap. oportet. adducitur in hunc modum. Neq;
hoc silere debeo: quod cum graui animi tristitia & amaritudine dico. sa
cerdotes cum fœminis habitare conspicio: quod nefariū est dicere vel au
dire, & contra sanctorum canonum sancita. Vbi enim talis fuerit com-
morantium habitatio: antiqui hostis stimuli non desunt. Ideoq; admo-
nendi sunt, vt non antiqui hostis decipiantur fraude: quatenus iuxta
2. corin. 6. apostoli vocem, non vituperetur ministeriū nostrū. Cauere enim opor-
tet nos fratres ab illicitis: vt mūdas valeamus manus ad dominum le-

uare. Scriptum est enim. Sancti estote: quoniā ergo sanctus sum. Siquis vero presumpserit aliter agere: sacerdotij sui honore priuetur. Vnde omni modo cauendum est fratres, ne fallamus populū: & illud prophetæ domini impleatur in nobis. Sacerdotes mei contaminant sancta: & reprobant legem. quos & alius propheta increpauit: dicēs. O vos sacerdotes: qui fallitis nomē meum. Et dixistis. In qua re fallimus nomen tuū? Quibus responsum est. Offerentes ad altare meū: panem pollutum. Nō est mihi voluntas in vobis: & sacrificium non accipiam de manibus vestris, quia polluti estis. hæc Gregorius. Coniugalis autem societas clericorum & ministrorum ecclesiæ: sine cohabitatione cū fœminis (quæ in predictis Gregorij verbis, illis interdicitur) fieri haudquaq̄ posset. Prohibentur igitur hac Gregoriana sentētia: sacris dei ministris etiam fœdera nuptialia. ¶ Sunt & complura alia, eadē in re cæterorum sanctorū patrū testimonia: quæ consulto hic prætermittuntur. ne nimia illorum inculcatione ingeratur legētibus fastidium, & prolixitas profusior illis tædium inferat. Neq; necessarium visum est, quæ reliqua sunt hic recēsere: ꝙ studioso lectori ea protinus obuia occurrent.

Leuiti. 19.
Sopho. 3.
Mala. 1.

¶ Incontinentiam in sacerdotibus, per concubinatum & alias libidinis species: voti esse transgressionem, & plurima secum alia mala inuoluere. Cap. XIX.

1 QVoniam autem hactenus ab huius libri exordio adhunc vsq; locum, multifariam est ostensum: illicitas sacris tēpli ministris esse nuptias. consequēs est protinus, ijsdē etiam inconcessum esse quodcunq; aliud cū mulieribus carnale consortiū: vt cōcubinatum, adulterium, & cætera id genus libidinum monstra. quæ cuiusuis etiam status & conditionis hominibus, etsi sancto altaris ministerio nequaq̄ addictis: diuino præcepto vetita esse dinoscuntur. quanto valētiore iure & ijs præcipue: qui ad ecclesiasticam sortē asciti & sacro altaris officio dedicati, in syncæritate corporis & animæ omnipotēti deo quotidianū & assiduū præstare debent obsequium. Sed proh dolor hic multis lachrymis deploranda est multorū prolapsio ministrorum ecclesiæ: qui non erubescūt se grauissimis contaminare probris per abominabile cū fœminis cōmercium, seq; totos spurcitijs carnis fœdissime inuoluere. Vnde & gradus ecclesiasticus maiorē in modū dedecoratur: ꝙ tam execrabiles habeat & sordidos ministros. & maxima in toto populo Christiano scandala suboriūtur: per eosdem, tam probrosam in propatulo agentes vitam.
2 ¶ Verum meminisse deberent hi sacerdotes, non CHRISTI sed Veneris & Cupidinis, susceptę a se consecrationis: cum ad sacerdotalē prouecti sunt titulum. in qua, inter cætera adhibitum est manibus ipsorum consecrandis chrisma: quod ex balsamo cōficitur (vt tradunt earum rerum tractatores) & oleo. Quorum hoc: nitorem bonæ

Quid chrisma in consecratione sacerdotum mystice significat.

conſcientiæ qua debent apud ſe & deũ eniteſcere, ſignificat. vt cum beato Paulo vere dicere poſſint. gloria autem noſtra hęc eſt: teſtimoniũ conſciẽtiæ noſtræ. Illud vero ſcilicet balſamum: odorem bonæ famæ demonſtrat. quam ad proximorum ſalutẽ late debent diffundere: vt ſint bonus eis odor vitæ in vitam. At quis (oro) in illis nitor eſt conſcientiæ: qui in ſordibus luxuriæ (ſicut ſus in volutabro luti) computreſcũt? Quis item odor bonæ famę, ab ipſis in alios diffunditur: qui tetrum putorem ſuę libidinis procul exhalant? Rurſum illud eis in mentem venire deberet, veſtem candidam ad talos vſq; protenſam (qua aſtantes altari vt ſacra faciant: induũtur ſacerdotes) deſignare iuxta ſanctorũ patrũ traditiones, candorem munditiæ interioris: qua effulgere debent in ſancto illo ſacrificandi miniſterio. Huiuſmodi autẽ cordis puritatem, quanam obtinere ratione queãt: qui in cubilibus & impudicitijs ſpurciſſime ſordeſcũt? Nonne ij albo illo induti amictu, perſimiles merito dici poſſunt ſepulchris dealbatis: quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus autẽ plena ſunt oſſibus mortuorum, putredineq; ſqualentia? Deniq; non eoſdẽ fugere puto, propriũ eſſe ipſorum ob ſacerdotalis gradus functionem, munus: ꝙ mediatores ſint inter deum & populum, pro quo hoſtias placabiles offerre diuinæ maieſtati debent: vt propitietur peccatis eorum, quaſi legatione fungentes apud dominum pro fidelibus. Quomodo autem acceptabile erit deo tale ſacrificium cum votis & precibus: quod ab immũdis tabe carnalis concupiſcẽtiæ ſacerdotibus offertur, impuriſq; ipſorũ contrectatur manibus? aut quo pacto talibus hoſtijs placabitur deus? cum dicat beatus Gregorius. Cũ is qui diſplicet, ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. Et per Eſaiam conteſtatur dominus: huiuſce generis homines compellãs. Cum extẽderitis manus veſtras: auertam oculos meos a vobis. & cum multiplicaueritis orationem: nõ exaudiam. Manus enim veſtræ: ſanguine plenæ ſunt. Difficile ſane eſt, huiuſmodi ſacerdotes pro alienis peccatis deum reddere placatũ: quem ſuis ſceleribus grauiter offendũt. ❡Cæterum obijcienda eſt oculis eorum qui ſacerdotale officiũ contaminant pollutione carnalis immũditiæ, grauitas iniquitatis ipſorũ & ſcelerũ immanitas: vt vel ea via reſipiſcant a ſordidiſſima hac malorũ colluuie. Primum ſiquidẽ, diuini mandati ſunt tranſgreſſores: quod præcipit non eſſe mœchandũ. vbi nomine mœchię, iuxta ſanctorũ patrũ ſine aliqua cõtrouerſia ſentẽtiam: omnis vſus veneris extra cõiugij leges, prohibitus intelligitur. Inſuper eccleſiaſticæ conſtitutionis (quæ continentiam indiſſolubiliter ſacris annexuit ordinibus) ſunt violatores: & eccleſiam ſanctam, quæ ipſos aſciuit in ſuũ miniſteriũ graduq; ſublimi honorauit, dehoneſtant ſupra modũ, ſuæq; impudicitiæ fœditate dedecorant: ingrati prorſus in eam, quæ ipſos ad ſuũ acciuit & aſſumpſit tam honorabile obſequiũ. Deniq; & voti deo ſolenniter æditi in ſui cõſecratione: ijdem ſunt

2. corin. 1 — 2. corin. 2 — 2. petri. 2 — Matth. 23. — Gregorius. — Eſa. 1. — Qũ graue malũ eſt incontinentia ſacerdotum

præuaricatores: ꝙ (vt superioribus in locis multipliciter est cõprobatũ) in sacrorũ ordinũ susceptione continentiã sunt professi, quã illicito mulierũ cõsortio corruperunt. Et ita spirituale cõmittunt sacrilegiũ: quod domino consecratũ est corpus suũ tollẽtes ab eo, & libidini prostituentes. Ecce triplex malũ, cui se implicãt miseri cõcubinarij & immũdi sacerdotes: quorũ vnũquodq;, mortiferũ est & lethale crimen. ¶ Verum obsusurrabit hic quispiã modo dictis: & cõtendet cõcubinatũ aut fornicationẽ in sacerdote, non esse voti trãsgressionẽ. Quoniã votũ (inquit) est de ijs quæ a deo non sunt præcepta, & ad quæ quis non astringitur diuino mandato: sed quæ sunt supererogationis & consilij. Atqui fornicatio, concubinatus, & cætera id genus mala: diuino prohibentur pręcepto. Ergo non potest quispiã vouere: se talia peccata non perpetraturũ. Quare sacerdos in illa prolabẽs facinora: non violat votũ. sed tantũmodo si ducat vxorẽ: quod alias illi erat licitũ. ¶ Cui adhibẽda est responsio, vt plurimũ quidẽ & frequenter vota de ijs fieri quæ sunt supererogationis: & ad quæ cælesti mãdato nõ obligãtur homines. vt de ieiunijs aut abstinẽtijs arbitrarijs, de peregrinationibus, de seruãda virginitate, & cæteris id genus: quæ cõsilij tantũ sunt, & nõ præcepti. Nihilo secius & de ijs etiã quæ sunt præcepti, potest interdũ quis ædere deo votũ: vt duplici obstringatur vinculo, & idcirco arctiori, ad illud faciendũ. cum nulla sit voti ad præceptũ circa eandẽ materiã: repugnantia. neq; vnius ratio, alterius rationi aduersatur: quandoquidẽ ad idẽ tẽdũt, diuini scilicet nominis honorificentiã. ¶ Quod facili ipsius sacræ scripturę cõprobatur exẽplo: in Genesi cõscripto de Iacob. qui post visionẽ scalę a terra in cælũ porrectæ, in somnis sibi ostẽsam: inter cætera pietatis in deũ declaratoria verba & opera, votũ etiã vouit dicẽs. Si fuerit dominus mecũ, & custodierit me in via per quã ego ambulo: & dederit mihi panem ad vescendũ & vestimentũ ad induẽdũ, reuersusq; fuero prospere ad domũ patris mei: erit mihi dominus in deũ. & lapis iste quẽ erexi in titulũ, vocabitur domus dei: cũctorũq; quæ dederis mihi, decimas offerã tibi. hęc ibi. Ecce Iacob inter alia hic vouit: ꝙ habiturus esset dominũ in deũ, eundẽq; debito sibi diuino cultu honoraturus. Attamẽ ad idipsũ obligabatur dei præcepto, a prima mũdi cõstitutione dato homini: & postea in Deuteronomio, sic explicato. Dominũ deũ tuũ adorabis: & illi soli serui es. Potest igitur recte fieri votũ etiã de eo: ad quod agendũ, diuino constringimur præcepto. Et quidni id probe effici possit? cum de eo quoq; quod deus fieri pręcepit, agendo: posset quispiã iuramento se cõstringere. Exẽpli gratia, si quispiam ab altero pecuniã mutuo accipiat: potest iuramento se constringere, ꝙ integre mutuum illud sit mutuãti redditurus: & tamen ad illud, diuino etiam tenetur mandato. Q; si iuramentum & dei præceptum, circa eandem concurrere possunt materiam: cur non similiter itidem votum & præceptum circa eandem inter-

Margin notes: 4 (beside "cerdotes: quorũ vnũquodq;"); Cauilli aduersariorũ dilutio. 5 (beside "licet nominis honorificentiã"); Vota interdum de iis etiam fieri posse: quæ sunt præcepti. Gene. 28. Deute. 6.

dum coincident & conuenient: quandoquidem votum in plærisq; conditionibus: magnam habet affinitatem & cognationem cum iuramento. Sic sane cum quis consecratur in altaris ministeriū per susceptionem sacri ordinis: profitetur perpetuam deinceps continentiā, & voto se obstringit ad abstinendū ab omni veneris vsu. quare etiam consequenter ædit votum: ꝙ non committet fornicationem, nec adulterium, nec aliud quoduis illius generis flagitium. haud minus ꝗ̄ tunc deo per votū promittit: ꝙ non est ducturus vxorem. Etenim perpetuæ continentiæ nomen, non minus comprehendit continentiam a fornicatione, ꝯcubinatu, adulterio, & cæteris libidinum portentis: ꝗ̄ continentiā a nuptijs & ducenda vxore, sed omnia hæc æqualiter suo ambitu cōplectitur. Sicut igitur quispiā post huiusmodi continētiæ votum, in suscipiēdis ordinibus sacris factū: si cōtrahat matrimoniū, facti illius voti est præuaricator. ita quoq; si in fornicationem fuerit prolapsus, aut adulteriū, vel aliā quāuis libidinis speciē: etiā eiusdē voti est transgressor. necnon & diuini violator præcepti, eandem carnis impuritatē prohibentis. ¶ Qꝫ si irre- 6
titos huiusmodi flagitijs sacerdotes non deterret magnitudo & enormitas tantorum criminū: eos saltē absterrere debet ab hac infami vitæ turpitudine, diuini iudicij timor, æternorūq; suppliciorū metus. Subijciāt igitur suę mentis oculis, infelicē illū & miserabilē exitū duorū filiorum Heli: Ophni & Phinees sacerdotū. qui ambo leguntur simul interijsse gladio Philistęorū in bello: ꝙ inter scelera sua multa, dormierint cū mulieribus quæ obseruabant ad ostiū tabernaculi, vt sacra refert historia. Eundemq; aut grauiorē subitariæ mortis casum, sibi vltrice dei dextera superuenire posse formidēt: qui consimili aut etiā maiori subijciūtur incōtinētię vitio. Audiant etiā ijdē, laqueis carnaliū voluptatū implicati, beatū Hieronymum: horrisona & terribili voce æternas ignis inferni pœnas sibi præparatas ita denūciantem. Acerbiora (inquit) gehennę tormenta: sacerdotibus & clericis fornicantibus reseruantur. Væ tibi sacerdos, qui eodem ore oscularis filiā Veneris: quo paulo ante sumpsisti filium virginis. O impie Iuda: osculo filium hominis tradis. hæc Hieronymus. Insuper tremore ipsos concutiat stagnum illud ardens igne & sulphure, in scriptura expressum: seque in id tandem demergendos (nisi resipiscant, & dignā pœnitentiā de tantis inquinamētis ante exitū vitæ agant) summopere illi formident: ad ardentē ipsorum & putidam libidinem perpetuo puniendam. Denique meminerint & gregem porcorum ad duo milia, a dæmonibus diuino permissu exagitatum: præcipitem se tulisse in mare, & repente aquis fuisse suffocatum. eoque miserando euētu, quis ipsos maneat exitus: discant. se videlicet demum in perpetuæ damnationis lacum esse præcipitandos cum angelis satanæ: si more porcorum inuoluantur semper cœno luxuriæ, & in ipso vitæ
termino inueniantur adhuc eidem inhærere luto. ¶ Præterea, ad exhi- 7

Sacerdotē incontinentem esse voti trāsgressorem.

1.regum.4.

1.regum.2.

Hieronym9

Apoca.21.

Marci.5

bendam tanto animi morbo salutarem medicinam: proponendæ sunt hoc in loco ipsis & pœnæ grauissimæ, per canonicas sanctiones & decreta summorum pontificum atq; sacrosanctorum cōciliorum illis definitæ: qui sacrum altaris ministerium immunditia carnalis concupiscentiæ commaculauerint. Prodeat itaque in medium primo loco, Innocentij secundi canon: vicesima octaua distinctione cap. decernimus. conscriptus, & supra etiam citatus: in hunc modum. Decernimus vt ij qui in ordine subdiaconatus & supra, vxores duxerint aut concubinas habuerint: officio atq; ecclesiastico beneficio careant. Cū enim ipsi, templū & vasa domini, sacrariumq; spiritus sancti debeant esse & dici: indignum est eos cubilibus & immunditijs deseruire. Insuper in eodem volumine decretorū: distinctione octogesima prima, cap. Maximianus. decernit idem Innocentius. ꝙ presbyteri qui arguūtur impudice viuere in gradu presbyterij, si conuinci de illo crimine possunt in iudicio: a sacerdotali remoueantur officio. quia qui sancti (inquit) non sunt: sancta tractare non possunt. atq; alieni efficiantur a ministerio: quod viuēdo illicite polluerunt. In eadem quoq; distinctione, cap. siquis clericus. ex quinta synodo Aurelianēsi: pene idem statuitur de clerico adulterij cōuicto. ꝙ scilicet deponatur ab officio clericali: & in monasteriū toto vitæ suę tēpore detrudatur. Rursum in eadē distinctione octogesima prima, cap. siquis episcopus. ex canonibus apostolorū desumitur hoc decretū. Siquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus post diaconij gradū acceptū fuerit fornicatus aut mœchatus: deponatur, & ab ecclesia proiectus, inter laicos agat pœnitentiam. Omitto dedita opera & complures alios canones cōsimilis sentētię: in diuersis prędictæ octogesimæ primæ distinctionis & octogesimæ secundæ capitibus positos, vt breuitati
8 consulam. quos studiosus lector ibidem requirat: & percurrat. ¶ Deinceps in tertio libro epistolarum decretaliū, titulo, de vita & honestate clericorū. cap. vt clericorū. Innocētius tertius in cōcilio generali sanxit, clericos in sacris ordinibus cōstitutos qui deprehensi fuerint incōtinentiæ vitio laborare: deponēdos esse ab officio, & priuādos beneficio. In eodē quoq; libro, titulo de cohabitatione clericorū & mulierū, cap. clericos. Alexāder tertius statuit, clericos in sacris ordinibus constitutos qui publice tenēt concubinas: per suspēsionis & interdicti sententiā arctius esse cogēdos vt eas a se remoueāt. immo & sententiā excōmunicationis in illos ferendā censet: si ad eas quas prius tenuerūt cōcubinas redierint, vel alias acceperint. In eiusdē etiā tituli cap. sicut ad. constituit idem Alexāder, clericos a subdiaconatu & supra, tenentes apud se mulieres fornicarias: suspnedēdos esse a beneficijs vsq; ad satisfactionē cnegruā. Et si ita suspēsi adhuc easdē detinuerint: decernit ipsos perpetuo a suis beneficijs remouendos. Deniq; in eiusdem tituli cap. si autē. idem hunc statuit canonem. ꝙ si clerici in sacris aut inferioribus ordinibus

Innocētius secundus.

Idem.

Graues iuris canonici pœnæ: in sacerdotes incontinētes.

Innocētius tertius.

Alexander tertius.

Idem.

constituti detinent apud se fornicarias & concubinas: si eas ad secũdam aut tertiam monitionem non dimiserint, spolientur suis beneficijs, & interdicatur ipsis ministrãdi officiũ. ¶ Neq; in ipsos solũ altaris ministros 9 incõtinẽtes, seueritas sacrorũ canonũ suũ distringit rigorẽ & punitionis disciplinã: verũ etiã & in eorũ episcopos, conniuentibus oculis tolerãtes suorũ clericorũ incontinentiã: oscitãtesq; & negligentes ad seuerã ipsorũ secundũ scita canonũ punitionẽ. Enimuero octogesima tertia distinctione libri decretorũ. cap. siquis. adducitur hæc cõstitutio Gregorij septimi: cõtra episcopos cõsentiẽtes fornicationi suorũ clericorũ, & in illã districte nõ animaduertẽtes. Siquis episcopus in fornicationẽ presbyterorũ aut diaconorũ vel crimẽ incestus in sua parochia, precio vel precibus interueniẽte cõsenserit, vel cõmissum authoritate officij sui nõ impugnauerit: ab officio suspendatur. Similiter in tertio libro epistolarũ decretaliũ, titulo de vita & honestate clericorũ. cap. vt clericorũ. Innocẽtius tertius vbi generali cõcilio præsidẽs, ordinauit punitionis incõtinẽtiũ clericorũ formã & modũ: subiũgit. Prælati vero qui tales (clericos scilicet, incõtinẽtiæ vitio laborãtes) presumpserint sustinere, maxime obtẽtu pecuniç vel alterius cõmodi tẽporalis: pari subiaceãt vltioni. quç paulo ante est expressa in ipsos incõtinẽtes clericos: scilicet q; a suo deponãtur officio, & priuẽtur beneficio. Demũ cõtra vtrosq;, & viros scilicet ecclesiasticos cõcubinarios, & eorũ prçlatos: quæstus pecuniarios ab illis percipere nõ erubescẽtes, & ita sinentes eosdẽ in sua fœditate sordescere: cõstitutũ est præclarũ & memorabile decretũ in vicesima sessione sacrosanctæ synodi Basiliẽsis. vbi grauis etiã pœna: in hos & illos est prudẽter & mature definita. Ne autẽ pontifices ipsi in pœnas prçdictorũ canonũ & decretorũ incidãt: exurgãt tãdẽ generoso animo, & acuta seueritatis suæ falce ac bipẽni succidãt de agro suç ecclesiç: has olẽtes vrticas, aculeatasq; spinas sacerdotũ incõtinentiũ. Neq; eos mulcta pecuniaria plectãt: pro incõtinẽtiæ crimine. vt factitare nõnulli solẽt: sinẽtes illos post exhaustã ipsorũ crumenã, adhuc in suis fecibus sordescere. sed mucrone suspẽsionis, interdicti, excõmunicationis, priuationisq; suorũ beneficiorũ, seuere illos feriãt: secũdũ prçdictorũ canonũ sententiã. vt tandẽ succisis hisce vepribus senticosis, & lapis: ager ecclesiasticus in pristinũ redeat decorẽ.

Pœnæ iuris in episcopos: tolerantes suorum clericorum incontinentiam.

Innocẽtius tertius.

Synodus Basiliensis.

¶ Nonnulla ex sanctorum patrum scriptis remedia: ad refrenandam carnis libidinem conseruandamq; castitatis integritatem, magnopere conducentia. Cap. XX.

Porro insurgent fortasse nonnulli: & vehementer obsistent ijs quæ hactenus proposita sunt de continentia sacerdotum, huiusmodi cauillo. Hostis intestinus & ipsis inclusus tectis ac mœnibus vrbis, quẽ extrudere non queas neq; eliminare, immo nec occidere: insuperabilis est atq; indomabilis. Caro autem nostra, 1

huiusmodi est hostis: quem quisque secum circunfert, inuitũque gerit. neque excludere vllo ingenio potest illum aut a se abijcere: aut manus illi violentas mortẽ ve inferre. Inuincibilis igitur est nobis ipsa caro, & potius moderate fouenda intra certos coniugij fines: q̃ strictis cõtinentiæ frenis coercenda, quæ præceps excutiat & proruat in libidinem. Non
2 enim exquirit deus a nobis: vltra id quod possumus. ¶ Verũ hanc obiectantibus cauillationem, huiusmodi assignanda est responsio. Siquis nulla prorsus armorum habeat munimenta ad debellandum talem hostem: nimirum succumbet illi in acie. quoniam conserere cum illo manus, eique congredi non dubitat sine vllo armorum fulcimento: quod sane temeritati proximum est. At vero siquis armis ad hãc pugnam exercendam necessarijs belle fuerit instructus, & a capite ad calcem vsque (vt aiunt) egregie munitus: hostem illum internũ etsi non excludat suis foribus, suaque sede extrudat, quoniã idipsum non licet: subiugabit tamẽ eũdem suæ ditioni & subiget, ne ausit rebellare spiritui. quinimmo morigerum eundem reddet suæ iussioni: penitusque obsequentem & prõpte obtemperantem. Arma vero huic militiæ spirituali conducentia, subministrant cum plurimi scriptores sacri: tum sanctitate doctrinaque singulari conspicuus, venerandusque pater Bonauentura. qui in postremo capite primi libri sui, de profectu religiosorum inscripti, septem enumerat remedia contra luxuriam: quæ sunt tanquam septena armorum genera, ad subigendam carnem spiritui, improbumque hostem illum compedibus ac vinculis constringendum, apprime conducibilia. quæ vtile du
3 xi: huic loco paucis intexere. ¶ Itaque primũ quod inibi assignat ille præclarus author remedium contra libidinem carnis: est consortij fœminarum sedula deuitatio. Nam vt ait Ecclesiasticus. A vestimẽto procedit tinea: & a muliere iniquitas viri. Cui consonat & Gregorius: dicens. Qui corpus suum continentiæ dedicant: habitare cum fœminis non præsumant. Nam quandiu vitalis calor viuit in corpore: nemo præsumat ignem concupiscentiæ in se penitus extinctum esse. Et sæpe carbo noster extinctus creditur, modica fauilla adopertus: sed si tangitur, comburit. Diabolus vero cum duos carbones coadunauerit: afflat donec eos incendat. Vt enim testatur Iob: halitus eius prunas ardere facit. ignitus est enim igne infernali: & inflãmatus a gehẽna. Vnde carbo si solus relinquatur: extinguitur. si vero componitur & admouetur alteri: ex mutuo calore incenduntur ambo. & sæpe spiritu amor incœptus inter virum ecclesiasticum aut religiosum & mulierem: carne consummatur. Hinc Bernardus ait. Cum fœmina semper esse & fœminã non cognoscere: hoc ego maius reputo q̃ mortuos suscitare. Qui ergo
4 quod minus est non potes: quod maius est quomodo credã tibi? ¶ Insuper q̃ noxia sit castitatis amatoribus frequẽs cum fœminis familiaritas: præclare demonstrat Basilius magnus in libro suo de institutis mo

Cauillationis aduersariorũ dissolutio.

Bonauẽtura.

Eccli. 42

Gregorius.

Iob. 4

Bernardus.

Basilius. nachorum, hæc de castitate proloquens. Quoniam vitæ spiritualis fundamentum, castitas obtinere noscitur: diligēter custodiendi sunt sensus, & fœminarum congressus vt præcipua diaboli tela (quæ maximos viros prꝑcipites interdum egerunt) omnino vitandi. Quodque mirum in hoc genere: etiā si nulla libido, nulla sit peccādi voluntas, nihilq; nisi sanctum in verbis factisque meditamur: est tamen in ipso congressu naturæ titillatio quædam, vt sexus statim diuersitas sentiatur. vixque effugi poterit: quin vigor ille virilis seueritasque incorrupta, aliqua ex parte leniatur & tabescat. Quapropter sentio, quoad liceat & fieri possit: nullam prorsus mulierem, ad amicitiam conuersationēq; aut commerciū, omnino admittendam. Dicitur enim in Sapientia. Quis in sinu ignem suscipiet: & vestem non cremabit? Quis prunas ardentes calcabit: & pedes non vret? Earum oculi sunt faces: vox etiam muliebris, sensum corrumpit. Quam ob rem fœlix est: qui raro cum eis versatur. fœlicior: qui nunquam. Non ꝙ natura sit odio habenda: cum hic sexus vt simplicior & pudicitior, magna sit laude ac charitate dignus: sed ꝙ periculum sit vitandum. hæc Basilius. ¶ Cui accedit & sacer Hieronymus: dicens. Prima tentamenta clericorum: sunt mulierum accessus. nociuum genus fœmina: ianua diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussio. Cū proximat stipula: accendit ignem. flammeo igne perurit fœmina consciētiam pariter habitantis: exuritq; fundamenta montium. Ego iudico, si cum viris fœminꝑ habitent: viscarium non deerit diaboli. Si alligauerit quis ignem in sinu suo: & vestimenta sua non comburentur? Mihi crede, non potest toto corde cum domino habitare: qui fœminarum accessibus copulatur. Rursum idem. Germinant fœminæ spinas, cū viris habitantes: arcanaque mentium acuto mucrone percutiunt. Nemo inter serpentes & scorpiones securus ingreditur. Hæc Hieronymus, & multa alia id genus: in eandem tendentia sententiam. quæ in epistolis & operibus eius sedulo lectori copiose occurrent. ¶ Secundum vero remediū contra impudicitiā, a sancto Bonauentura in loco ante citato assignatū: est cauta societatis ac cōtubernij libidinosorū euitatio. Nā teste in prouerbijs sapiēte. Qui se iungit fornicarijs: erit nequā. & amicus stultorū: efficitur similis illis. Proni siquidē sunt sensus hominis & cogitatio: in malū. idcirco facilius pellicitur aliorū exēplo ad illud: quod concupiscit eius appetitus carnalis. cū nō erubescit flagitiosus videri, habens secū socios suæ miseriæ. quorū non solū exēplis, sed etiā persuasionibus & irrisionibus illicitur ad peccatum, & laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. Vnde frequens est adagium, eum qui inter lupos versatur: vlulare cum illis debere. & ꝙ propter furum consortium: quis ad furcam se duci sustinet. Veraque nimirum est ea Ecclesiastici sententia: iuxta sensum etiam mysticū. Qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. & illud itidem diuini psaltis dictū. Cum sancto sanctus eris: & cū viro innocēte inno-

Marginalia: Qz periculosa est frequens cum fœminis cōuersatio. — Prouer. 6 — Hieronym9 — Prouer. 6. — Prouer. 19. — Gene. 6 — Psalmo. 9 — Eccli. 13 — Psal. 17

cens eris. Rursus. Cum electo electus eris: & cum peruerso peruerteris.
6 ¶Tertium est repressio corporis a delicata enutritione. Quæ libenter
est obseruanda exemplo beati Pauli: qui ad Corinthios scribēs ait. Ca- 1.corin.9
stigo corpus meū, & in seruitutē redigo: ne forte cū alijs prædicauerim,
ipse reprobus efficiar. Quippe cū defecerint ligna, teste sapiente: extin- Prouer. 26
guetur ignis. & vt ait Comicus: sine cerere & baccho, friget venus. E di- Therētius.
uerso vero, qui delicate nutrit seruum suum in iuuentute: postea sentiet Prouer.29.
eum contumacem, vt est in prouerbijs. Cui consonat etiam beatus Pau
lus ad Timotheū scribens. Vidua quæ in delicijs viuit: viuens mortua 1.timo.5
est. per peccatū scilicet & secundū animam: tametsi naturalis vitę & cor-
poralis, agat functiones. Apud Ezechielem quoq; ait dominus. Hæc Ezechi.16
fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: saturitas panis & ociū. Siquidē ter-
ra corporis nostri, quæ ex prima maledictione spinas & tribulos stimu Gene.3
lorū carnis satis superq; germinat vltro: si insuper fuerit saginata deli-
cijs & incrassata, tanta erit spinarum libidinis in ea succrescentiū densi-
tas: q; semen verbi veritatis in nobis suffocabitur, & fructū continentiæ
7 non proferet, sed despumabit in luxuriam. ¶Quartum vero remediū
est diligens ocij deuitatio. Nam vt ait Ecclesiasticus: multā malitiā do- Eccli.34
cuit ociositas. Et Salomon in prouerbijs. In desiderijs est omnis ocio- Prouer.21
sus. Occupatus enim: ab vno dæmonę impugnatur. Ociosus autem: in-
numeris dęmonibus infestatur & vastatur. quia quot cogitationes & de-
sideria mala in corde versat: tot inimicorum iaculis patet ac exponitur.
Vnde Bernardus. Omniū tentationum & malarū cogitationū sentina: Bernardus.
est iners ociū. Sicut enim per rimam sentinæ, aqua latenter intrat & ex-
crescit, donec nauis per nautarū incuriam demergatur: ita ex ocio atque
ignauia cogitationes prauæ & concupiscentiæ multiplicātur, donec na-
8 uis cordis eis succūbens, in peccato periclitetur. ¶Quintū ab eodē au-
thore designatū in loco supra dicto remediū: est exteriorū sensuum ab
illicitis assidua custodia. Nam sunt illi, tanq̄ fenestræ animæ: per quas
mors peccati intrat quasi fur aut corruptor castitatis nostræ, dum nō so
licite custodiūtur. quemadmodū ait Hieremias. Ascendit mors per fe- Hiere.9
nestras vestras: ingressa est domos vestras. Et idem in Threnis. Oculus Threno.3
meus deprædatus est animā meā: in cūctis filiabus vrbis meæ. Siquidē
rex Dauid vxorē Vriæ non respexit, quoniā eā prius cōcupierit: sed cō 2.regū.11
tra, eā cōcupiuit quia ipsam ante incaute respexit. Et seniores illi duo iu
dices quoniā impudicis oculis castā Susannā sunt contēplati: exarserūt Danie.13
in eius concupiscentiā. Similiter domina casti Ioseph in Aegypto, quia Gene.39.
incauta iniecit oculos suos in vultū eius decorū aspectu: capta est illius
pulchritudine. Demum Holofernes elegantia formæ ipsius Iudith, cū Iudith.10
primum eam est intuitus: fascinatus est, ac prostratus in mortem. Quare
cuiq;, sanctæ castitatis amatori: dicendū est cū beato Iob. Pepigi fœdus Iob.31
cū oculis meis: vt ne cogitarem quidem de virgine. Et cū propheta psal-

Pſal.118 mographo,aſſidue orandum ad dominum. Auerte oculos meos ne vi-
Gregorius. deant vanitatem. quādoquidem ſecundū Gregorium: non expedit in-
tueri,quod non licet cōcupiſci. ¶Sextum remediū eſt, interior praua- 9
Micheæ.7. rum cogitationū & affectionum carnaliū repreſſio. Nam illæ ſunt do-
Matth.10 meſtici hominis inimici:quorū fraude vrbs mentis noſtræ inimicis tra-
ditur,ſi diligenter homo non ſibi caueat aut proſpiciat. Vt enim in li-
Sapi.1 bro Sapientiæ dicit Salomon: peruerſæ cogitationes ſeparant a deo. Et
Prouer.15 alio in loco. Abominatio domino:cogitationes malę. Et vt ſumma teſta
Matth.15 tur veritas:de corde exeūt cogitationes prauę,adulteria,homicidia,for
nicationes,furta,falſa teſtimonia,blaſphemiæ. Hæc ſunt:quæ coinqui-
nant hominem. Vnde nulla exterior munitio ſufficit ad cuſtodiendum
vrbis clauſtra:vbi domeſtici,proditores fuerint & perfidi. Ita ſane nul-
la cuſtodia extrinſeca conſeruat animam mūdam: ſine cuſtodia inter-
na cogitationū & affectionum. Proinde ſalubriter nos admonet Salo-
Prouer.4 mon in Prouerbijs. Omni cuſtodia ſerua cor tuum:quoniam ex ipſo vi
ta procedit. Et per Eſaiam dominus nos ſalubriter hortatur. Auferte
Eſa.1 malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Rurſum per Hiere-
Hiere.4 miam:populum Iuda increpitat. Vſquequo morabūtur in te cogitatio-
nes noxiæ? ¶Deniq; ſeptimū cōtra carnis petulantiā remedium:eſt fre 10
quens ſtudiū orationis & deuotionis animæ in deum. quoniam vt ait
Pſal.126 propheta in pſalmo. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem:fruſtra vigilat
Sapi.8. qui cuſtodit eam. Et Salomon de ſeipſo in libro Sapientiæ dicit. Vt ſci-
ui quia aliter non poſſum eſſe continens,niſi deus det:adij ad dominū
Ioan.15 & oraui, & dixi ex totis præcordijs meis. Proinde ſemper orandus eſt
deus (ſine cuius auxilio: nihil ſalutare facere poſſumus) vt rore gratiæ
ſuæ, cæleſtiſq; benedictionis: extinguat in nobis incēdia concupiſcētiæ
Danie.3. carnalis. & vt angelum ſuū mittat de cælo:qui excutiat flammā libidi-
nis de fornace corporis noſtri,faciatq; mediū fornacis quaſi ventum ro-
Exodi.17 ris flantem. Vnde cum Moyſes in monte orans,manus eleuaret in cęlū:
vincebat Iſrael. cum vero remitteret eas & deponeret: vincebat Ama-
lech. Moyſes vtiq;, quemlibet ſignificat: de aquis voluptatum carnis,
amore caſtitatis ſubductum. Amalech vero:tentationem carnis,molien
tem nobis viam intercludere, qua perueniamus in terram viuentium.
Manus autem Moyſi: ſunt affectus animi interiores. quos cum eleua-
mus ad deum per deuotū orationis ſtudiū: ſuccūbit hoſtis, nos infeſtās
per libidinē. cū vero illos ad terrena demittimus:inualeſcit in nos inimi
cus. Proinde ſine intermiſſione,manus illas noſtras debemus ad deum
ſuſtollere. Hæc,quantum ad ſententiam:ex Bonauentura. ¶Præterea 11
Guilhelmus Guilhelmus Pariſienſis, in opuſculo ſuo: de tentationibus & reſiſten-
Pariſienſis. tijs inſcripto (quod cæteris eius operibus annectitur) duodecim etiam
aſſignat remedia ad reluctandum tentationibus libidinum: cum ſupra
dictis ſeptem,quoquo pacto conuenientia,quæ diffuſius ab eodem au-

thore ibidem explicantur. Sunt & alij illustres scriptores: qui de huiusmodi remedijs cõtra incentiua libidinũ copiose disseruerunt. a quibus precario accipienda sunt arma: ad hũc infestum & internũ hostem debellandum. contra quem dimicatio exercenda est: ꝗdiu hic vita agitur.

¶ Cælibatui sacerdotum nostri tẽporis, non aduersari connubia sacerdotum antiquę legis: aut primitiuæ ecclesię. Cap. XXI.

Reliquum nunc est: post stabilitam sacrorum altaris ministrorũ continentiam, scripturæ sanctę canonicarumq́ʒ sanctionum authoritate, necnon rationum cõplurium fulcimento, sacrorumq́ʒ testimonio authorum: diluere captiosas aduersariorũ argutias, quibus moliuntur huiusmodi continentiam impugna-

1 re. ¶ Et primo quidem loco obijciunt: sacerdotes Mosaici ritus toto legis antiquæ decursu, vxores etiam diuina institutione duxisse. vt ex visesimo primo Leuitici capite: aperte constat. Proinde contendunt illud tunc rite factum: & nunc quoq́ʒ consimili exemplo itidem factitandũ. ¶ Sed huic cauillo in superioribus locis sæpius reddita est responsio: illius temporis sacerdotes recte tunc vxores duxisse. Nam cum ex sola tribu Leuitica deligerentur tum ministri tabernaculi, ad sacerdotale munus obeundum, vti constituerat deus: & in summi sacerdotij officio, filius patri demortuo sufficiendus esset, etiam ex diuino decreto. nisi cõnubio fuissent coniuncti sacerdotes illius temporis, interijsset demũ tota tribus Leuitica: ꝙ maioribus per propagationem carnis non successissent minores, & ita tandem nullus ad exercendum tabernaculi ministerium inuentus fuisset minister. quod est absurdum. In lege vero euãgelica ad continuam sacerdotũ multiplicationem non exquiritur propagatio carnalis: sed institutio spiritualis & cõsecratio eorũ, ex quacũq́ʒ gente aut natione sumantur. Et ergo nulla nũc necessitas (vt tũc) adigit

2 sacerdotes ad nuptias contrahendas. ¶ Cæterum infirma est & hæc collectio: qua ex ritu viuendi legis antiquæ, astruere quis annititur, consimilem morem & nũc seruandum. perinde atq́ʒ contenderet, nostro etiã tempore virũ vnum plures posse habere vxores: quoniam in antiquæ legis decursu vxorum concedebatur pluralitas. aut nũc carnibus suillis vtendum non esse: quoniam tunc illæ ad esum censebantur illicitæ. Non enim si imperfectũ quippiam, figuræ inest: protinus illud & in veritate comperiri debet. quin potius ipsa veritas: suam figuram longo perfectionis interuallo solet antecedere. Hinc lex euãgelica vt sanctior est & dignior: sãctiores exquirit & digniores ministros, qui iã ex carne in spiritum transierint. Et certe hic dies (vt aiunt) aliam vitam & alios mores postulat: dies inquam, dominici aduentus in carnem luce illustratus: & euãgelicæ doctrinæ fulgore perfusus. ¶ Proinde ad elidendam hanc & quamuis consimilem ratiocinandi formam: summopere attendendum

Leuiti. 21

Cur in veteri lege sacerdotibus erant licitæ nuptiæ.

Gene. 29

Leuiti. 11.

est illud beati Augustini documentum, quod in tertio libro de doctri=
Augustinus na Christiana tradit in hūc modum. Cauendū est, ne forte quod in scri=
pturis veteribus pro illorū temporum conditione (etiam si non figura=
te: sed proprie intelligatur) non est flagitiū neq; facinus: ad ista etiā tem=
pora quis putet in vsum vitę posse transferri. Quod sicut ibidem praecla
re deducit in vxorum pluralitate, antiquorum patrū tempore concessa
& nūc interdicta: ita accommodari congrue posset ad connubia sacerdo
tum Mosaici ritus. quae sine aliquo piaculo aut noxa tūc admitteban=
tur: nūc autem ad vsum vitae istius tēporis probe transferri non possunt,
propter mutatas cū lege & nouo vitae instituto sanctiones: in perfectio=
rem disciplinam. ¶ Secundo obiectant aduersarij, Zachariam sacerdo= 3
tem deo acceptum habuisse vxorē Elizabeth: ex quibus secundū diui=
Lucae. 1. nam promissionem natus est sanctus Ioannes Baptista, altisonus domi
ni praeco. Adducūt & apostolos CHRISTI vxoribus fuisse coniūctos:
Matth. 26 quos tamē ad sacerdotalem functionem a domino fuisse prouectos, in=
ficiatur nemo. Et horū exemplo conficere student: coniugia in sacerdoti
bus etiam nostri temporis esse admittenda. ¶ Quibus respondendum
Hieronym9 est id quod ait Hieronymns in Iouinianum agens: Zachariam scilicet
& Elizabeth, inter eos qui ab initio legi seruierunt, numerandos esse.
Neq; enim euangelium (ait) est ante crucem CHRISTI: quod sanguine
& passione ipsius dedicatur. quemadmodum prius, ex eodem authore
Lucae. 1. illud est adductum. Cuius apertum est argumētum, q; sacerdotio fun=
geretur Zacharias in ordine vicis suae: secundum illam sacerdotalis mu
1. para. 24 neris distributionem, quam constituerat rex Dauid ad augendum dei
cultum. Erat enim ipse, de vice Abia: cui inter viginti quatuor sacerdo=
tum vices, octaua obtigit. vt paulo ante ex libro Paralipomenon recen=
2. corin. 5 suit Ambrosius. Vetera autem iam trāsierunt (vt ait apostolus) ecce no=
ua facta sunt omnia. & cum noua lege: etiam noui inducti sunt mores.
Hierony= mus in Io= uinianum. ¶ De apostolis vero dicit Hieronymus in eodem loco, q; ipsi eas dun=
taxat habuerunt vxores: quas eo acceperant tempore, quo euangelium
nesciebant. qui assumpti postea in apostolatum: reliquerunt officium cō
Cap. 3. iugale, vt supra latius est dictum. Ad horum itaq; imitationem, tempo
ribus nostris recte id obseruatur: vt ad sacrum altaris ministeriū pro=
mouendus, ex institutione ecclesię sponte sua caelibatum voueat, coniu=
gioq; renunciet. ¶ Id vnū tamen obiter hic dictum sit, eundem sacrum 4
An inter a= postolos so lus Petrus habuit vxo rem. authorem in loco ante citato contra Iouinianū sentire: solum inter apo=
stolos Petrum, vxorem habuisse. Excepto (inquit) Petro apostolo: non
est manifeste relatum de alijs apostolis, q; vxores habuerunt. Et cum de
vno scriptum sit, ac de caeteris tacitum: intelligere debemus, sine vxori=
bus eos fuisse, de quibus nihil tale scriptura significat. haec ille. Sed siue
alij praeter Petrum apostoli duxerint vxores, siue coniugij expertes vi=
xerint: nihil id refert ad praesens negocium. quoniam siqui alij apostoli

a Petro, conſtrinxerint ſe (priuſquã vocarentur a domino: vt ipſum ſe-querentur) nexu connubiali: ipſi poſt ſui vocationem ad culmen apo-ſtolatus, dimiſerunt ſuas vxores quantum ad vſum coniugij, & cælibẽ deinceps vitam duxerunt. Cauilli aduerſariorũ ſolutio. ¶ Neq; etiam ſuffragari aduerſariorum pla citis vllatenus poteſt illud verbũ beati Pauli: in prima ad Corinthios epiſtola. Nũquid poteſtatem non habemus, ſororem mulierculam cir- 1.corin.9 cunducendi: ſicut & cęteri apoſtoli & fratres domini, & Cephas? Nam ibidem per mulierem, non cõiugem intelligit apoſtolus: vt interpretan tur perperam improbatores continentiæ ſacerdotalis. ſed piam quamli-bet & ſanctam mulierem ex earum numero: quæ ſequebantur apoſto-los prædicationi verbi diuini intentos, & miniſtrabant illis de facultati bus ſuis. queadmodũ in euangelio leguntur religioſæ mulieres CHRI- Lucæ.8 STVM ſtudioſe ſecutæ: illicq; neceſſaria ſubminiſtraſſe. Vnde Hierony mus prædictum apoſtoli locũ explanans: ait. Non de vxoribus hoc di Hieronymus. cit: ſed de ijs quæ propter ſigna quæ faciebant apoſtoli, eos ſequebãtur. Non dicit etiam, mulieres ducendi: ne de vxoribus loqui putaretur. ſed circũducendi (inquit) per prouincias: quę neceſſaria de ſuis facultatibus miniſtrarent. In primo etiam libro contra Iouinianum: hoc idem atte-
5 ſtatur Hieronymus. ¶ Tertio inſiſtunt aduerſarij, & apoſtoli verbum afferunt in mediũ de epiſcopo: q̃ vnius vxoris debeat eſſe vir. & de dia- 1.timo.3 conibus, q̃ monogami eſſe debeant: vt ad Timotheum & Titũ ſcribens Titum.1. commemorat. Vnde argumẽtum ſumunt, apoſtolorum tempore ſacros altaris miniſtros vxoribus fuiſſe coniũctos: & ſubinferre nituntur, eo-dem iure id nunc licere. ¶ Verum occurrendũ eſt illis: vera quidem ea eſſe Pauli verba quæ aſſumũt (quorum tamen recta intelligentia: ex ſu Cap.6.huius libri. perioribus locis eſt requirenda, & in proxime ſequenti capite adhuc la-tius explicabitur) ſed ex illis nequaquam recte confici: quod volũt. Nã eſto q̃ in nouæ legis exordio non fuerit impoſita ſacerdotibus continẽ-tia, quia necdũ ea tempeſtate conſtituta erat ea lex de cælibatu clerico-rum: neq; illius temporis cõditioni expediebat, huiuſmodi tunc regulã ſtatuere. nũquid tamen idcirco poſteri perperam faciunt: ſeruantes ca-ſtimoniam in ordinibus ſacris, & nuptias valere ſinentes, ex inſtituto eccleſiæ obligatorio poſtea ordinato? Nonne quod prius non fuerat in-ſtitutũ: potuit ex rationabili cauſa & ſuggerente ſpiritu ſancto poſtea cõ ſtitui? Nõne & ſacerdotalis vitæ regula, in principio rudis minuſq; po-lita: paulatim per ſuperadditas honeſte viuendi leges, poſtea fieri potuit perfectior atq; politior? Fateor equidem, in principio naſcentis eccleſię non fuiſſe cælibatũ ſacerdotibus lege obligatoria indictum, eo quidem pacto: q̃ in vinculo coniugali ſubſiſtentes non potuerint miniſtrare ſa-cro altari, quemadmodum ex locis in obiectione citatis eſt dilucidum. Nũquid tamen ideo calumniabimur eccleſiaſticam cõſtitutionem: quę poſtea perpetuam cõtinentiam ſacerdotibus impoſuit? Non enim om-

Quæ prius inſtituta nõ fuerunt: poſtea recte cõſtitui.

nia vno eodemꝗ omnino tempore circa aliquod vitæ genus fuerunt ab eccleſia conſtituta: ſed hoc vno tẽpore, & illud alio, vti efflagitabat oblata occaſio & ipſa temporis conditio. ¶Proinde ſe debet quiſꝗ in rebus 6
agendis illi conformare tempori: in quo vitam agit, illiuſꝗ mores & ſtatuta ſequi. neꝗ per prioris ſeculi inſtituta (quæ ſuo tẽpore fuerant reipublicæ eccleſiaſticæ congrua) velle reſcindere aut abrogare præſentis temporis conditiones: a priſtinis diuerſas, huic tamen ſeculo accommodas. Quocirca Lutherani, nouitates inducũt periculoſas, multiſꝗ diſſidijs materiam præſtantes: qui ſuadent reiectis hodierni temporis ſanctionibus eccleſiaſticis, nos debere tranſacti longo interuallo ſeculi regulam viuendi capeſſere, iam prorſus obſoletam. Ea ſiquidem priſci temporis forma, ad recte viuendum tum inſtituta: ſuo quidem ſeculo conueniens fuit & apta diſciplinæ eccleſiaſticæ. Huic vero ſeculo: non ita eadem congruit. Vtcunque tamen ſe res habet, nulli ambiguum id eſſe debet: a ſpiritu ſancto agitãte corda orthodoxorum patrum (qui ſacerdotalis ordinis vitam & mores exacte inſtituerunt) introductam eſſe hanc continentiæ ſeruandæ legem atꝗ conſuetudinem: vt & ſupra dictũ eſt. & ideo magnopere eandem eſſe commendandam, ſtudioſeꝗ ſeruandam: ob id etiam cæteris accedens, ꝙ hoc quoꝗ ſeculo ipſa in vſu habeatur quotidiano. Perinde atꝗ in rerum cõmutationibus vtendũ eſt moneta, non exoleta aut antiquata: ſed cõſuetudinaria, temporiꝗ præſenti & loco accommoda. Et in ipſo corporis cultu: mos præſentis loci & temporis in quo diuerſamur, eſt conſectandus. neꝗ priſcis ſeculis commendatus & in precio habitus amictus, huic tamen ætati incongruus: deferendus eſt in propatulo, ad euitandum ſcandalum.

Cap. huius libri 17.

¶Quare in primitiua eccleſia non expediebat continentiã citra cõiugiũ iniungi ſacerdotibus: id tamen nũc expediat. Cap. XXII.

QVarta aduerſariorũ obiectio. Non eſt maioris per- 1
fectionis hodierni temporis eccleſia: ꝗ̃ fuerit primitiua. Atqui in ipſa primæua eccleſia: non fuit indicta maioribus eccleſiæ miniſtris continentia. Ergo neꝗ poſtea debuit indici: neꝗ nũc ſeruari. Alioqui videremur velle perfectionem aliquã ſuperaddere illi ſtatui naſcentis eccleſiæ: qui tamen vt maxime erat propinquus CHRISTO & apoſtolis, ita perfectiſſimus erat & amore dei feruentiſſimus. ¶Reſponſio. Admittendum quidem eſt vtrunꝗ quod hic aſſumitur: abnuendũ tamen quod colligitur, propter aliquantam in nonnullis cõditionibus vtriuſꝗ eccleſiæ diuerſitatem, atꝗ in membris earũ varietatem accidentariam. Enimuero in ipſis euangelicæ legis incunabulis: rarus erat profitentium fidem Chriſtianam numerus. & huiuſmodi paucitas adigebat eccleſiam ad hãc neceſſitatẽ: ꝙ oportuerit tunc miniſtros eccleſiæ aſſumi ex conuerſis a gentilitate aut Iudaiſmo ad fidem catho-

licam, qui vt plurimum ante huiusmodi conuersionem habebant vxores, quas propter Christianę legis professionem non licebat eis abijcere: quia plærunqꝫ & ipsę cum suis viris ad sacræ fidei lumen conuertebantur, aut saltem consentiebant eis cohabitare sine religionis Christianæ contumelia. Et certe ea tēpestate accipiendi erant ecclesiæ ministri: quales poterant tunc haberi & inueniri. Non autem inueniebantur eo tempore ad altaris ministerium assumendi: nisi vt plurimū astricti vinculo connubiali. Quare non expediebat circa id tempus: continentiam indici ministris ecclesiasticis. Postea vero excreuit maiorem in modum numerus fidelium: ob quorum multitudinem facile potuerūt inueniri ad officium ecclesiæ exercendum, qui ab ipsa infantia sacris fidei fuerāt initiati: & necdum tædis iugalibus obstricti. Quocirca oblata est ecclesiæ facilis occasio: ad ferendam deinde legem de continentia sacerdotum.

2 ¶ Rursum, ecclesiæ primitiuæ tempore non tanta erat bonorum temporalium in viris ecclesiasticis abundantia: quanta nunc cernitur. quoniam necdū habuit tunc ecclesia prædia & possessiones: quemadmodū hac ætate conspicitur obtinere. Enimuero incœpit ipsa primū huiusmodi opes in pios vsus distribuēdas possidere sub Vrbano primo (qui apostolicam moderatus est sedem circa annum ab aduentu domini in carnem, ducentesimū vicesimum sextum) vt refert Gratianus in libro decretorū cap. videntes. duodecima, quæstione prima. Quo tēpore incœpit ecclesia habere possessiones. Cuius quidem Vrbani decretum super ea materia, quod libro conciliorū inseritur, & inscribitur de cōmuni vita & oblatione fidelium: hic partim referre, non erit superuacuū. Scimus (inquit) vos non ignorare: quia hactenus vita communis inter bonos Christianos viguit: & adhuc gratia dei viget. & maxime inter eos qui in sortem domini sunt electi: id est clericos. sicut in actibus legitur apostolorum. Multitudinis autem credentium: erat cor vnum & anima vna. nec quisquam, eorum quæ possidebāt aliquid, suū esse dicebat: sed erant illis omnia cōmunia. Deinde reliquo toto capitis illius actuū apostolicorū textu, ad finem vsqꝫ enarrato: subiungit Vrbanus. Videntes ergo sacerdotes summi, & alij, atque Leuitæ & cæteri fideles, plus vtilitatis posse afferri: si hæreditates & agros quos ante vendebāt, ecclesijs quibus præsidebāt episcopi, traderent. eo ꝙ ex sumptibus eorum tam præsentibus q̄ futuris temporibus: plura & elegantiora possent ministrare fidelibus communem vitam ducentibus, q̄ ex precio eorum. cœperunt prædia & agros quos vendere solebant, matricibus ecclesijs tradere: & ex sumptibus eorum viuere. Ipsæ vero res: in ditione singularum parochiarum episcoporum (qui locum tenent apostolorum) erant: & sunt vsqꝫ adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus, episcopi vt fideles dispēsatores eorum, omnibus communi vita degere volentibus ministrare cuncta necessaria debēt: prout melius potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur. Ipsæ enim res, fide-

Vrbanus primus.

Actuum. 4.

Qua occasione: cœpit ecclesia habere prædia.

lium oblationes appellantur:quæ a fidelibus domino offeruntur. Memoratis ergo augmentationibus in tantum ecclesiæ in quibus episcopi præsident, domino adminiculante creuerunt, & in tantis maxima pars earum abundat rebus: vt nullus sit in eis communem vitam gerẽs, indigens, sed omnia necessaria ab episcopo suisq; ministris percipiat. Ideo si aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hæc auellere nitatur: iam dicta damnatione feriatur. hæc Vrbanus. Quæ maiore ex parte etiam recitantur in dicto libri decretorum loco: vtpote duodecima, quæstione prima. cap. videntes. Cum itaq; circa ecclesiæ primordia admodum exigua erat rerum ad eam attinẽtium portio, vt iam dictum est: profecto nõ ita metuendum tunc erat de surreptione furtiua bonorum ecclesiasticorum, in vsum vxoris & familiæ: quæ fieri posset a ministris ecclesiæ coniugatis. qꝛ is cui modica cõmittuntur administrãda: non multa posset ex paruo aceruo sustollere, sibiq; vendicare. Illa insuper subsidiaria bona, ecclesiæ designata, non habebãt viri ecclesiastici in tam libera dominatione & vsu arbitrario: sicut nunc obtinentur. cũ ipsi communem in ecclesijs cathedralibus adinuicem vt plurimum agerent vitam: quẽadmodum ex prædicto Vrbani decreto plane constat. Tunc enim penes ipsam fidelium communitatẽ aut supremum eius præsidẽ, erat huiusmodi bonorum dominium & distributio: & nõ penes singulos quosq; ministrorum, vti nunc esse dinoscitur. At vero hac tempestate, & vberior est ecclesiarum dotatio: & liberior illorum bonorum per ministros earum dispositio atq; dispensatio. Proinde non tãtam potuisset coniugalis status in sacerdotibus tunc inferre iacturam circa talium bonorum distributionem: quãtam subsequente tempore, iam facto eorum incremẽto. ¶Demum syncærior erat addictorum rei ecclesiasticæ virorum circa prima illa tempora castitas etiam in coniugio, & moderatior temperãtia in officio connubiali: qua suis vxoribus norant modestius & temperatius vti. Et ita non vsqueadeo fuit opus: illam coniugalem castitatem seuerioribus coerceri legibus. Postea vero refrigescente charitate increuit cupiditas: & effrenatior facta est libido virorum in suas coniuges. Vt igitur debita diuinis mysterijs seruaretur sanctimonia in ministris ecclesiæ: cõducibile fuit, illis succidere materiam immoderatioris huiusmodi concupiscentiæ. Quemadmodum veteris legis tẽpore, patres antiqui (vt ait Augustinus) temperatius vtebãtur pluribus coniugibus: q̃ nunc nonnulli plærunq; vtuntur vnica. Et ergo permissa tunc illis erat vxorum pluralitas: quæ hoc legis sacratioris tempore penitus est vetita. Itaq; paucitas fideliũ primitiuæ ecclesiæ, paupertas itidem virorum ecclesiasticorum illius temporis, & moderatior ipsorum ad suas coniuges temperantia: conuincunt non fuisse tum expediens, qꝛ ea ætate indiceretur lex continẽtiæ viris ecclesiasticis. Sed mutata deinde in oppositam partem rerum conditione: necessariũ fuit & congruens,

Cur nõ expediẽs fuit: in principio ecclesiæ ferri continentiæ legem.

Augustin⁹.

eam decernere legẽ. Eſt præterea & alia ratio: ad eandem rem ſuperius adducta. quoniam ſcilicet non expediebat circa primam eccleſię fundationem, graues imponi leges fidelibus, recẽs conuerſis ad legem euãgelicam: ne illarũ aſperitate & difficultate, deterrerẽtur a fructu ſanctę conuerſionis. Verum quoniam hæc ratio, iam in hoc libro eſt latius ſuo lo- Cap. 6.
4 co explicata: non eſt opus eandem in præſentia repetere. ¶ Quinta obiectio. Quæ recte ſunt in republica vno tempore ſancita: non ſunt per legem oppoſitam poſtea permutanda. ꝙ huiuſmodi immutatio legũ, abrogatio antiquarum, & nouarum conſtitutio: grauia ſolet inuehere incommoda reipublicæ. Atqui tempore apoſtolorum lata fuerat lex de epiſcopo: ꝙ vnius eſſet vxoris vir, & de diaconis itidem, ꝙ forent mono- 1. timo. 3. Titum. 1. gami. quam certe legem: beatus Paulus epiſtolarum ſuarum cõſcriptione diuulgauit. Igitur non potuit per ſequentes, etiã ſummos eccleſię rectores: huiuſmodi lex reſcindi. Si enim quod pręcedentes ſtatuerũt reipublicæ moderatores, ſequentes refigant, aut pro ſuo nutu permutent: quid tandem legum, ſtabile aut ſolidum permanebit in ciuitate aut regno? ¶ Reſponſio. Vbi omnia ſemper eodẽ ſe habent modo, neq; quicq̃ interuenit maioris vtilitatis aut neceſſitatis, quod impellat ad legũ poſitarũ permutationem: debẽt illæ (fateor) ſemper in ſua integritate, incolumitateq; ſolide conſiſtere. Aſt vbi variata rerum conditione, aut vrgẽs neceſſitas aut euidens vtilitas ſuadet eſſe conducibilem legis prius latæ abrogationem, aut commutationẽ in aliam legem cõmodiorem: quidni ſtudebit rector populi vel eccleſiæ, penes quem ea eſt authoritas, legem antiquam immutare? cum illud efflagitet recta ratio, & ipſius legis conditio: quæ debet humanæ ſubſeruire directioni, non autẽ homo ſubſer- Legũ permutationẽ in republica interdũ fieri poſſe.
5 uire legi. ¶ Et certe videmus huiuſmodi permutationem: & in ſacris literis & in eccleſiaſticis ſanctionibus non ſemel eſſe factam. Siquidẽ humano generi in prima mundi conſtitutione conceſſæ ſunt fruges & herbæ in cibum: non autẽ piſces aut carnes. Exacta vero diluuij inundatione: quorumuis piſcium & carnium permiſſus eſt eſus hominibus, ex diuino indultu facto ipſi Noe & filijs eius. Sub Moyſe vero nonnullorum piſcium & animalium terreſtrium atq; volatilium vſus in cibum: eſt populo Iſraelitico prohibitus in Leuitico. Demum in lege perfectæ libertatis & euangelica: eorũdem piſciũ & carniũ prius vetitarum vſus, eſt Chriſtianis laxatus. vt clare inſinuauit Paulus: cum ait. Omnis creatura dei, bona eſt: & nihil reijciendum, quod cum gratiarũ actione percipitur. Ecce circa eandẽ materiam, ciborum ſcilicet delectum: quadru- Gene. 1. Gene. 9 Leuiti. 11 1. timo. 4
6 plicẽ variationẽ, diuerſis tẽporibus authore etiã deo factã. ¶ Rurſum, veteris legis ritus & cærimoniæ, pro tempore illius inſtituti approbatæ erant: deoq; iubẽte obſeruandæ. Quæ tamen, coruſcante euangelij luce, abolitæ ſunt & reprobatæ: nõ ſine diuina authoritate & ſpiritus ſancti magiſterio. Et dominus noſter in ſe circunciſionẽ ſuſcepit, vt legem Lucæ. 2

Matth.5 impleret:quam non venit ſoluere ſed perficere. Beatus autem Paulus
Gala.5 libere proclamat:ad Galatas ſcribeus. Si circũcidimini: CHRISTVS
vobis nihil proderit. Nonne hic iterum quod prius a deo conſtitutum
fuerat,poſtea abrogatur: & in aliud melius vtpote baptiſmum commu
tatur? ¶Hinc recte Innocentius tertius in quarto libro epiſtolarũ de-
cretalium,titulo de conſanguinitate & affinitate. cap. non debet. hanc
ſententiam refert annotatu digniſſimam,& in concilio generali deprom
Innocẽtius tertius. ptam. Non debet reprehenſibile iudicari:ſi ſecundum varietatem tem-
porum ſtatuta quandoq; varientur humana. præſertim cum vrgens ne-
ceſſitas aut euidens vtilitas:id expoſcit. quoniam ipſe deus ex ijs quæ in
veteri teſtamento ſtatuerat: nonnulla mutauit in nouo. hæc ille. Huic
quoq; propoſito conſonat:quod legitur in libro Heſter ſcripſiſſe Aſſue-
Heſter.16 rus rex Perſarum ad ſuos principes. Nec putare (inquit) debetis, ſi di-
uerſa iubeamus:ex animi noſtri venire leuitate. ſed pro qualitate & ne-
ceſſitate temporum,vt reipublicę poſcit vtilitas:ferre ſententiã. hæc ibi.
Haud aliter eccleſia ſancta ob emergentes nouas cauſas aut mutatã re-
rum conditionem:nonnihil prius probe conſtitutũ aut abolet,aut pro-
uide permutat in aliud conducentius:ſine aliqua leuitatis aut incõſtan
tiæ nota. ¶Sed age nunc oſtendamus in alijs eccleſiæ rebus etiam gra 7
uiſſimis,nonnulla prius ſancita:fuiſſe poſterius immutata. Circa naſcẽ
Actuũ.4 tis vtiq; eccleſiæ exordium, multitudinis credentiũ erat cor vnũ & ani-
ma vna:nec quiſq̃ eorũ aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia
cõmunia. Vendebantur tunc agri & poſſeſſiones:ponebaturq; precium
ad pedes apoſtolorũ. Succedente vero tempore,fidelis populus ſine re-
prehenſione,peculiaria poſſedit bona:& eccleſia amplis prouẽtibus eſt
dotata. Cæterũ hic rogandus eſt cum ſuis aſſectatoribus Lutherus,qui
ad apoſtolicę vitæ formam vult noſtri temporis accõmodari mores:cur
hanc paupertatem apoſtolicã non amplectitur,aut ſuis non ſuadet ean-
dem amplecti? Quare diuenditis omnibus & in cõmune collatis, non
ſequũtur illã vitæ communitatem quæ in actis apoſtolicis deſcribitur:
qui tantopere nituntur,miniſtros eccleſiæ ad illius temporis (vt dicũt)
imitationem,vxoribus eſſe alligatos? cur obſecro hũc ſolum illius æta-
tis morem,reiectis cæteris:mordicus apprehendũt? Certe ſi in hoc vno,
ſacerdotum ſcilicet cõiugio volunt apoſtolicorum temporum ſequi mo
res:in omnibus etiam alijs,eoſdẽ ſequantur oportet. quemadmodũ bea
Gala.5 tus Paulus Galatis ſcribit,q; ſi circũciſionem ſuſcipiant:debitores ſunt
totius legis Moſaicæ obſeruandæ. At quoniam arctitudinem illã pau-
pertatis apoſtolicæ ſubire detrectant:nequicq̃ nobis obijciunt,morẽ illũ
coniugij ſacerdotalis nobis eſſe capeſſendum. ¶Adhæc, circa lactentis 8
adhuc eccleſiæ tempora in plæriſq; locis ſancta dabatur ſynaxis atque
1.corin.11 communio fideli populo, ſub vtraq; ſpecie, panis ſcilicet & vini conſe-
Cap. 30. crati:vt in præcedente libro latius diſcuſſimus. Sequentibus vero ſeculis

cum magna cautione & prouida dispositione sanxit ecclesia: sub sola panis sacrati specie laicis esse tradendam communionem, directore illius tam ardui negocij spiritu sancto. ¶ Insuper in festis celebrioribus quōdam solennes agebātur a toto populo vigiliȩ nocturnæ & pernoctationes in orationibus: ad audiendum in templo dei diuinum officium. Verum quoniam suggerēte malorum omnium satore, multa infanda crimina deprehensa sunt tum committi tenebrarum & noctis occasione, & quoniam ijs qui furta & libidines exercere volunt, tenebris audacia crescit: sublatæ sunt ecclesiastico decreto illæ vigiliæ, & in diurnum ieiunium commutatæ. ¶ Postremum, in primis ecclesiæ temporibus ieiunium ecclesiasticum protendebatur in vesperum: & ante solis occasum non soluebatur. Nunc autem pro commodiori corporis valitudine & ne nimia inedia atterantur ieiunantes: in die ieiunij, refectio ex instituto ecclesiastico in meridiem est translata. Quid mirum igitur, si circa cōtinentiam ministrorum ecclesiæ lata est posterius lex: quæ prioribus seculis constituta non fuerat? præsertim cum legitimæ occurrerint & rationabiles causæ supra expressæ: quæ primores ecclesiastici ordinis impulerunt ad præscribendam hanc sacerdotibus legem. Hæc equidem latius studui in præsentia afferre: vt semel obstruantur ora loquentium iniqua. & contendentium, siquid semel in rebus agendis definitum est: debere illud inuiolabili iure, perpetuo seruari, nec id vnquam posse quacunque ex causa: in aliam vitȩ rationem aliud ve institutum permutari.

Nonnulli ecclesiæ mores: in alios recte cōmutati.

Psal. 62.

9 ¶ Nunc autem ad vlteriora progrediendum, inficiandumque est omnino: quod secundo loco assumit præsens obiectio. tempore scilicet apostolorum latam fuisse legem de episcopo: ꝙ debuerit esse vnius vxoris vir, & de diaconis similiter: ꝙ oportuerit ipsos nuptijs vnius vxoris esse copulatos. Alioqui neque ipse Paulus fuisset episcopus: cum vxorem nunquā habuerit, sed integram deo virginitatem seruauerit. Quod etsi multis sanctorū patrum testimonijs corroborari posset, in hāc vno animo conuenientium sententiam: vnum tamen in præsentia sufficit beati Ambrosij testimonium super hac re. Qui exponens illud verbū apostoli: in prima ad Corinthios epistola. dico autem nō nuptis & viduis. Bonum est illis: si sic permaneant sicut & ego. ait de Paulo. Non diceret. Bonum est innuptis vt sint sicut & ego: nisi esset integer in corpore. Nec diceret. omnes homines volebam esse: sicut meipsum. Si enim habuerit vxorē, & hoc dixit: virgines esse noluit. sed absit. Sic enim a pueritia spiritu seruiuit: vt huius rei studium non haberet. quippe cum iuuenculus, anticipatus sit a gratia dei. Hæc Ambrosius. Eidem accedit sententiæ & Nicolaus Lyranus, in prædicti verbi apostolici explanatione: & omnes ferme sacri scriptores, eundem Pauli locum explicantes. Quis autem adeo fuerit vecors & veritatis lumine destitutus: vt inficietur Paulum fuisse episcopum? Si præterea oportuerit in primitiua ecclesia episcopum vxori esse coniunctum, vt nullus nisi coniugatus eli-

Ambrosius. 1. corin. 7

Ibidem.

Paulum nō habuisse vxorem: sed virginē permansisse.

gi debuerit episcopus, quemadmodum hic obijciunt aduersarij: nec Timotheus nec Titus discipuli Pauli, potuissent ab eo ordinari episcopi, cum neuter eorum tradatur vxorem habuisse. Quare ipse Paulus contra regulam ecclesiasticam: cōstituisset eos ecclesiarum episcopos & præsules. quod certe est absurdū. ¶Neqꝫ idipsum, episcopos scilicet & dia- 10 conos illius temporis, debere esse coniugatos: ex ipsius apostoli verbis ad Timotheum & Titum scriptis, recte colligitur. quoniam illa nō sic intelligenda sunt, ꝙ nullus eligi tunc potuerit episcopus aut constitui diaconus: nisi esset vxori coniunctus. sed hoc modo debent accipi. ꝙ si quispiam connubio obstrictus eligeretur in episcopum aut diaconum. (quod eo quidem tempore: concessum erat & licitum) deberet ille vnius vxoris esse vir, & non bigamus. vt illis verbis apostolus bigamos & multinubos excludat a gradu episcopali ministerioque diaconali: non autē continentes & cælibes. Et hæc intelligentia prædictorum apostoli verborum: etiam superius est assignata in sexto huius libri capite. Ne autem hunc iam datum sensum videar pro meo confinxisse arbitrio: sanctorum patrum authoritate confirmandus est. & primum Ambrosij, qui in commentarijs suis super tertium caput primæ epistolæ Pauli ad Timotheū: verba eiusdem de moribus episcopo necessarijs pertractās, ait. Talem hominē qui hæc custodiat quę Paulus enumerat bona: creari dicit debere episcopū. Hæc enim: signa sunt dignitatis episcopalis. Si autē quis potiora sectatus, & corpus & animā suam deo dicauerit, ne se copulet matrimonio: tāto magis dignus fiet. Ideo enim inferiorē posuit: vt de potiore nemo dubitaret. hæc Ambrosius ibidē. Potior autē est cōtinētia deo consecrata: q̄ monogamia, in ratione meriti. Per hoc ergo ꝙ monogamus ad episcopatum admittitur de mēte apostoli: nemo addubitet quin professor cōtinentiæ secundū eiusdē sententiā dignior ad sedem episcopalē obtinendā existimetur. Super eodem etiā loco verborū apostoli de diaconibus cōstituendis: ait Hieronymus in libro annotationū. Diaconi sint vnius vxoris viri. non, vt si nō habuerint: ducāt. sed ne duas habuerint. Si enim digniorē faceret vxor: cur nō magis bigami aut trigami ordinarētur? hæc ille. Demū a cæteris authoribus citādis, qui hāc (quam explicui) verborū Pauli intelligentiā assignant: supersedendū nunc duxi, ne nimia eorū inculcatio fastidiū ingerat legentibus.

Quomodo intelligendū: oportet episcopum esse vnius vxoris virū

Ambrosius

Hieronym9

¶Non omnibus esse liberum, connubij fœdera contrahere: neqꝫ sacerdotes per legem continentiæ, cui astringuntur, quoquo pacto nuptias damnare. Cap. XXIII.

1. corin. 7.

SExta aduersariorum obiectio. Apostolus in prima ad Corinthios epistola: de ijs qui vinculo connubij non sunt constricti loquens, ait. Qꝫ si non se continent: nubant. melius est enim nubere: q̄ vri. Et paulo post in eodem loco. Si nupserit virgo: non peccauit. Quo quidem verbo Paulus ijs qui continere nolunt,

facultatem concedit subeundi coniugium: quo deuitentur acriora carnis incendia, quinimmo effugiatur & ignis ille inextinguibilis: qui fornicarijs est paratus. Ministri autem ecclesiæ quantaslibet molestias carnis perpetiantur, quoniam statuto illo continentiæ compediti sunt: non possunt secundum illud apostoli verbum, ducere vxorem. Faciunt igitur ipsi contra regulam illam apostolicam: & prædicta sanctio de continentia, penitus aduersatur illi verbo Pauli. Quod sane verbum Paulinum siquis dicat in sua integritate seruandum esse: legem continentiæ sacerdotalis missam faciat oportet, & quibusuis ecclesiæ ministris connubia permittat. ℭResponsio. Vtrunq; illud beati Pauli verbum intelligitur de ijs qui in sua adhuc libertate constituti sunt: vt sine dei offensione, coniugij subeant iugum, aut ab illo abstineant: nec aliquo voti sacramento se obstrinxerunt, ad seruandam perpetuo cōtinentiam. Nēpe qui vel per votum castitatis vltroneum, aut sacrorum ordinum susceptionem, aut religionis monasticæ professionem, promiserunt deo continentiæ syncæritatem: illis amplius non liberum est, nuptias capessere. Quod si attentant reiq; vxoriæ se alligant: voti iam facti transgressores, grauissime delinquunt. Quare ad deuinctos huiusmodi voto, perperā accommodantur illa duo beati Pauli dicta: & contra sanam scripturæ intelligentiam. Et quoniam ministri altaris cum sacris ordinibus initiati sunt, deo votum ædiderunt seruandæ in posterum continentiæ, vt supra est abunde monstratum: iam adempta est eis libera nuptiarum contrahendarum facultas, neque ipsis prædicta Pauli verba patrocinari possunt atque suffragari: nec recte applicari. ℭEnimuero beatus Paulus ad Timotheum scribens de viduis: quæ viris orbatæ deuouerunt se perpetuæ castitati, postea tamen nupserunt: ait. Adolescentiores autem viduas deuita. Cum enim luxuriatæ sunt, in CHRISTO nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Primam autem fidem ibi vocat apostolus, secundum sacros expositores: votum castitatis, quod defunctis vita viris suis deo ædiderunt. Et beatus Augustinus attestatur, q; virginibus quæ suam deo virginitatem per votum consecrarunt: non solum nubere, sed & velle nubere, dānabile est. Nonne igitur consimili iure, & ijs qui ministerio altaris se dedicarunt, & eo ipso perpetuæ continentiæ seipsos per votum obstrinxerunt: vxores ducere, damnabile est? & siqui illud tentauerint: nonne ob voti deo facti præuaricationem, perpetuam incurrunt damnationē? Idem etiam sanctissimus author, eandem confirmat sententiam in libro de fide ad Petrum: cap. tricesimo nono dicens. Firmissime tene & nullatenus dubites: nuptias quoque diuinitus institutas & benedictas. Et melius quidem, si quisquam sine coniugio sit: vt liberius atque plenius cogitet quæ sunt dei, quomodo placeat deo. Tamen illis qui continentiam non vouerunt, nullum esse peccatum: si vel mulier nubat, vel vir

Recta verborum Pauli intelligentia.

Cap. huius libri 12.

2

1. timo. 5

Augustinus

Idem.

1. corin. 7

vxorem ducat. Nec solas primas nuptias a deo institutas: sed etiam secundas & tertias, pro eorum qui se continere non possunt, infirmitate concessas. Eis vero qui siue coniugati, siue a coniugio liberi, continentiam deo vouerunt, admodum esse damnabile: si vel illi coniugale opus voluerint appetere, quo se non accessuros: vel illi repetere, a quo se recessuros: illi libera, illi communi professi sunt voluntate. hæc ibi. Ex quibus Augustini verbis, nostrum apte conficitur propositum: eos scilicet qui continentiam vouerunt, amplius non esse liberos, vt sine noxa, nuptiarum fœdera cõtrahant. Sed & hoc in loco audiatur beatus Hieronymus, hanc confirmans sentẽtiam: cum paulo ante citatum beati Pau-

1.corin.7. li verbum, si nupserit virgo: non peccauit, ita exponit. Illos dicit apostolus non peccare si nubant: qui nondum deo vouerunt castitatem. Cæterum qui vel in corde suo promisit: si aliud fecerit, habet damnationem: quia primam fidem irritam fecit. Quod enim erat licitum: per votum

Hieronymus.

Actuũ.5. sibi fecit illicitum. sicut Ananiæ & Saphiræ: quibus de precio possessionis suæ retinere nihil licuit. ob quam causam: & subita morte prostrati sunt. Et beatus Athanasius eundem apostoli locum explanans: ait.

Athanasius Virginem hoc loco dicit Paulus: non eam quæ deo dicata sit. Hæc nãque si nupserit: delinquit haud dubie plurimũ, vtpote quę CHRISTO sponso superinducat adulterum. sed quæ nondum nupserit, adolescentulam. Non enim immundæ sunt nuptiæ. hæc ille. De virgine autem iam deo dedicata, & de viro iam per sui consecrationem ministerio altaris addicto: idem prorsus est iudicium. cum ambos votum castitatis iam teneat obuinctos: nec amplius liberi sint ad subeunda nuptiarum fœdera. ℂSeptima obiectio. In prima ad Timotheum epistola: scribit

1.timo.4 hæc beatus Paulus. Spiritus autem manifeste dicit: quia in nouissimis diebus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum: in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere. Qui autem ministros altaris ad continentiæ arctitudinem obligarunt: hac sua constitutione prohibuerunt eos nubere, & nuptias tanquam illicitas, illis interdixerunt. Est igitur huiusmodi doctrina, beati Pauli sententiæ aduersa: & tanquam a spiritu erroris introducta, penitus repudianda. ℂResponsio. Illa apostoli verba, in eos duntaxat dicuntur: qui nuptias in vniuersum damnant, & nulli hominum generi easdẽ licitas esse

Tatiani hæretici. astruunt. Quales erant Tatiani, a principe erroris eorum Tatiano ita denominati: qui nuptias penitus improbant, atque omnino pares eas fornicationibus aliisque corruptionibus carnis & inconcessarum libidinum generibus autumant. non recipientes in suæ societatis contubernium, coniugio vtentes: siue mares siue fœminas, & omnem actum cõiugalẽ: illicitũ esse, ponẽtes. ℂContra quos ait venerabilis Beda, in

Ioan.2. homelia euãgelij de nuptijs factis in Chana Galileæ: a Ioanne, secun-

do capite descripti. Porro euangelica (inquit) lectio, Tatiani & Mar- Beda.
tiani, cæterorumq; qui nuptijs detrahunt, perfidia q̄ sit damnabilis: in-
sinuat. Si enim thoro immaculato & nuptijs debita castitate celebratis
culpa inesset: nequaq̄ dominus ad has venire, nequaquā eas signorum
suorum initijs consecrare voluisset. Nunc autem quia bona est castitas
coniugalis, melior continentia vidualis, & optima perfectio virginalis:
ad comprobandam omnium electionem graduum, discernendum ta-
men singulorum meritum: ex intemerato beatæ virginis vtero nasci di- Lucæ.1.
gnatus est. a prophetico Annę viduæ ore: mox natus benedicitur. a nu-
ptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatus: & hos suæ præsentia Ioan.2.
virtutis honorat, & ad altiorem cælestium lętitiam figurarum inuitat.
4 hæc ille. ¶ Contra eosdem quoque nuptiarum dānatores, sanctus Ber-
nardus in sermone sexagesimo sexto super cantica canticorum: adducit
ea beati Pauli ad Timotheum verba, quæ in præsenti obiectione posi-
ta sunt, ostendens eadem de illis intelligi debere: qui (vt ait ibidem) in Bernardus.
operimentum turpitudinis, continentiæ se insigniere voto. Porro tur-
pitudinem in solis existimant reputandam vxoribus: cum vel sola sit ea
quæ cum vxore est, causa, quæ turpitudinem excusat in coitu. Et paulo
post. Absit vt per reuelationem IESV CHRISTI hæresin illam acce-
perint: sed magis & absque dubio (vti spiritus sanctus prædixit) per
immissionem & fraudem dæmoniorum, in hypocrisi loquentium men 1.timo.4.
dacium, prohibentium nubere. In hypocrisi plane hoc & vulpina dolo-
sitate loquuntur: fingentes se amore id dicere castitatis, quod magis cau
5 sa turpitudinis fouendæ & multiplicandæ adinuenerūt. ¶ At vero qui
ministris ecclesiæ sacratioribus nuptias interdixerunt: non damnant in
totum, coniugalem statum, sed cum beato Paulo fatentur honorabile Hebræ.13.
esse connubium & thorum maritalem immaculatum: a deo ante proto- Gene.2.
plastorum prolapsionem institutum, ab eodem quoque post exactum Gene.9.
diluuium rursus confirmatum, & denique a CHRISTO in euange- Matth.19.
lio, & verbo & facto approbatum, ac postremum ab apostolo in suis epi 1.corin.7
stolis sæpius commendatum. Sed qui sacerdotibus indixerunt cōtinen-
tiam: tantummodo definierunt eos qui sacro altaris ministerio deputā-
tur, non debere nuptiarum implicamētis se inuoluere, ob suscepti illius
muneris in omnimoda peragendi munditia, dignitatem. Quo quidem
statuto non simpliciter prohibent nubere quibusuis hominibus: sed eis
tantum, qui ecclesiasticæ vitæ genus amplectuntur. Quemadmodum
nec apostolus improbauit nuptias: quando viduas post factum deo ca- 1.timo.5
stitatis votū nubere volentes, seuere redarguit. Nec Hieronymus, Au-
gustinus, Ambrosius & cæteri sancti patres nuptias execrātur: quando
virginem deo sacratam aut virum religionem monasticam professum,
perhibent ob continentiæ votū deo æditum, connubio iungi non posse:
propter superinductum nuptiarum impedimentum.

¶Continentiam ministrorum ecclesiæ, primũ consilij fuisse: deinde præcepti. neq; solam tempore ministrationis in templo, castitatem: in ipsis ecclesiæ ministris sufficere. Cap. XXIIII.

Ctaua aduersariorum cauillatio. Sanctio illa eccle- 1
siastica de continentia ministrorum altaris: ab Augustino reponitur inter ea quæ sunt consilij, cum ait in libro de ciuitate dei. Sicut apostolus quædam con sulendo addidit, quæ euangelicis præceptis non inueniebantur definita: nec tamen ideo tanquam temeraria vel superflua, ab alijs apostolis sunt repudiata. Sic & ecclesia post apostolica instituta, quædam consilia perfectionis addidit: vtpote de cõtinentia ministrorum, de confectione mysteriorum, de celebratione officiorum. quæ nullatenns respuenda sunt: sed diligenti veneratione suscipienda. hæc ille. Quæ autem consilij sunt: neminem obligant vt ea amplectatur, si velit præuaricationis non esse reus. sed relinquuntur cuiusque arbitrio: vt fiant, aut sine noxa prætermittantur. Non igitur astringuntur necessitate præcepti sacerdotes: ad seruandã perpetuo continentiam. ¶Responsio. Quemadmodum doctrina euangelica non eodem omnino tẽpore apud omnes fuit nationes promulgata: sed prius apud Iudæos & conterminas illis prouincias. deinde quadam successione tẽporis: apud exteras gentes, a Iudęa distantiores. Et ideo susceptio sacramentorum nouæ legis, apud aliquos post effusionem spiritus sancti in die sancto pẽtecostes super discipulos domini & inchoatam apostolorũ publicam prædicationem: erat tantum de consilio, vbi necdum fuerat facta sufficiens euangelij promulgatio. Facta vero ibidem sufficiente fidei Christianæ publicatione, ipsa professio religionis catholicæ & sacramentorum ecclesiæ receptio: facta est præcepti. ¶Haud aliter cum 2
primum ordinata est lex illa, ministros altaris ad continentiam coarctans: non protinus apud omnes ecclesias quantumuis ab vrbe Romana distantes publicata est eadem sanctio, vno eodemque temporis momento, neque vim præcepti confestim apud omnes habuit. Sed debuit illa primum promulgari apud diuersas ecclesias: deinde promulgata recipi assensu communi illarum ecclesiarum, & moribus vtentium comprobari: vt vim legis obtineret. Hæc autem omnia, non continuo & eodem temporis puncto: sed successione quadam & mora diuturna fieri potuerunt, apud diuersas totius orbis ecclesias. Proinde nondum recepta publico consensu huiusmodi lege continentiæ apud aliquam ecclesiam: erat illius ecclesiæ ministris ea lex primum consilij. Accedente vero denunciatione ipsius manifestaria apud eandem ecclesiam, & consensione ministrorum sacrorum in illam: tum occœpit eadem illis esse obligatoria atq; præceptoria, & solidã legis habere firmitudinẽ. Siquidem hæc duo, publicatio & acceptatio: cuiq; legi debitũ robur adijciũt.

Augustinus

Obseruãtiã continentię primũ cõsilij fuisse: deinde præcepti.

Vnde tēpore Syritij & Innocentij primi(qui vt supra dictum est,primi fuerūt authores legis illius obligatoriæ) necdum peruenerat id decretū de cælibatu sacerdotum ad omnes totius orbis ecclesias: vt vero simile est. Postea vero successione quadam temporis,ad vniuersas Latini orbis ecclesias tandem peruenit id statutum : & ab eis receptum est. quæ quidem susceptio hoc effecit:vt demum cunctos sacerdotes quarumuis ecclesiarum præceptoria arctitudine illud constrinxerit. Et quoniā iam olim satis publicatum est vbiq;, & consensione cōcordi acceptatū illud institutum apud omnes occiduæ plagæ ecclesias:idcirco nūc vbiq; præcepti vim habet,neq; amplius est de consilio,sicut quondam apud plærosq; fuerat. Prædicta vero sententia, ab aduersarijs in hac obiectione adducta:pro eo tempore debet intelligi esse dicta,quo nondum erat lex obligatoria de continētia sacerdotum,in omnes lata. quoniam illud attendēdo tempus, id locum habet & veritatem : continentiā ministrorū

Cap. 8 & 9 huius libri.

3 ecclesiæ tunc fuisse consilij. ¶Porro,circa eandem sententiam id obiter est hoc in loco annotandum:eam afferri atq; cōtineri in volumine decretorum,tricesima quinta, quæstione prima, cap. cum igitur. circa finem ipsius capitis. Quod quidem caput in dicto libro, tametsi hunc præferat titulum in frontispicio positum: q ex Augustino de ciuitate dei sit desumptum. & principium illius capitis,vtpote. cum igitur genus humanum. cum multis subsequentibus ibidem continuo contextu:habeatur in decimoquinto libro beati Augustini de ciuitate dei,cap. eiusdem decimosexto. non tamen sine intercisione aut interruptione: sed interdū nonnullis sententiarum Augustini prætermissis. posterior tamen pars prædicti cap. cū igitur. in prænominato libri decretorū loco positi:nullo modo ex illo sancti Augustini loco de ciuitate dei, est desumpta. vt facile constat studioso lectori:illud libri decretorum caput,ad illud Augustini caput iam signatum conferenti. Neq; ea sententia in obiectione pręsenti prolata,in illo libri de ciuitate dei capite posita inuenitur:quin immo nec multæ aliæ eam antecedentes. Sed ab ipso decretorum pontificalium collectore,eadem sentētia cū plærisq; alijs præcedentibus:subiūcta dictis Augustini ex libro de ciuitate dei,putari debet. Quemadmodum in multis alijs locis idem author post adductas sanctorum authoritates:suam subnectit & adijcit sententiam. Proinde eadem sententia præsentis obiectionis:ab aduersarijs perperā Augustino ascribitur. sed potius attribui Gratiano debet:q eam(vt modo dictum est)habeat: tricesima quinta,quæstione prima. cap. cum igitur. ¶Nona aduersariorum argutia. Ex sexta synodo depromitur id decretum:tricesima distinctione. cap. quoniā in. adductū. Oportet eos qui altari ministrant: in tempore oblationis sanctorum, continentes esse in omnibus. vt a deo possint cōsequi:quæ suppliciter postulant. Ex quo protinus colligitur, per ratiocinationē ex opposito sensu depromptam:q non oportet ipsos

Vbi cōtinetur sentētia Augustino in obiectione ascripta.

Sextę synodi decretū.

altaris ministros, eo tempore quo oblationis ministerium non exercent in templo, cōtinentes esse ab vxorum consortio: sed ꝙ possint tūc officio cōiugali indulgere. Quod etiam manifeste per præcedentia & sequentia prædicti capitis verba: insinuatur ididem. Prædicta autem sexta synodus, longo temporis interuallo subsecuta est ætatem Syritij & Innocentij summorū pontificum: qui primi statuerūt legem illam obligatoriam de cōtinentia sacrorum ministrorum. Videtur igitur sexta illa synodus per illum canonem reuocasse atq; abrogasse legem de cælibatu sacerdotum: latam a prædictis duobus summis pontificibus. quare ea amplius nunc non habet vigorē. ℂ Dilutio. Vt supra cap. decimo huius libri dictum est: sexta illa synodus regulam viuendi præscripsit orientali ecclesiæ, vbi fuit celebrata. quæ sanctionē illam de continentia ministrorum ecclesiasticorū non admisit: sicut occidentalis ecclesia. sed per canonē modo citatum statuit, duntaxat suos ministros tempore functionis sui ministerij in altari: debere esse continentes. Reliquo autem tempore quo non sunt ministraturi altari: concedit eis vsum coniugij. ℂ Verum quo differunt huiusmodi ministri ratione continentiæ syncærioris: a sacerdotibus antiqui ritus, legisq; Mosaicæ? qui etiam illud exacte tenuerunt viuendi genus, vt tempore vicis suæ in ministerio templi, continentes fuerint ab vxorum societate: reliquo vero tempore, coniugale exercebant officium. At nonne excellētia & dignitas euangelicæ legis, necnon perfectio hostiæ sacræ in ea immolandę: exposcit multo puriorem atq; sanctiorem continētiam in suis ministris, q̄ exigebatur in Leuitis & sacerdotibus vetusti ritus: qui tantum pecora & res inanimatas, vinum, fruges, panes, & cætera id genus offerebant? Quocirca occidentalis ecclesia longe accuratius rationem habuit sublimitatis ipsius nouæ legis, & reuerentiæ ipsius sacratissimæ hostiæ, quæ in sancto missæ immolatur officio: q̄ orientalis ecclesia, cum lubenter & prompte amplexata est sanctionem illam ecclesiasticam de suorum ministrorū continentia. quæ nunq̄ post sui constitutionē abolita est deinceps: sed per succedētes summos pontifices, vt Innocentium secundum & tertium, Honorium tertium, Alexandrum tertium & cæteros, valentius confirmata. quare eadem lex adhuc in suo perstat vigore, robore & efficacia. ℂ Decima obiectio. Huiusmodi cōtinentia sacerdotalis (qualem occidui orbis acceptauit ecclesia) integre seruari potest: siquis alligatus vxori, ea consentiēte, voueat continentiam in susceptione sacrorū ordinum: vbi simul & illa vxor promiserit se deinceps in cælibatu victuram. q̄uis tamen reliquo toto vitæ suę tempore cohabitent vnus alteri: eodēq; sub tecto curēt suā familiam & liberos. Ergo saltem illud est admittēdum in ecclesia Latina, ꝙ hoc modo quispiam coniūctus vxori, ipsa non reclamante, quinimmo continentiam etiam sponte sua profitente: cōsecretur ecclesiæ minister, maneatq; semper in habitu seculari cum sua coniuge, eadē in do-

Lucæ. 1

Occidētalis ecclesiæ supra orientalem cōmendatio.

mo,sine vsu tamen coniugij. Quemadmodum post liberum vxoris con-
sensum etiam paratæ ad continentiam obseruandā siue in seculo siue in
monasterio:potest vir profiteri religionem monasticam,subireq; cœno-
bij claustra,manente tamen inter eos abinuicem loco disseparatos vin-
culo coniugij indissolubili. Potest igitur quispiam ante sui ordinatio-
nem alligatus vxori, consecrari in ministrum ecclesiæ: permanente ta-
men inter vtrosq; vinculo matrimonij indisseparabili. Quare non vide-
tur ordo sacer dirimere matrimonium iam contractum:cuius opposita
pars supra est asserta. ¶Responsio. Fieri quidem id posset,& aliquan-
do factum creditur: quod proponit hic cauillus. Quoniam de sancto Sāctus Germanus Antissiodorensis.
Germano Antissiodorensi episcopo miræ sanctitatis & abstinētiæ,me-
moriæ proditum est:φ cum sancto Amatori in sedis illius pōtificiæ mo
deratione successit,& in sacerdotem consecraretur:vxorem quā prius in Sanctus Amator.
vita ciuili duxerat,in sororem commutauit,& deinceps omnino ab eius
consortio coniugali abstinuit. Floruit autem eximius ille pater, circa
annum a redemptione mundi quingentesimum: aliquanto quidem in-
6 terualló post Innocentij primi tempora. ¶Verum admodum difficile fa
ctu est idipsum quod petitur in obiectione præsenti:sine graui castita-
tis periculo aut cōmunis domus detrimento. Nam post factam huius-
modi ab vtroq; cōiugum continentiæ promissionem, si diuersis ipsi ha-
bitent tectis, loco mansionis abinuicem procul seiuncti: quis commu-
nes educabit liberos, si procreati ante susceptum altaris ministeriū fue-
rint? ad quam educationē plene præstandam:non minus paterna q̄ ma
terna cura est necessaria. Quis item bonorum,vtrique ipsorum commu-
niū: geret prouidam solicitudinem? quam vxor domi,& vir foris gerere
debet: ad recte dirigēdam familiam & bona multiplicanda. Tunc etiā Superstite vxore: non posse sacros ordines a viro suscipi
diuidenda erunt bona coniugibus: vt vterq; ab altero separatim habi-
tans suam habeat supellectilē suamq; familiam, vbi vnica sufficeret eo-
dē sub tecto habitantibus. Sin vero eadem contineantur domo vir &
vxor,post factam continentiæ seruandæ ab vtroq; promissionem,& viri
consecrationem: quomodo secura erit eis tutaq; castitas, mutuo semper
aspectu & colloquio in quotidiana victus cōsuetudine fruentibus? An
defore illis putandus est illius halitus:qui (vt ait scriptura) prunas ar- Iob.41.
dere facit? Certe admodum difficile est stupam consistere assidue pro-
pinquam igni: & non ardere, aut incendij periculo non subiacere. Ob
hoc itaq; prouide consuluit ecclesia humanæ infirmitati pariter & vti-
litati, φ secundum hodierni temporis vsum non admittit quēpiam ad
sacros ordines suscipiēdos:nisi omnino absolutus sit a matrimonio etiā
quo ad vinculum,quiq; vxorē nunq̄ duxerit, aut mortua ea quā prius
vnicam duxit & virginem: liber sibi relictus fuerit, & nexu coniugali
protinus exutus. Sic enim & minori periculo,castitas voto in sacrorum
ordinum susceptione promissa; seruabitur illabefacta. & solicitudines

angoresq; matrimonij, nulli supererũt: qui illius animũ auocent a deo, & ad curandam rem vxoriam deflectant. ¶Neq; cõsimile est iudicium 7
de eo, qui consensu vxoris profitetur vitam cœnobiticam: & de initiato sacris ordinibus persistente in habitu seculari atq; alligato vxori. Nam ille subiens monasterij claustra, omnino renunciat seculo: neq; amplius cõuictus cũ vxore & cura gubernãdę domus, supellex ve domestica aut solicitudo dirigendæ familiæ: ei est necessaria. Minister vero ecclesiasticus manẽs in seculo, si prius esset vxorio deuinctus nexu: his omnibus expediri non posset, sed maneret molestijs & anxietatibus seculi adhuc intricatus. Porro quod ante dictum est, ordinem sacrum dirimere matrimonium iam contractum: sane intelligendum est de eo matrimonio, quod post susceptum ordinem sacrũ cõtrahitur. non autem de eo: quod ante talem ordinationem fuerit contractum. Hoc enim, quo ad vinculum, quandiu superstes fuerit vterq; coniugum: manet indissolubile.

¶Remedium contra concupiscentiam carnis in sacerdotibus: esse macerationem corporis. neq; difficilem illis fore continentiã: si modo conentur ad eius consecutionem. Cap. XXV.

VNdecima aduersariorum cauillatio. Matrimonium 1
inter cæteras causas institutionis eius, ordinatũ est in remedium carnalis concupiscentiæ: ne diruptis honestatis habenis, præceps feratur in omnem libidinẽ. Atqui morbus huiusmodi desideriorum carnis, vehementer inualescit in ijs qui ministerio altaris mancipantur in ætate iuuenili & integra: & nondum feruorem naturæ habent defecatũ, mitigatum aut sedatum. Igitur non est denegãdum ipsis hoc remedium coniugalis societatis: ne eo destituti debacchentur in immania flagitia. ¶Responsio. Verum quidem est illud quod primo assumitur loco: connubiale fœdus esse remedium ad vitandam fornicationem, in ijs qui talem medicinam possunt pro conditione vitæ & status sui, huic admouere morbo. At non solum medicamentum atq; antidotum cõtra huiusmodi naturæ corruptæ languorẽ: est vsus matrimonij. sed longe efficacius & ministrorum ecclesiæ gradui atq; conditioni congruẽtius: est emaceratio carnis, ocij deuitatio, & declinatio a mulierum cõsortio: cum cęteris remedijs vsq; ad septenariũ numerũ: ex sancto Bonauentura, capite libri præsentis vicesimo explicatis. ¶Qui enim car- 2
nem edomat inedia, frenisq; duris coercet, ne lasciuiẽs insolescat in spiritum: percipiet eam demũ rectæ rationi morigeram & obsequentem. Et authore Catone, cũ diuturna quies vitijs alimẽta ministret, qui desidiã a se ablegat, alicui semper honesto operi intentus: quiq; secundũ salutare sacri Hieronymi monitũ, semper aliquid boni fecerit, vt eum diabolus occupatũ inueniat: capesset profecto salubre remediũ contra libidinum acres insultus & incẽdia: quæ ex ipso ætatis feruore & corruptio-

Cato.

Hieronymus.

ne naturę solēt ebullire. Demū teste Ecclesiastico, qui amat periculum: peribit in illo. & qui frequenti mulierum oblectatur consortio: exponit se manifesto discrimini perdendæ castitatis. Qui igitur tale vult effugere naufragium: sirenū cantus surda aure prætereat. neq; eam in partem suā ducat nauem: vbi sirenes versantur. Vt qui aspidū lethiferos tactus & basilisci afflatū declinare laborat: virulentos illos angues & quosuis serpentes noxios, colubrorumq; sibilos studiose deuitet, oportet. Hæc itaq; tria modo assignata remedia, cū cęteris prius diffuse declaratis: maxime conducibilia sunt ministris ecclesiæ, ad extinguenda tela nequissimi ignea, quæ iaculatur in eos infestus hostis: & professioni eorū summopere congrua. Eccli.3. Ephe.6.

3 mopere congrua. ¶Duodecima obiectio. Difficillimū est in ipso feruore adolescentiæ constitutis aut in vegeto iuuentutis flore: continere se a carnali consortio. vt propter hanc operis difficultatē, eorum continentia a sanctis Hieronymo & Bernardo cōferatur martyrio: dicaturq; modo quodam esse martyriū. Lex autē noua, secūdum CHRISTI legislatoris institutionem, esse debet lex leuitatis & suauitatis: cum ipse dicat. Tollite iugū meum super vos: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugū enim meū suaue est: & onus meū leue. Igitur non fuit tam graue onus, quale est continētia: imponendum humeris ministrornm ecclesiæ. Matth.11.

¶Responsio. Admittendū plane est, id difficile factu esse: refrenare inquam efferuescentē libidinis æstum. Qui enim ignem abscondit in sinu suo: quomodo eum feret vt eius vestimenta non cōburantur? aut quonam pacto super prunas quis ambulabit: vt eius plantæ non ardeant? Ignem autē concupiscentiæ gerimus absconditum in sinu corporis nostri: & super prunas incendiorū carnalium (quæ plęrunq; nobis etiā inuitis ebulliunt) ambulamus. Proinde magni est negocij id præstare, vt vestimētum corporis nostri interdum non exardescat illius ignis feruore: aut plantæ nostrorū affectuū non sentiāt aliquando carnaliū desideriorū ardores. Verū hic audiendus nobis est poeta. Difficile est, fateor: sed tendit in ardua virtus. Et teste Aristotele: virtus circa difficile versatur. Delicatus certe est miles: qui sine pugna vult victoriæ palmā obtinere. cum dictū sit a beato Paulo, q; qui certat in agone, non coronabitur: nisi legitime certauerit. Generoso igitur animo subeundū est cōtra hunc hostem difficilem, nobis certamen: vt demum assequamur copiosa cælestis regni præmia. Nēpe vt canit Mantuanus: efficiunt pugnam præmia magna leuem. Prouer.6. Ouidius. Aristoteles. 2.timo.2 Mātuanus.

4 præmia magna leuem. ¶Rursum, difficile est extinguere ignem: si continue illi immittātur ligna. facile autem est ipsius incendia restinguere: si superfundatur illi aqua, aut subducātur ligna. Cum enim defecerint ligna: extinguetur ignis, vt inquit sapiēs. Haud aliter si delicatis quis vtatur cibis ad saturitatem, vinoq; se ingurgitet: si mulierum frequētet consortia, illarumq; delectetur quotidiano contubernio, aspectu, colloquio: nimirū difficillima erit illi continentia, quoniam fomēta libidini Prouer. 26

ſubminiſtrat. Sed ſi quiſpiā parco vtatur victu, familiaritateſq; fœmi-
narum declinet, ſi carnem deniq; ſuā duris cōſtringat habenis: facillima
illi fiet & gratiſſima per diuturnam aſſuefactionē continētia. Demum
lex euāgelica, leue dicitur onus & iugum ſuaue, propter charitatē: quæ
mandata dei quantūuis primo aſpectu grauia, reddit facilia. Ait enim
Auguſtin9. Auguſtinus, ꝙ omnia grauia & aſpera: leuia & facilia facit charitas. Et
1.Ioan.5 beatus Ioānes teſtatur: ꝙ mādata dei grauia non ſunt, contēplatione ſci
licet charitatis: per quam exercentur, & expedite cōplentur. ¶ Decima 5
tertia obiectio. Neminē ad impoſſibile obligari: & recta teſtatur ratio,
& vnanimis ſanctorū patrum ſentētia. Cōplures autē occurrūt, qui ſa-
cris inſigniti ordinibus continentiā illabefactā conſeruare non poſſunt:
ob vehemētes carnis inſultus quibus aſſidue pulſantur, nec vllo reme-
dio illos propulſare queūt. Satius eſt igitur, illis concedere cōiugalē ſta-
tum: q̄ illum prohibēdo, occaſionē ipſis præſtare proruendi in flagitia
infanda, nefariaſq; turpitudines. ¶ Reſponſio. Tribuendū eſt aduerſa-
rijs quod primo aſſumūt loco: ſed abnuēdū quod deinde proponūt. Nā
q̄uis proprijs nixi viribus, acres libidinis flāmas extinguere non queāt
homines, ad cōtinentiæ aſpirātes puritatem: diuino tamen auxilio fre-
ti (quod inuocantibus nunq̄ deeſſe ſolet) id præſtare valent. Id nāq; etiā
Ariſtoteles. facere dicimur, iuxta Ariſtotelis ſententiā: quod per amicos facimus.
Et quæ deo adiutore peragimus: nequaq̄ nobis impoſſibilia eſſe dicen-
Pſal.59. da ſunt. In deo (ait propheta) faciemus virtutē: & ipſe ad nihilum dedu
Pſal.123. cet tribulātes nos. Et iterum. Adiutoriū noſtrum in nomine domini:
qui fecit cælum & terrā. Qui ſi manus adiutrices nobis non porrexerit:
nequicq̄ certe laboramus vt quicq̄ boni operis exerceamus, cum dicat
Ioan.15 ipſe diſcipulis ſuis. Sine me: nihil poteſtis facere. Et apoſtolus conteſte-
2.corin.3 tur, ꝙ nō ſufficiētes ſumus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis: ſed
Pſal.126 ſufficientia noſtra ex deo eſt. Hinc & diuinus inquit pſaltes. Niſi domi
nus ædificauerit domū: inuanū laborauerūt qui ædificāt eā. Niſi domi
nus cuſtodierit ciuitatē: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Vbi vero nobis
affuerit diuinæ virtutis præſidium: nihil tam arduum eſt aut difficile,
quod intrepide aggredi & fœliciter cōſummare non poſſimus. cum id
Philip 4 apoſtoli verbū, quiſq; fidenter dicere debeat. Omnia poſſum in eo: qui
me cōfortat. ¶ Quid igitur obtēdimus infirmitatē nimiā carnis, & ver- 6
Pſal.140. ba cōcinnamus ad excuſandū excuſationes in peccatis: cauſantes impoſ
ſibilem nobis eſſe cōtinētiam? Nōne profundo infixus luto quiſquam,
a quo non poſſet ſuo nixu eximi: ſi manū extēderit alteri, prompte pa-
rato ad ipſum lutoſa lacuna educendū: recte dicitur poſſe cœnoſo illo la
cu exire, ꝙ alterius id poſſit adiumento aſſequi? Sin vero amico porri-
genti manū ad opem illi ferēdam, recuſet ſuā exhibere dexterā, aut ne-
gligat alterius implorare adiutoriū ſibi paratiſſimum vt luto educatur:
nōne idipſum, ſua ſolius fit culpa? ꝙ poſſit quidē extrahi cœnoſo ſpecu:

& non velit. Siquis itidē in duello cōsistens contra hostē ferocem & vio- Exēpla: mō
lentum: vbi auxiliares a rege cui militat postulauerit copias opemq; mi strantia ho
litarem, vbi etiam arma bellica sumpserit quibus se in duro illo muniat minē posse
certamine: haud magno negocio euadat victor. Qꝫ si auxilium princi- seruare con
pis non imploret, paratissimi ad ferendas illi suppetias: si armorū etiā tinentiam.
munimēta accipere negligat, destitutusq; gladio & inermis succumbat
hosti: quis hunc vere dixerit nō potuisse hostē illū vincere? licet suis so-
lius viribus id nō potuerit: fueritq; hostis ille ipso athleta adiutricibus
destituto viribus superior. Potuit certe, potuit illum superare: & supe-
rasset eūdem si affuisset volūtas, sed noluit. Haud secus in agone diffici-
li cōtra carnis illecebras desudamus in hac mūdi arena: vt quas proprijs
nixi viribus edomare non possimus. Adiutrice tamen principis nostri
dei virtute, armorūq; spiritualiū præsidio (quæ sunt: ieiunium, abstinē
tia, sobrietas, honestus labor & assiduus, seiugatio a mulierum consor
tio, mundæ cogitationes, verba casta, pudicus aspectus, & cætera id ge- Cap. 20. hu
nus: prius enumerata) possumus in hac acie victores euadere. Si igitur ius libri.
neq; ad inuocandum dei auxiliū confugimus: neq; armaturā sumimus,
ad hanc subeundā colluctationem, magnopere vtilem & necessariā: sed
manus victas vltro damus hosti, quas vinculis & catenis constringat:
quis probe tunc causatus fuerit, nos nō potuisse hostem cōtra nos blan
ditijs voluptatum dimicantē, prosternere? Potuimus quidē: sed nolui-
mus. & nobis solis, non deo nec regulæ ecclesiasticæ, de continentia mi-
7 nistrorū ecclesiasticorum recte institutæ: imputanda est culpa. ¶ Quod
animæ incommodum vt cauti effugiamus, elaborandum est summope-
re, vt in deo nostro fiduciam præcipue cōstituamus: sperantes benigno
ipsius fauore nosipsos in hac ancipiti palæstra victoriam adepturos, &
dicentes cum propheta. In te, inimicos nostros ventilabimus cornu: & Psal. 43
in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non enim in arcu meo
sperabo: & gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligen
tibus nos: & odientes nos confudisti. Procedamus itidem cum Dauid 1. regū. 17
in nomine domini: contra Goliath giganteæ molis hostem, sola funda
prostratum. Prodeamus etiam cum populo Israel, cōtra Amalech: qui Exodi. 17
precibus Moysi demum victus est. & contra Chananæos, fortiores illo Iosue. 10
& robustiores: sed manu domini pugnantis in Iosue, exterminatos.
Accingamus fortitudine lumbos nostros cum muliere forti: & arma Prouer. 31
huic militiæ accommoda arripiamus intrepidi. Neque sinamus nos ir-
retiri blandis deliciarum carnis nexibus: euademusque largiēte deo vi-
ctores contra hunc hostem, blanditias quidem vultu præferentem: sed
sæuum, immanemque, & in amaritudinem æternæ mortis, quos deui-
cerit suisque obuinxerit catenis, denique detrudentem. Demū obuerse-
tur ante oculos nostros assidue, illud memorabile beati Augustini ver- Augustinus
bum. Momentaneum est quod delectat: æternum vero, quod cruciat.

¶Authoritate sacrorum patrum ostendi: ꝙ non desit homini facultas seruandi continentiæ integritatem, sed solum voluntas. Cap.XXVI.

CAeterum quod modo dictum est, non deesse scilicet hominibus facultatem edomandi carnem, arctisq; cōstringendi compedibus, sed potius voluntatem: testimonio illustrium scriptorum patefaciendum est amplius, atq; corroborādum. Inter quos, Origenes primo prodeat loco: ita scribens in nona homelia super Leuiticum. Non auditis ex diuinis scripturis: quia certamen est inter homines, carni aduersus spiritum, & spiritui aduersus carnem? Nescitis quia si carnem solam nutriatis, & ipsam frequēti mollitie ac iugi deliciarum fluxu foueatis: insolescet necessario aduersum spiritum, & fortior illo efficietur? Quod si fiat: sine dubio eum in suā ditionem redactū suis coget legibus ac vitijs obedire. Si vero ad ecclesiam frequenter veniens, aurem literis diuinis admoueas, explanationemq; mandatorum cælestium capias: sicut cibis & delicijs caro, ita spiritus verbis diuinis cōualescet. ac sensibus & cupiditatibus robustior effectus: carnem sibi parere coget, ac suis legibus obsequi. Nutrimenta igitur spiritus sunt: diuina lectio, orationes assiduæ, sermo doctrinæ. His alitur cibis, his cōualescit: his victor efficitur. Quod quia non facitis: nolite cōqueri de infirmitate carnis. Nolite dicere: quia volumus sed non possumus. Volumus continenter viuere: sed carnis fragilitate decipimur, & impugnamur stimulis eius. Tu das stimulos carni tuæ, tu eam aduersus spiritū tuū armas & potentē facis: cū eam carnibus satias, vino nimio inūdas, omni mollitie palpas, & ad illecebras nutris. hæc ille. ¶Accedit ipsi & Chrysostomus: inquiens in homelia decima septima super epistolā ad Hebræos. Non dicere oportet, non possum continere: & accusare conditorē. Si enim impotētes fecit nos: qui iubet, accusandus est. Qualiter igitur ais: multi non possunt? ꝙ non volunt: dic. Si enim voluerint: omnes potuerint. Propterea & Paulus ait. Volo omnes homines esse vt meipsum. quia sciuerat: ꝙ omnes esse poterāt vt ipse. Non enim si demum impossibile esset: hoc dixisset. Vis fieri? velle primum assume solū. Dic mihi, in omnibus artibus cum voluerimus fieri: cōtenti sumus, solo autem velle tangimus res? Tale est: quod dico. Vult quis fieri gubernator, non dicit volo, & in hoc contentus est: sed rem tangit. Agricolari rursus vult: at non dicit solū, volo: sed rem tangit. Demū in omnibus non sufficit velle solum: sed sufficit velle cum opere, quia assumit rem quæ laboratur. Dicamus enim cooperatorem & congestatorem deū: solum velimus, solū operi offeramur, in re solū soliciti simus. hæc Chrysostomus. Ex quibus planū est, posse quidem ecclesiæ ministros continentiā seruare: modo velint plene, volūtatemq; suam facto cōprobauerint, admo-

Origenes.

Gala.5

Carnē a nobis: contra nosipsos armari.

Chrysostomus.

1.corin.7

uentes manũ operi atq; dextrã manum aratro applicãtes: quo excolent Lucæ.9
3 probe animi ſui agrũ, modo retro cũ vxore Loth nõ aſpexerint. ¶ Vnde perſpicuũ etiã euadit: Lutherũ in libro ſuo de votis monaſticis (quẽ toto Antilutheri tertio libro: pro viribus impugnauimus, & excuſſimus) perperam appellare ipſam caſtitatem, rariſſimã & miraculoſam. Qꝫ enim rara ſit: admittimus. quoniã (proh dolor) ſecundũ carnẽ multi ambulant: & ſecundũ ſpiritũ pauci. Hoc tamen nihil detrahit eius dignitati: immo precioſiorem reddit eius conditionem. quoniam quæ rara ſunt: precioſiora haberi ſolent. Et certe virtus illa, eſt rara auis in terris, alboq; ſimillima coruo: rara auis, & fuluo longe præſtantior auro. Haud tamen ad illã raritudinem paucitatemq; redigẽdi ſunt, qui intemeratã ſeruant caſtitatẽ ſecundũ vitæ ſuæ profeſſionem: vt ob eorũ exiguum munerũ, rariſſima debeat appellari. Vnde enim nouit Lutherus pauciſſimos eſſe & maxime raros: qui inuiolatũ domino ſeruãt pudicitiæ candorẽ? quo ve argumento aut ingenio numerũ illorum certo ſibi habet conſtantẽ & exploratum: vt propter ipſorũ raritatem aſtruere recte poſſit, rariſſimã eſſe caſtitatem? Qꝫ ſi perſpectũ non habet illorũ numerum qui illabefacta pollent caſtitate, neq; cõpertũ eidem ſit, multi ne ſint an admodũ pauci: nõ debet ipſe aſſertoria propoſitione proferre, rariſſimam eſſe caſtitatem: ſed raram, duntaxat enunciare.

Gene.19

Lutherus caſtitatis inſectator.

4 ¶ Qꝫ autem miraculoſam appellet eandẽ Lutherus: eo ipſo id facere videtur, quẽadmodũ arbitror, vt ea denominatione inſinuet eã prorſus tranſcendere vires humanæ naturæ: nobiſq; non eſſe relictã facultatẽ, qua ad ipſam conſequendam perueniamus, q̃ reddita ſit nobis impoſſibilis. perinde atq; miraculi opus, naturæ leges omnino excedit: ſolaq; fit virtute diuina. Verũ non eſt recipienda a nobis ea nũcupatio: quæ venenũ gerit ſub melle occultatũ. & procul ab ea nomenclatura, qua caſtitatem miraculoſam dicit Lutherus, fugiendũ eſt: nam illic plane latet anguis in herba. Adinuenta eſt enim & excogitata ea nũcupatio a Luthero: vt homines in deſperationẽ adducat & diffidentiã ipſius aſſequendæ. vt itidem omnes deterreat a generoſo conatu illã amplectendi, inducatq; vniuerſos in hanc ſententiam: caſtitatem ab hominibus neutiq̃ obtineri poſſe, quia miraculoſa res eſt caſtitas, & ſupra humanã omnino facultatem. Verũ ſi ipſa in tam ſublimi eſt gradu conſtituta, vt miraculo perſimilis haberi debeat: cur dixit dominus in euangelio, eunuchos quoſdam eſſe qui ſe caſtrant propter regnũ dei? cur item ſubiunxit ibidem. Non omnes capiũt verbũ iſtud: qui poteſt capere, capiat? Nonne his verbis inſinuauit CHRISTVS: aliquos verbũ illud capere poſſe? Alioqui dixiſſet. nulli capiunt verbũ iſtud, & nemo annitatur ad illud capiendũ: quoniam irrito labore & vano conſumeretur. Siquidem miraculoſum opus: in poteſtate hominis collocatum non eſt. & neminem dederis qui illud poſſit humana virtute perficere: quoniam naturæ ſortẽ & gradum omnino ſupergreditur, ſoliq; dei potentiæ merito attribuitur: qui (vt ait

Caſtitatem non recte a Luthero vocari miraculoſam.

Matth.19

Psal.135 propheta in psalmo)facit mirabilia magna solus. ¶Haud tamen diffi- 5
teor: castitatem ipsam excedere sortem & conditionem naturæ humanæ
corruptæ, & diuina gratia destitutæ. quia illa, sibi ipsi relicta, cum ad
malũ sit incurua & valde propensa: nõ valet ad culmẽ castitatis euade-
re. Opus est enim, ꝙ diuinæ gratiæ præsidio adiuuetur natura nostra,
labefacta antiqui serpentis veneno: vt subuehatur ad cõprehendẽdum
tam nobile donũ, tam preciosum monile animæ, tam insigne munus.
Ipsa quoqꝫ dei gratia nostræ infirmitatis adiutrix, ipsam non tollit na-
turam nostram, quam inuenit obliquam: sed in rectum dirigit & perfi-
cit eam, sustollens scoriam & feculentiam carnis, cælestique rore tem-
perans eius æstus. Veruntamen ob hanc diuinæ gratiæ opem, naturæ
nostræ necessariam ad comparandam castitatem: non debet ipsa casti-
tas recte dici miraculosa, aut diuino miraculo parta. Alioqui omne
opus mandatorum dei rite factum, deoque gratum: eadem prorsus ra-
tione dicendum erit miraculum. quoniam nullum tale ex solis naturæ
nostræ viribus exercere possumus: secundum illam summæ veritatis
Ioan.15 vocem. Sine me: nihil potestis facere. Quare paupertas voluntaria, qua
mundi opibus renunciatur: etiam erit miraculum. & obedientia mo-
nastica: itidem miraculum. Rursum syncæra inimicorum dilectio, nun-
cupabitur eodem iure miraculum: & distributio eleemosynę in paupe-
res. Quinimmo quotquot bona opera fecerit homo, dei auxilio adiu-
tus, quæ ex naturæ corruptæ facultate non posset exercere: tot in eo
deus quotidie faciet miracula. Sed quis adeo excors erit & amens: vt
Quid proprie dicendum est miraculum. nomen miraculi ad hæc omnia extendat? quod solum de ijs proprie di-
citur: quæ naturæ recte institutæ & diuina adiutæ gratia fines super-
grediuntur, exceduntque limites. & ad quæ vltra naturam & gratiam
bonorum operum adiutricem: diuina virtus peculiariter concurrit, vt
huiusmodi opera fiant supra cõsuetum naturæ cursum. Cæcorum qui-
dem illuminatio, leprosorum mundatio, mortuorumque resuscitatio,
& cætera signa quæ in euangelio commemorantur: recte miracula di-
cuntur, quia præscriptam naturæ legem superexcellunt. Castitatis au-
tem integritatem, mortis pro fide perpessionem, beneficentiamqꝫ in ini-
micos, & cætera bona opera, quæ repugnante affectu carnis, & contra
improbarum cupiditatum inclinationem fiũt ab hominibus, cooperã-
te deo: nullus apte loquens, vnquam dixerit miracula.

¶Siqua ex sacerdotum incontinentia sequuntur scãdala: illorum causam effectricem non esse legem, de ipsorum cõtinentia ab ecclesia latam. Cap. XXVII.

DEcima quarta eorum qui continentiæ sacerdotali aduer- 1
santur, obiectio. Apud Matthæum dominus noster di-
Matth.18 xisse legitur. Væ mundo a scandalis. Necesse est enim: vt
veniant scandala. Væ autem homini illi: per quem scan-
dalum venit. At inter multa huius mũdi scandala, illud

admodum graue est, probrosum & dedecorosum: quod ex concubinatu ministrorum ecclesiæ enascitur, & ex illicito cum mulieribus consortio. quas domi vxorum more, eodem fouent tecto: eademq; mensa educant. Illud autem scandalum: per legem illam astringentem ipsos ad cōtinentiam, oboritur. Nempe vbi concederentur sacerdotibus nuptiarū fœdera cum legitimis vxoribus: vnam rite & secundū præscriptas matrimonij leges ducerent, cum qua coniugalem societatem caste tenerent. Nunc vero cum per huiusmodi sanctionem ecclesiasticam obstringantur ad cælibatum, ministri altaris, quem tamen integrum non seruant: defœdatur & conspurcatur ecclesiasticus status graui infamia turpitudinis, & inhonesti consortij clericorum cum fœminis. Vt igitur succidatur huiusmodi scandalorum materia: abroganda est lex illa de continentia sacerdotali. ❡Responsio. Inficiandum est prorsus, tale scādalum quod ex turpi concubinatu sacerdotum cōspicitur inualescere in ecclesia dei: proficisci ex regula illa continentiæ clericis indictæ. sed duntaxat oboritur ex illius regulæ præuaricatione atque violatione, & quoniam ad vnguem non seruatur ab ijs: qui se illi obseruandæ sponte sua subdiderunt. Proinde hæ morum corruptelæ, per eos penes quos est authoritas rem ecclesiasticam moderandi: sunt districtius exterminandæ. & regula obseruandæ continentiæ in ministris ecclesiæ, quæ recta est &
2 sancta: in suo vigore stabilienda est & tenenda. ❡Sane si propter multitudinem eorum qui rectam aliquam constitutionem transgrediuntur, sumi putetur efficax argumentum q̄ illa sit abrogāda: oporteret & legē matrimonij ab hominum societate sustollere, quoniam plerique eorum qui legis illius vinculo se submiserunt: alienis irretiuntur amoribus, & adulterio fidem thori violant. Oporteret identidem & præcepta dei de prohibitione vani iuramenti, homicidij, furti & fornicationis: penitus aboleri. quoniam multi inueniuntur assumentes nomen dei in vanum: multi insuper humana cæde contaminati, fures multi, & fornicatores. Et denique nihil relinqueretur aut diuinarum aut humanarum legū: quod non oporteret demum rescindi, quia ferme omnium illarum comperiuntur plurimi præuaricatores. Verum quid tunc rebus in humanis ordinatum esset aut stabile: si passim exleges omnes viuerēt? & si ex numerositate transgressorum: sanctiones diuinæ, ecclesiasticæ, aut ciuiles, recte institutæ, suum pondus & authoritatē amitterent? ❡Perspectum quidem est & dilucidum spectatissimis rectique iudicij viris, prolapsiones ipsas atque exorbitationes a legibus ipsis vtiliter ordinatis: ansam dedisse hæreticis sanctæque dei ecclesiæ oppugnatoribus, obloquendi in huiusmodi leges, atque elaborandi pro omnimoda earum abrogatione ac exterminatione. Sed non est rationabile horum obsequium, neque zelum dei habent secundum scientiam: qui contendunt Roma. 10.
ob multiplicatum in agro dominico zizaniū, eradicare simul & triticū,

Propter multitudinem peccātium: non esse tollendam bonā legem.

ad commodiorem zizaniorum extirpationem. cum potius eniti debe-
rent: vt saluo incolumique tritico, solum euelleretur zizania. ¶Deci- 3
ma quinta obiectio. Panormitanus, inter iuris pontificij expositores ce
leberrimus & grauissimæ authoritatis: in explanatione cap. cum olim.
titulo de clericis coniugatis, in tertio libro epistolarum decretalium:
Panormitanus. hanc habet sententiam, & huiusmodi verborum contextum. Credo pro
bono & salute animarum, quod esset salubre statutum: vt volẽtes contine-
re & magis mereri, relinquerentur voluntati eorum. non volẽtes autem
continere: possent contrahere. quia experientia docente: cõtrarius pror-
sus effectus sequitur ex illa lege continentiæ. cum hodie non viuant spi-
ritualiter nec sint mundi: sed maculantur illicito coitu, cum eorum gra-
uissimo peccato, vbi cum propria vxore esset castitas: vt dicto cap. Ni-
cena. Vnde deberet ecclesia facere vt bonus medicus, vt si medicina (expe
rientia docẽte) potius officit quam prosit: eam tollat. Et vtinam idem esset in
omnibus constitutionibus positiuis: vt saltem obligarent quo ad pœnã,
& non quo ad culpam. Nam ita creuerunt statuta positiua: vt vix repe-
riantur aliqui, qui non corruperint viam suam. hæc ille. In quibus pla-
ne verbis, prædictus author commendat potius in sacris ecclesiæ mini-
stris castum coniugium: quam continentiam tot probris libidinum conta-
minatam. Est igitur potius concedenda illis connubij societas: quam impo-
nenda perpetua continentia. ¶Responsio. In hisce verbis Panormita-
nus, vt interpres iuris & scriptor commentarij loquitur, suamque decla-
rat sententiam: non autem vt conditor legis, vel authoritate publica ad
quippiam definiendum fungens. Proinde nihil præter officium fecero:
si illi ad singula ab eo proposita respondens, meum quoque super ea-
dem re aperiam iudicium. non quidem studio contradicendi tam cele-
bri viro: sed veritatem defensandi & ecclesiasticam traditionem. Si enim
illi licuit, libere quod sensit ea in re expromere: etiam diuerso modo quam
ecclesiæ habeat ordinatio. cur & mihi non licebit eadem libertate etiam
quod sentio explicare: pro ecclesiasticæ sanctionis defensione, graduśque
Non expedire: quod sacerdotes nõ volẽtes continere: ducãt vxores. sacerdotalis honore? ¶Itaque mihi persuadere nõ possum, salubre esse id 4
quod hic proponit ex sua solius propriaque sententia statutum, Pa-
normitanus: vtpote quod ministri ecclesiæ consecrati non volentes contine-
re, ducant vxores. cum illud: iuri diuino pariter & naturali, necnon
summorum pontificum ac vniuersalis ecclesiæ instituto, diuturna con-
suetudine roborato, atque publico consensu iam olim recepto: ex oppo-
sito repugnet. Vtri enim credendum est potius & assentiendum: an ec-
clesiæ sanctæ a diuino spiritu directæ, an priuato homini suam ipsi-
us sententiam proferenti: vbi inter se discrepant? Neque efficax est ea
quam adducit ratio: quoniam docente (inquit) experientia, contrarius
prorsus effectus sequitur ex illa lege cõtinentiæ, & oppositus ad eũ: quẽ
intendit per illã, ecclesia. Nẽpe cõtrarius ille effectus scilicet immundi-

tia carnis & spurcitia vitæ in sacerdotibus: non ex ipsa lege continentiæ progignitur, sed ex ipsius legis præuaricatione & solutione, vt paulo ante dictum est. Et q̃uis nonnulli sacerdotes (quod certe dolendum est) spiritualem non agant vitam, sed secundum carnem ambulent & sordibus libidinis sint contaminati: id tamen non de omnibus ferendum est iudicium. quoniam sunt etiam & casti sacerdotes: & plures quidem (vt reor) q̃ vulgaris hominum iudicet opinio. Legimus enim in sacris literis, ꝙ cum expostularet Helias propheta coram domino, ꝙ relictus esset ipse solus in Israel verus dei cultor: audiuit ipse diuinum responsum, adhuc tunc derelicta esse domino septem milia virorum in Israel: qui nõ curuauerunt genua sua ante Baal. Ita sane cũ putãtur a Panormitano rari esse sacerdotes, qui continentiam (vti debent) teneãt incontaminatam: credendum est potius, multos huiusce generis esse, deo quidẽ cognitos: nobis autem ignotos. Proinde non debet in ipsum sacerdotũ cœtum proferri hæc pene generalis sententia: ꝙ spiritualem non ducant vitam nec sint mundi, sed in concessis contaminati libidinibus. cũ propter malos non sint condemnandi boni: nec propter sordescentes labe carnali sacerdotes, totus ipse presbyteralis status est sugillandus aut dandus vitio. vt neq; propter Iudæ traditionem: reliqui apostoli damnandi veniunt. Nihil enim illa proditoris præuaricatio præiudicauit apostolico gradui: illũ ve reddidit contemptibilem aut reprehendendũ. 3.regũ.19 Roma.11.

5 ¶ At si permitterentur (ait ipse deinceps) qui vellent ex ministris ecclesiasticis societatẽ subire coniugalẽ, & nuptialia contrahere fœdera: cuiq; eorum cum propria vxore esset castitas. Verum quis illud ausit de omnibus qui ducerent vxores sacerdotibus polliceri: ꝙ se adulterijs nõ polluerent, aut alienis non illaquearẽtur amoribus? cum deprehendantur interdum connubia laicorum: adulterinis complexibus violari. Et vtinam nunq̃ data thori fides inter coniugatos contaminaretur adulteriorum flagitijs, fœdiore ve libidinum labe. Quis igitur tutos redderet ecclesiæ ministros, aut sponsorem se vellet constituere pro eis: ꝙ semper integram matrimonij fidem essent seruaturi? Deinde si vxores eorum in prima adolescẽtia post primum aut secundum nuptiarum annum, morte sustollerentur ab hac vita, vt plærunq; vsu venit: non possent illi iam deo consecrati secundam ducere vxorem. ne bigamiam incurrerẽt: & idcirco in ordine suscepto, ecclesiæ ministrare non possent. Si enim bigamia secundum sanctiones ecclesiasticas est impedimẽto, ne quispiam sacros accipiat ordines: nonne consimili iure etiam præstabit obstaculum, ne quis iam sacris initiatus ministerium ac functionẽ sacerdotalis muneris in templo exerceat? In cuius rei argumentum: orientalis ecclesiæ sacerdotes coniugati, cum interueniente vxoris ante consecrationem ductæ morte vidui fiunt, sociaq; thori orbati:, non possunt secũdam postea coniugem ducere. Quemadmodum perhibet voluminis decretorũ colle

In sacerdotibus si forent coniugati: etiã castitatẽ posse violari.

ctor: vicesima octaua distinctione, cap. cum Siracusanæ. circa finē eius. his verbis. Orientalis ecclesia non suscepit generale votū castitatis. Hoc tamen diligenti obseruatione custodit: vt post adeptum sacerdotium defuncta priori vxore cum qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit: deponatur. hæc ibi. Et merito quidem. quoniam (vt modo quoq; dictū est) si bigamus non potest ad sacros ordines promoueri. quēadmodum insinuat beatus Paulus: ad Timotheum & Titum scribēs, & vt aperte testantur canonicæ sanctiones, tricesima quarta distinctione libri decretorū: cap. præcipimus. & cap. cognoscamus. eadem prorsus immo vrgentiore ratione: non potest etiā bigamus in sacris ordinibus ministeriū ecclesię exhibere, ac sancto deseruire altari. Mortua igitur vxore sua, adigeretur ipse sacerdos ad continentiā vidualē perpetuo tenendā: q̄uis adhuc florēte esset ætate & integra. Quod sane illi difficilius foret post expertas carnis voluptates: q̄ si nunq̄ fuisset nuptijs cōiunctus. Ecce cū aliquot incōmoda adducūtur ab ipso authore, cui congredimur, prouenientia (vt ait) ex lege continētiæ sacerdotalis: ea sanctione sublata, aut tanta aut grauiora dispēdia consequerentur illos ecclesiæ ministros, qui coniugium essent amplexati. ¶ Quod vero de medico postea adducit Panormitanus in verbis supra citatis, quem deberet ecclesia imitari: ingenue id sane fateor, sed prudenter & consulte, & modo quodā certo. Nēpe medicus si vsum suæ medicinæ videret sumentibus eam secundum suam ordinationē, esse noxium aut perniciosum: deberet quidem recta ratione iudice illam tollere, ne cuiquam incommodaret. Sed si perspicit medicus illius antidoti vsum, salutarē esse & salubrem ægrotis: neglectum autem & contemptionem illius pharmaci, graue incommodū inferre ijs qui morbo laborant, quod tamen ægroti sumere negligunt aut spernunt: cur ipse propter hos salutiferæ medelæ contēptores abijciet suum medicamentum, aut prætermittet? Nonne potius sataget, si vir bonus est & salutis aliorum cupidus: omnibus persuadere, q̄ vtilis sit & accōmoda languidis sua medicina, quantumlibet alij ipsam aspernentur? Sic sane ecclesia sancta, si ex seruata in sua integritate continentia ministrorum suorum, perspiceret aliquod euenire salutis animarum detrimentum: deberet sane ocyus illam prohibere, & in coniugij legem commutare. Nunc vero cum ex ipsius incolumi obseruatione cognoscat ipsa magnam enasci animarum vtilitatem, diuinique cultus decorem: ex sola vero eiusdem continentiæ violatione, suboriri mille incommoda & scandala: cur ipsa legem continentiæ sanctam & vtilem abrogabit, & laxabit habenas nuptijs, vt eas si velint sui subeant ministri? Nonne potius totis per suos præcipuos rectores anniti debet viribus: vt lex illa tantopere salubris conseruetur in suo pristino vigore, & eius præuaricatores eradicētur: aut in rectā, per debitam animaduersionē, reducātur viā? ¶ Demū quod petit in verbis suis prius adductis

Marginalia: Gratianus. | 1. timo. 3. | Titum. 1. | Exēplo medici: ostēditur nō esse tollēda lex continētiæ.

Panormitanus, in legibus omnibus reliquis positiuis constitui, ꝗ obligarent saltem ad pœnam tantum & non ad culpam: non est illi tribuendum. Nam si pœna tantum decerneretur aut corporis aut pecuniaria, in transgressores (puto enim dictum illud: de huiusmodi pœnis intelligi debere) nemo ferme inueniretur: qui quadragesimale aut aliud ecclesiasticum obseruaret ieiunium. Studerent enim omnes illud (si possent) pecunia redimere: aut in aliam corporis pœnam, vt peregrinationem, laborem, aut vigilias commutare. Recte igitur culpæ reatus in pœnam constitutus est transgressoribus: vt ea deterriti, exactius legem decretā compleant. Fateor tamen multiplicationem statutorum iuris positiui, maiorem & numerosiorem æquo: probandam non esse. Est enim in vita hominum id apprime (vt ait Comicus) vtile: vt ne quid nimis. Nunquam tamen ob transgredientium leges positas, multitudinem: censuerim eas quæ reipublicę sunt vtiles, esse abolendas. ¶ Q̄ꝫ autem vix aliqui reperiantur homines, qui non corruperint vias suas in legum positarum transgressione: vt subnectit Panormitanus (quanquam non tale debemus iudicium, saltem in vniuersum, de proximis nostris ferre: neque vna condemnatione omnes ferire) id nullatenus ex legum latarum obseruatione contingit: sed ex sola earum violatione & præuaricatione. quæ nequaquam ipsis rectis legibus & æquis debet imputari: sed soli hominum prauitati, nequitiæ & peruersitati.

Ecclesiæ leges recte institutas: ꝗ ad culpam obligāt trāsgressores.

Therētius.

¶ Non esse tollendam legem: cuius obseruatio est vtilis reipublicæ: neque cuiquam vitæ discrimen impendere, ex perpetua continentiæ obseruatione. Cap. XXVIII.

1 DEcima sexta aduersariorum cauillatio. Cum lex aliqua a maioribus lata, deprehenditur vergere in deteriorem exitum, & inferre damnum graue reipublicæ: secundum rectæ rationis iudicium est abolenda. quoniam ipsa non est amplius adminiculum conueniens ad consulendum saluti eorum quibus est posita: propter quod tamen, omnes leges recte ferri debent. Ob hoc enim Ezechias rex Iuda pientissimus, magnopere commēdatur: ꝗ comminuerit serpentem æneum, a Moyse iussu domini fabricatum, quoniam illius occasione populus in superstitionem trahebatur & vanum cultum. Lex autem continentiæ, ministris altaris imposita, magnum infert detrimentum ecclesiastico decori atꝗ statui: ob varias turpitudines & fœdas clericorum incontinentias, ex concubinatu & similibus deprehēsas signis. Satius igitur esset, illam rescindere legem ac prorsus sustollere: illiusque loco aliam constituere sanctionem, qua concederentur matrimonij vincula ministris ecclesiasticis, non volentibus continentiæ iugo sua colla submittere. ¶ Respōsio. Hic cauillus, telum est præcipuum: cuius mucrone impetunt aduersarij complures ecclesiasticas constitutiones, vt eas

4. regū. 18

prorsus elidant. Nituntur enim huius iaculi cuspide confodere sacer-
dotum continentiam, ieiuniorum obseruationem, abstinentiam a car-
nibus, alijsque succulentioribus esculentis: & cæteras id genus sanctas
ecclesiæ regulas. quas dicunt exitiales esse reipublicæ Christianæ, ob
multitudinem eorum qui ipsas transgrediuntur: & incidūt illarum oc-
casione, in propriæ salutis discrimen. Idcirco enitendum est impensius:
ad huiusce cauilli dilutionem. quæ tamen ex ante dictis in præcedentis
argutiæ dissolutione satis potest colligi: potissimum ex ijs quæ inibi de
medico & eius medicina sunt adducta. ¶ Itaq; primo huius obiectio- 2
nis loco assumpta propositio veritatem habet: quando legis prius latæ
obseruatio in vlteriora tempora cōtinuata, deuergit in reipublicæ de-
trimentum & ciuibus est noxia. Tunc enim haud dubie rescindēda est
ea lex: quoniam per eam amplius non efficiuntur ciues boni, quod ta-
men summopere debent legislatores: per suas quas condunt leges, expe-
tere. Vbi vero non legis ipsius assidua obseruatio ingerit reipublicæ ia-
cturam: sed præuaricatio illius & violatio. tetraque labes infertur publi
cæ honestati, non per eos qui legem illam tenent adamussim: sed per il-
los qui negligunt illam & floccipendunt. quis (oro) sanæ mentis censue-
rit legem illam esse rescindendam: & non potius conculcatores illius
plecti debere, atq; intra certos eiusdē limites constringi? ¶ Ad huius au
tem secundæ partis corroborationem, haud parum facit exemplum de
Ezechia rege Iuda: ab aduersarijs adductum. Qui non contriuit serpē-
tem illum æneum in frusta: quoniam a Moyse fabricatus fuerat in si-
gnum futuræ exaltationis CHRISTI in cruce, & ad illius figura-
tionem asseruabatur a posteritate. & etiam in monumentum beneficij:
illius erecti in ligno, aspectu, antiquis patribus in deserto concessi. sed
quoniam horum mysteriorum immemor populus Iuda, ad superstitio
nem pronus, adolebat illi serpenti incensum, diuinosque impendebat
honores: penitus discedens a duabus illis causis modo dictis, & æquis
& rectis, propter quas primum fuerat iussus fabrefieri serpens ille, & li-
gno suffigi in deserto. ¶ At vero ecclesiastica lex de continentia sacerdo- 3
tum, si in sua integritate ab omnibus ministris sacris obseruaretur: nul-
lum inferret detrimentum reipublicæ ecclesiasticæ, quin potius ingen-
tem vtilitatem, præclaram honestatem & decorem eximium. Conculca-
tio vero & præuaricatio legis illius per fœdas libidines & concubina-
tum: ingerit infamiam dedecus & notam infandam ecclesiastico statui.
cuius facies, splendor & species: omnino conspurcatur per has sordes.
Non igitur ex hac ratiocinatione colligere queant aduersarij, tollen-
dam esse legem continentiæ sacerdotalis: sed solum, castigandas esse ex-
orbitationes ab illius legis rectitudine. & quicquid prolapsionis illius
occasione, fœdum in ipsa deprehenditur ecclesia aut turpe: protinus
seuera animaduersione ac correctione resecandum esse, & extirpādum.

Quādo lex posita: tollenda est, & quando stabilienda.

4. regū. 18
Numeri. 21
Ioan. 3.

4 ¶Porro quis multæ in superioribus huius libri locis assignatæ sint cause,admodum rationabiles:propter quas instituta est ab orthodoxis patribus ea sanctio de continentia sacrorũ ecclesiæ ministrorũ: ad solidiorem tamen legis illius corroboratione͂,potest & hæc supra dictis adijci ratio, nõ vsquequaq; aspernãda.ordinatam scilicet esse in cõsecratis ministerio altaris cõtinentiæ perpetuæ disciplinam: vt plenius, liberius & syncerius diuino vacarent officio, seq; totos & integros impenderẽt illi suscepto muneri.Quod sane præstare non possent:si rei vxoriæ implicarentur curis,& vinculi coniugalis cõpedibus essent obstricti.quoniã nõ simul altari deseruire valerẽt & vxori:essetq; vnum alteri,impedimẽto. Et ne idipsum gratis & sine ratione dixisse videamur: philosophorum etiam illustriũ authoritate ac testimonio idem cõprobabimus. Siquide͂ Theophrastus Aristotelis discipulus,in libro de nuptijs,prudẽter affirmat:per coniugiũ impediri studia philosophiæ, nec posse queñq libris & vxori pariter inseruire.Quod & Cicero, Romanæ parẽs eloquẽtiæ: suo deniq; patefecit exẽplo.qui rogatus ab Hircio,viro apud Romanos insigni,vt post repudiũ Therẽtiæ,sororem eius duceret vxore͂:omnino facere supersedit,dicẽs non posse se vxori & philosophiæ pariter operam dare.Itaq; si contestati sunt spectabiles illi viri philosophiæ candidati, non simul operã præstari posse studio philosophico & vxori:quomodo poterit quispiã syncære & integre ministeriũ exhibere altari(quod,philosophiæ studiũ longe supergreditur:& intentiorem in cælestia exposcit animũ)& simul vxori deseruire? Cõmendanda est igitur maiore͂ in modum cõtinentiæ puritas in ipsis ecclesiæ ministris:& magnopere probãda lex illa,quæ ipsos a molestijs vinculi cõiugalis expeditos reddidit.

Cap.16 &17.

Alia a supra dictis causa continentię sacerdotũ

Theophrastus.

Cicero.

Hircius

Therentia.

5 ¶Decima septima aduersariorũ obiectio. Siquis ob inediã & cibi penuriã versetur in vitæ periculo, vt nisi sumpserit sine dilatione cibum: actũ de illo sit,secundum medicorum peritorũ iudicium.non solum illi consulendum est vt comedat oblatum,cibum etiam in die ieiunij ab ecclesia instituti:sed & imperandum.Cui quide͂ & consilio & iussioni debet ille more͂ gerere:quis sanctæ parasceues tũ dies occurreret,inter omnes maxime dedicatus ieiunio.Quinimmo grauiter ille delinqueret:qui in tam aperto vitæ discrimine recusaret sumere cibũ,vt ieiuniũ ecclesiasticum tũc indictũ integre obseruaret.esset enim sui ipsius interemptor: & quasi sibi morte͂ consciscens.Consimili igitur ratione siquis sustineat vehemẽtes carnis tentationes,quibus tande͂ succubiturus videatur: iubendũ est illi ad euitanda grauiora pericula vt ducat vxore͂,quantumlibet sacro altaris ministerio sit dedicatus.Siquis item grauissimo laboraret morbo,a quo non posset secundũ medicorũ iudicium liberari:nisi per consortiũ carnale & congressionem cũ muliere. tametsi sacerdotale͂ sortitus sit gradum:præcipiendũ est illi vt ducat vxore͂, cuius commercio cõiugali liberetur ab impẽdente mortis periculo. ¶Respõsio.Ad-

mittendum est quicquid hæc assumit cauillatio : abnegandū est tamen quod inde colligit. Quoniam periculo occurrenti ex inedia cibiq; defe= ctu, nulla alia via potest adhiberi remediū: q̄ per cibi exhibitionem & sumptionē, q; ea sit ad vitam hāc mortalem agendā necessaria cuiq; ho= mini: & sine alimēto non possit diutius homo subsistere. Omne enim vi
Aristoteles. uēs q̄diu functionē agit vitalem: indiget nutrimento quo sustentetur. & eo destitutū, tandē intereat oportet : secundū Aristotelis in tertio libro de anima, sentētiā. ¶ At periculo imminēti ex insultibus carnis in spiri 6
tum & feruore cōcupiscentiæ carnalis: alia quis potest obuiare ratione, q̄ per carnale mulieris consortiū & violationē castitatis. vtpote per ieiu=
Cap. 20. hu ius libri. niū, abstinentiā, laborē honestū & occupationē: cæteraq; remedia prius enumerata. Quocirca nō est quoquo modo necessariū, vt ad huiusmodi infestationes carnis declinādas: cuiq̄ detur facultas ducendi vxorem. Si= quidem nō est carnale cōmercium, ad cōseruationē cuiusq; particularis hominis necessariū: sed tantūmodo ad conseruationē humani generis. & sine huiusmodi cōgressu carnali: potest hominis vita incolumis traduci, quinimmo interdū integrior & viuacior agitur: q̄ siquis etiam in thoro coniugali vtatur huiusmodi consortio. Proinde non est aduersarijs tri= buendum, q; talis posset cuiq̄ morbus accidere: a quo non posset nisi per vsum coniugij liberari. quoniam tūc consortiū muliebre esset alicui par= ticulari ad vitam suā conseruandā necessariū, quod prius dictis aduer= satur. Q; si admittatur illud quoquo pacto accidere posse cuiq̄ : tūc ille (si sacros acceperit ordines) potius debet imminentē perferre mortē, q̄ vt ab ea liberetur, contrahat matrimoniū: præuariceturq; votū continē= tiæ deo factū. Nō est enim illi cōiugiū, cōueniēs mediū: ad vitā saluādā.

¶ Legem continentiæ sacerdotalis nequaquam diuino repugna= re præcepto, nec honestati nuptiarum detrahere: neminemq; ad illam subeundam ab ecclesia cogi. Cap. XXIX.

Decima octaua aduersariorum obiectio. Continentia 1
ministrorū ecclesiæ repugnat diuino illi præcepto: pri mis tradito parētibus, & finita diluuij effusione repe=
Gene. 1. tito. Crescite & multiplicamini: & replete terram. Nu
Gene. 9 ptijs etiā inferre notam indignitatis videtur, & detra=
Hebræ. 13 here earū honestati. quæ cū honorabiles sint & thorus immaculatus, secundū apostolum: cur clericis & sacerdotibus interdicū tur? An quod deus approbauit & eius apostolus: humanæ poterūt tra= ditiones improbare? Minor certe tunc erit dei q̄ hominū authoritas, & quod deus concessit omnibus: homines suis decretis denegabūt nōnul= lis. immo legibus suis grauabūt eos: quos dei benignitas voluit esse pe= nitus liberos. Hæc autē, minime ferenda sunt: quoniā onus intolerabi= le imponunt humeris hominū. ¶ Responsio. Sicut verum nunq̄ alicui repugnat vero: ita nec vna recta constitutio, cū alia dissonantiam habet

aut dissidium, modo circunstantiæ earum debita ratione attendantur. Quare prorsus inficiandum est: continentiã sacerdotũ, pręcepto diuino iuri ve naturali aduersari, vt quæ superioribus huius libri locis & diuino iuri & naturæ ostensa sit maxime esse conformis: & ex vtroq; deducta. Ad illud autem dei verbũ, ex Genesi modo adductũ: ita respondet sacer Hieronymus in primo libro contra Iouinianum. Quod autẽ ait. Crescite & multiplicamini: & replete terrã, necesse fuit prius plantare syluam & crescere: vt esset quod postea posset excidi. Simulq; considerãda est vis verbi: replete terrã. Siquidem nuptiæ terrã replẽt: virginitas paradisum. hęc ille. Vbi insinuat illa a domino dicta esse verba: quãdo multiplicandũ erat genus humanũ per propagationem carnis, quod tũc rarũ erat, & in paucis consistebat hominibus. Cũ vero illud, numerosa multitudine erat adauctũ: non amplius id dei verbũ, præcepti vim habebat. sed spiritualis bonorum operũ propagatio cum infœcũditate

Hieronymus in Iouinanum.

2 carnis: potius per continentiæ salutaris exercitiũ cõsulebatur. ¶ Neq; huiusmodi cælibatus constitutio imposita sacerdotibus: in sugillationẽ vertitur aut damnationẽ nuptiarũ, quæ certe cõmendabiles sunt & honorandę: sed continẽtia illis iure præferẽda. Qui autẽ ad meliora sublimioraq; prouocat: nequaq̃ quod inferius est bonum & minus, dãnat. Alioqui dominus noster apud Matthæum exhortans ad tertium illud eunuchorũ genus amplectẽdum, qui se castrant propter regnũ dei: nuptias improbasset. Et beatus Paulus cũ ad Corinthios scribẽs, virginitatẽ præclaris extulit laudibus, præposuitq; cõnubio: matrimoniũ vituperasset. quod asserere: summæ est impietatis. Certe qui rutilũ solis splẽdorẽ magnopere commendat, cæterorũq; syderum præfert claritati: nequaq̃ lunæ aut astris suũ denegat aut detrahit fulgorẽ. Et qui in metallorũ genere auro primas tribuit dignitatis partes, illudq; reliquis præponit: haudquaq̃ argẽto & æri suum adimit precium aut natiuã dignitatem. Idcirco ingenue fatendum est, honorabiles esse nuptias, & omnibus concessas: qui sponte sua aliud non capessunt vitæ genus, nuptiarũ conditioni penitus repugnans. Qui autem sacris ordinibus initiantur: vltro amplectuntur eum vitæ statum, qui secum nuptias non admittit, propter votum cõtinentię inseparabiliter ei annexum. sicut & ij qui voto virginitatis aut professione religionis se deo consecrant: id etiam capessunt vitæ institutum, quod nuptiali aduersatur societati. Neq; alius quisquam, nuptiarum contrahendarum facultatem illis præcidit: sed illi ipsi, cum vltronee ad illud vitæ genus se conferunt, quod nuptijs cohærere non potest.

Continentiam sacerdotum non esse damnationem nuptiarum.

Matth. 18

1. corin. 7

3 ¶ Non debet præterea continentiæ ministrorũ ecclesiæ lex, humana tantum censeri traditio: cum diuini iuris esse pariter & naturalis, in quarto & quinto capite huius libri sit ostensa. Et quoniam nec dei præceptis nec bonis moribus est aduersa, eadem lex: immo maxime consentiẽs, & ad rei ecclesiasticæ decentiã honestatemq; plurimũ

Legem cõtinentiæ: potius diuinã q̃ humanã esse traditionem.

faciens: diuina authoritate per homines legem illã promulgante lata est atq; constituta. neq; tam homines ipsi: q̃ deus per homines eam induxit sanctionem. Quare nunq̃ aduersarijs est dandum, q́ in hoc negocio homines graue iugum imposuerint humeris hominum: cum sit ad deum tanq̃ primum authorem referenda legis huius institutio. Quæ nequaq̃ grauis est ijs, qui assiduo virtutum exercitio gratam & facilem sibi castitatem fecerunt: licet amatoribus mundi grauis videatur. ¶Sed percontantur sacerdotalis coniugij propugnatores. Quid ergo conducunt ministris ecclesiæ iam sacro ordini addictis membra genitalia, ad generationis officium a natura designata: si eis perpetuo interdicitur coniugium? Videntur enim illa deinceps in ipsis ociosa esse & nequicq̃ indulta: si nunquam concedatur eorum vsus ipsis sacerdotibus in officio coniugali. Et cum natura nihil ociosum & frustra faciat: colligere exinde moliuntur, q́ indulgẽdum sit ministris ecclesiasticis matrimonium, ne admittantur huiusmodi membra sine vsu aliquo & opere illis adesse.

¶Verum hæc interrogatio & ratiocinatio: Iouiniano voluptatis carnalis prædicatore est apprime digna. Cui beatus Hieronymus, in primo contra eundẽ libro, argute respondet: assignans opera naturæ, ad integritatẽ ac incolumitatem humanæ conseruationis necessaria: quæ etiam citra omnẽ veneris vsum hisce partibus exercentur, vltra discretionẽ distinctionemq; sexus: ad quam præsertim hę corporis partes a natura ordinantur. ¶Huic autẽ præclaræ Hieronymi responsioni: & hoc adijcere non fuerit ociosum, ea mẽbra ministris altaris post continentiæ professionẽ plurimũ conferre: vt eorum castitas apud deũ, & meritũ habeat & præmium. Quid enim egregij operis impenderet ille deo: qui continentiã seruaret illæsam, quoniã excisus & euiratus prolabi in incontinentiã non posset? aut quænam illi deberetur castitatis corona: qui etsi vellet, eam labefactare non posset? Necessaria enim esset illa continẽtia, & per violentiã coacta: non voluntaria nec vltronea. At spontaneũ obsequium a nobis exigit deus: & quod ex ipsa voluntatis nostræ libertate proficiscatur. Vnde in laudem viri iusti dicit Ecclesiasticus. Qui potuit trãsgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit. Non igitur superuacua sunt in sacris templi ministris post susceptũ sancti altaris officium huiusmodi mẽbra: neq; ad vsum virtutis superflua. vt neq; in virginibus quæ suã a prima adolescẽtia deo consecrarunt virginitatem, superuacua sunt geminorum vberũ tubera: q̃uis nunquam pariturę sint aut infantes lactaturæ. Præstant siquidem ipsa geniturę designata mẽbra in viris castimoniæ deuotis: materiã exercendæ virtutis, castitatisq; comparandæ, & demũ coronæ cęlestis assequẽdæ. quãdo assidua repressione eorũ ab actu libidinis: & castitatis augetur meritum, & accrescit in cælo percipiendum præmium. ¶Decimanona cauillatio. Ad ea quæ 5
sunt perfectionis, per consiliũ alliciendi sunt homines: & non cõpellẽdi

Hieronymus.

Ad quem vsum: membra genitalia in sacerdotibus ordinantur.

Eccli. 31

nec obligandi mandato. Abstinere autem prorsus ab omni mulierum consortio: magnæ perfectionis est, & ad quã rari admodũ pertingunt. Ergo non debuerũt ecclesiæ ministri ad castitatẽ seruandam adigi præcepto, & astringi sub interminatione grauis pœnę, violationis scilicet voti: sed potius admonitionibus ac hortatibus, ad illud tam arduũ opus induci. relicta tamen illis libertate, vt si velint: amplectantur continentiæ frena. sin vero nolint: ducant sine cuiuspiam offensione & noxa, vxores. Nempe vbi præceptum adhibetur ipsis seruandi deinceps cælibatum: laqueus illis periculosus inijcitur ad interitũ, quod tamen beatus Paulus se facere nolle: contestatus est. Enimuero vbi quis sacris initiatus fuerit, & iam obuinctus illo præcepto: si graues deinde patiatur molestias carnis rebellantis in spiritũ, quas non possit quibuscunq; remedijs edomare, quid tum faciet: hærens inter saxũ (vt aiunt) & sacrum? Si enim nuptias ille cõtraxerit: reus erit & præuaricator illius præcepti de continẽtia sacerdotali, votumq; deo æditum violabit. At si idem, coniugium subire recusauerit, quo solo remedio posset obuiare illis ardoribus libidinis: incidet in grauiora discrimina, vt concubinatum aut alias infandas immunditiæ species. A quibus vt sibi caueat, suæq; cõsulat saluti: satius illi esset honesto coniugio hęc omnia declinare pericula, & in castitate connubiali persistere. quoniam vt ait beatus Paulus: melius est nubere q̃ vri. Quare irrationabile videtur præceptum: quod huiusmodi medelæ contra carnalem concupiscentiam, viam præcludit & obstruit.

1. corin. 7.

1. corin. 7.

6 ¶ Responsio. Nunquam ecclesia ad ea quæ sunt arduæ perfectionis & consilij, quempiam cõpellit simpliciter & violẽta coactione: sed solũ sub conditione, ꝙ si illum vult statũ sibi assumere, vtpote ecclesiasticũ: hac lege & eo pacto ipsum amplectatur, ꝙ perpetuo deinceps continẽtiã obseruet. nam huiusmodi vitæ instituto: professio castitatis indissolubiliter est annexa. Manifestum est autẽ, ꝙ ecclesia sancta neminẽ compellit ad suscipiendos ordines sacros: sed vnumquenq; suo relinquit arbitrio, vt ministeriũ altaris amplectatur, si id ipsi, cordi fuerit. aut laicalem aggrediatur statum, vxoriq; se alliget: si idipsum suo sedeat animo. Vnusquisq; igitur qui sacerdotalem suscipit functionẽ: sponte sua & a nemine compulsus deligit id vitę genus, quod tamẽ sequi non potest: nisi continentiam fuerit professus. quoniam suscipere illud debet cum suo onere: annexaq; illi propria conditione. ¶ Neq; sibi persuadeat quispiã, satius fuisse: ꝙ sola lege admonitoria & non obligatoria, foret indicta ministris ecclesiæ sacris continẽtia. Quoniam ministerij illius sublimitas ac dignitas exposcit, ipsum a nullo exerceri debere: nisi is castimoniam seruauerit. Quare potius consulendũ fuit reuerentiæ deo debitæ: q̃ eorum voluntati, qui laxiores quærunt habenas ad indulgendum suæ cupiditati. Qz si lex obligatoria non fuisset circa hanc constituta materiã: inordinatissima quædã cõfusio atq; lues malorum irrepsisset in ecclesiam

Neminẽ compelli ad suscipiendum sacerdotiũ & castitatis professionẽ

dei. necq; cum tãta sanctimonia fuissent celebrata diuina mysteria: quã- tam ipsa pro rei dignitate exposcunt, vt ex supra dictis iam satis euasit compertum. ¶Neque ratione constitutionis illius obligatoriæ, cui- 7
quã laqueus perditionis inijcitur: vt obiectãt aduersarij. quoniam nul- lus nisi sua sponte & proprio arbitrio: se transfert ad hoc viuẽdi genus. Quod si non obseruet ad vnguem: ipse sibi ipsi laqueum inijcit, proin- de sibi soli culpam ascribat. Debuit enim antequã eam viuendi sortem subiret, suas metiri vires: an pares essent ferendo illi iugo perpetuæ con tinentiæ, necne. Et si pares eas non senserit tanto oneri: imprudẽter ni- mium admouit illi manum, non habita ratione suæ infirmitatis. cum ta men id esset ætatis: qua propriæ suæ conditionis periculũ sufficienter fa cere potuisset. quandoquidem in decimo octauo suæ ætatis anno secun- dum canonicas sanctiones: primũ admittendi sunt clerici ad ordinem subdiaconatus. Quemadmodum perhibet Clemens quintus, in primo libro suarum constitutionũ Clementinarũ: titulo de ætate & qualitate & ordine præficiendorum: cap. generalem. his verbis. Generalem eccle siæ obseruantiam volentes antiquis iuribus in hac parte præferri: decer nimus, vt alio non obstante impedimento canonico, possit quis libere in decimo octauo ad subdiaconatus, in vigesimo ad diaconatus, & in vige simo quinto ætatis suæ anno ad presbyteratus ordinẽ promoueri. hæc ibi. Atqui in duodevicesimo ætatis anno, in nonnullis plærunq; dimi- nui & deferuescere incipit ardor carnis: aut saltẽ satis exploratus potest haberi, an edomari deinceps queat sine lapsu in probrum atq; flagitiũ. vel vtrum formidandũ sit: ne inualescat acrius ille feruor libidinis, atq; præualeat in spiritum. Et qui hæc omnia non ante tentauerit, q̃ altaris ministerio se consecrandũ exhibuit: cuinam (oro) nisi sibi soli, debet to- tam culpã imputare? An habet ille iustam expostulandi causam cũ eccle sia: q; legẽ illam continẽtiæ decreuerit? ¶Confirmat autẽ hanc respon- 8
sionem, idipsum: quod Aeneas Syluius tũ Cardinalis Senensis, scribit cuidam amico suo, qui in sacris ordinibus constitutus: petiuerat patro- cinio ipsius dispensationem sibi impetrari a summo pontifice illius tẽ- poris, Nicolao quinto, q; ducere posset vxorem: quam tamen impetrare non potuit. Scribit inquam: in epistola trecentesima vicesima prima, in hunc modum. Credimus te vti non insulso consilio: si cũ nequeas conti- nere, coniugiũ quæris. q̃uis id prius cogitandũ fuerat: anteq̃ initiareris sacris ordinibus. Sed non sumus dij omnes: qui futura prospicere valea mus. Quando huc ventũ est, vt legi carnis resistere nequeas: melius est nubere q̃ vri. Non tamen hæc pontificis sententia: vt dispensandũ cen- seat. Stat in sua seueritate, nec putat vni concedendum: quod multos in noxium vertat malũ. & vnũ pati pro multis: non inconueniens arbitra- tur. Expectandus est ergo (vt tute agas) alterius apostolatus: qui mitior sit. Nescimus tamen: an vita tamdiu comes erit. nam sæpius agni præ-

Cũ magna discretione subeũdum esse sacerdotij gradum

Clemens quintus.

Aeneas Syluius.

1. corin. 7

moriuntur ouibus.hæc ibi.Quæ etiam superius propositam sententiā de indispensabilitate voti cōtinentiæ sacerdotalis:non parū comprobāt. Nonnulla tamen in prædictis epistolę modo citatę verbis dicta putari debent potius in fauorē & gratiam eius cui scripta est,atq; repulsæ quā passus est cōsolationē:q̄ pro rei veritate & conditione.vt ꝙ non insulse is egerit:dispēsationem petēs ad ineunda coniugij fœdera.ꝙ item contine re nequiuerit: si absolutam accipimus ibi insinuari potestatē,& non rei difficultatē.ꝙ deniq; illi suffragetur illa Pauli propositio.Melius est nu bere q̄ vri.solū intelligēda in ijs:qui nullo obstringūtur vinculo nuptias legitimas impediente. Qꝫ vero postremo positū est loco, expectādū esse alterius apostolatū qui mitior sit: dictū accipi debet ad erigēdū meliori spe(licet rei forte nūquam futurę)animum consternatum,& ob acceptā repulsam attonitum : ne prorsus concidat. queādmodū pro sua huma- 1.corin.7
9 nitate solēt amici:suos cōsolari amicos. ¶Sed nunc ad sacerdotē quēlibet,difficultate continendi laborantem (de quo loqui cœperamus) sermonem reuocemus.in quo post hæc omnia, ante dicta, nullus certe locus perplexitati relinquitur: qua ille teneatur.Permaneat ipse (sicut & debet)in suscepti ordinis administratione:confugiatq; ad deum assidua oratione pro impetrando castitatis dono.& non aspernabitur deus ipse (qui pater est misericordiarū,& deus totius consolationis) humiles pre ces eius:suggeretq; illi vires ad refrenandas demū improbas carnis infe stationes.Vtatur idem præterea alijs remedijs in vicesimo huius libri capite declaratis:ad extinguenda libidinis incēdia admodum conducē tibus.Quorum adminiculo,per assiduum virtutis exercitiū, continentiæq; studium:tandem potietur adiutore deo contra violentum illū hostem victoria.quoniam nullus vnq̄ sperauit in domino:& confusus est. Et fidelis est deus(vt scribit ad Corinthios Paulus)qui nō patietur vos tentari vltra id quod potestis:sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Siquidē vt aliqua oppressi tribulatione , ad ipsum per deuotam cōfugiamus orationem:benigniter nos deus horta tur,& liberationem ab ea angustia pollicetur per hoc psalmographi ver bum,immo ipsius in diuino propheta loquentis. Inuoca me in die tribulationis:& eruā te, & honorificabis me. Et alio in loco per eundem: de viro fideli implorāte suū auxiliū,dicit.Clamauit ad me,& ego exau diam eū: cum ipso sum in tribulatione,eripiā eū & glorificabo eū.Qui itaq; tribulationem carnis patiuntur sacri altaris ministri & sacerdotes dei altissimi: hac illis modo præscripta via tentent suo morbo congruā adhibere medelam.Nēpe ea ipsa longe potior est & tutior:q̄ siquis molestia tentationum carnis vexatus causetur se continere non posse, & expostulans secū dicat.Non sum profecto deus:qui ventura possim prospicere,rerumq; futurarū cognoscere euentum. Putabā equidem cū sacris ordinibus suscipiēdis me accinxi:castitatē sacerdotalem mihi haud

2. corin.1
Eccli. 2.
1.corin.10.
Psal.49.
Psal.90.
Votum sacerdotale, vt & coniugium:dissolui nō posse.

difficilem fore, & non magno negocio illam me integre seruaturum.
Nunc plane perspicio rem ipsam aliter se habere: & pene impossibilem
mihi prouinciam me suscepisse, vitam scilicet continentē perpetuo agen
di. Proinde tentandum est huic malo remedium: & impetrāda mihi est
relaxatio voti iam æditi, ducendęq; vxoris facultas. Enimuero hæc ex-
postulatio & querimonia, haud dissimilis esset ei negocio: quo quispiā
deuinctus coniugio, proponeret impetrare dissolutionē illius vinculi iā
contracti & cōsummati: ꝙ incidisset in vxorem rixosam, difficilē, ebrie-
tati & libidini deditam, bonorum cōmunium dissipatricem. quam ar-
bitrabatur fuisse probam, pudicam & sobriam: futurāq; in societate cō-
iugali pacificam & moratam. Verum illi viro, si peteret matrimonij so-
lutionem & alterius vxoris ducendæ facultatem: respondendum vtique
Matth.19 foret, scriptum esse. Quod deus coniunxit: homo non separet. Debuisse
illum priusquam illā sibi sociā thori acciperet: exacte mores ipsius in-
dagasse. nunc sero tentari id: quod secundū diuini iuris præscriptū fieri
non potest. Haud secus sacerdoti, relaxationē voti continentiæ ob cau-
sas supra dictas exposcenti: responsio est reddēda. ipsum spirituali quo-
dam matrimonio iam ecclesiæ esse coniunctū. & quod deus in consecra-
tione ipsius coniunxit: hominem separare non debere.

¶ Non expedire ecclesiæ, ꝙ propter incontinentiam multorum sa-
cerdotum abrogetur lex antiqua continentiæ sacerdotalis: & cō-
stituatur noua, qua permittatur eis coniugium. Cap. XXX.

Vicesima & postrema aduersariorum obiectio. Ma-
gna est vbiq; sacerdotum multitudo: ex nimia facili-
tate episcoporum ad eos promouendos, plus æquo
excrescēs. Qui sane pontifices: non satis memores vi-
dentur documenti salutaris ipsius Pauli ad Timo-
1.timo.5. theum. Manus cito nemini imposueris: neq; commu
nicaueris peccatis alienis. In tanta autem sacerdotū
numerositate: rari sunt admodū qui caste viuant. complures autem est
inuenire: qui palam concubinas alūt domi, aut secretis libidinibus con
taminantur. Vnde & diuina mysteria: cū minore q̄ par sit, reuerentia cō
trectātur. & ob vitā probrosam rectorum ecclesiæ, contēnitur a populo
eorū doctrina: ludibrioq; habetur ecclesiasticus ordo. Quibus incōmo-
dis diligēter attentis, videtur rei præsentis nostriq; seculi cōditio potius
exposcere, quo multorū consulatur vtilitati pariter & saluti: qui pericli-
tantur ob præceptum continentiæ ministris ecclesiasticis impositum. ꝙ
authoritate procerum spiritualiū, summorūq; ecclesiæ præsidū relaxa-
retur huiusmodi statutū: cōmutareturq; continentia sacerdotum in con
iugiū, non quidem necessariū: sed voluntariū. Vt qui vellent ex sacerdo
tibus permanere nuptiarum immunes: sinantur vti sua libertate, & de-
gant solitarij atq; singulares, & sine coniugis cōsortio. Qui vero frustra

tentatis remedijs vincere non possent carnis rebellionem: permittantur etiam post sui ordinationem ducere vxorē, cum qua caste viuant: & quā habeant in remedium suæ infirmitatis, non ad voluptatem. Esset enim hoc multo conducentius: modo is qui continere non valens & vxorio se vinculo alligans, imbecillitatem illā carnis, bonorū operum studio (vt eleemosynis in pauperes: & orationibus) sedulo cōpensaret. Satius igitur esset: primorū ecclesiæ præsidū decreto, illā cōmutationē continētiæ
2 sacerdotalis in coniugiū, posthac cōstitui. ¶ Respōsio. Hæ sunt suasiūculę, quibus Erasmus Roterodamus in epistola sua apologetica, de interdicto esu carniū & similibus hominū cōstitutionibus disserente: annititur dissuadere vsū legis de cōtinētia sacerdotali, admonereq; (vt ait) proceres ecclesiasticos: vt perspicerent, cōducibiliusne esset illā deinceps cōiugio in ministris ecclesię cōmutari. Sed vtinā ipse splēdorē eloquētię, latiniq; sermonis elegantiā (qua non mediocriter valet) adhibuisset ad aliud quippiam honestius, Christianæq; pietati congruentius, suadendum. Plus sane & honoris sibi, & vtilitatis alijs: attulisset. Verū non difficile fuerit & huic occurrere ratiunculæ, ex ijs: quæ ad verba Panormitani in eundem tendentia scopū, prius sunt adducta. Et primū quidem ingenue fatendū est, episcopos ipsos diligenti indagine inuestigare debere: sint ne illi qui ordinandos se offerunt, idonei illi muneri exercēdo. an scilicet ea sit illis vitæ probitas, morūq; maturitas & doctrinæ sufficientia: quæ secundum canonicas sanctiones exposcitur in ijs qui ad ecclesiastici ministerij gradum sunt prouehendi. Quod si adamussim (vt deberent) factitarent pontifices: non tanta esset sacerdotū in quauis regione copia atq; numerositas, quanta nunc cū summo ecclesiæ ordinisq;
3 sacerdotalis ludibrio vbiq; conspicitur. ¶ Porro admittamus illi, paucos esse sacerdotes qui caste viuant, & grauia enasci atq; emergere incōmoda in ecclesia dei ex sacerdotū incontinentiū probro atq; infamia: nūquid tamen idcirco probe confecerit aperiendam esse fenestrā connubio ministrorū ecclesiasticorū? vnde tetra labes pluriū malorum: atraq; lues grauiorū criminum inferretur ecclesiæ. Nonne satius est sinere & ad tēpus sustinere, q; crescat superseminatum zizania, incolumi manente tritico: q̄ ipso bono semine eradicato, nouū inserere semen agro dominico, quod forte in zizania verteretur: aut cū quo maior zizaniorū succresceret copia, quæ nouū illud semen prorsus suffocaret? Ita sane honestati rei ecclesiasticæ magis congruit, vt per astrictos legi continentiæ diuina peragantur mysteria (q̄uis multi ex eis probrosam agant vitam) q̄ per implicatos vinculo connubiali: & rei vxoriæ solicitudine distractos ad ea quæ sunt mūdi. Nēpe definita ex ecclesiastico præscripto cōtinentiæ regula, a ministris altaris tenēda: ex ipsa ecclesiæ ordinatione, in addictis eius ministerio effulget & resplēdet continentiæ puritas, maxime decens illud quod obeunt munus: & dignitatem illius cui ministrant.

Erasm9 Roterodamus

Cap. 27. huius libri.

Continētiā sacerdotum q̄ coniugiū: ecclesiā magis decere.

Ex prolapsione vero ab illa continentiæ disciplina maxime rationabili: prouenit in nonnullis ecclesiæ ministris (sola tamen illorum culpa: & præter ipsius ecclesiæ propositum) impudicitia, impuritasq; & carnaliũ sordium colluuies. Q. si ex ipsa ecclesiæ determinatione, coniugalibus obstricti vinculis admitterentur ad exercendum sacri altaris officium: tunc ex ipso ecclesiasticorum patrũ decreto permitterentur fœdere nuptiali deuinctis ministeria sacri altaris. quæ tamen ob augustam illius cui impenduntur maiestatem & purissimam syncæritatem, altiora sunt & lõge digniora: q̃ vt a coniunctis thoro connubiali debeãt adimpleri.

¶ Sed dicet hic quispiã. Si continere iubentur sacerdotes & ministri altaris, vt munde suum exerceant officium: nunquid vita coniugalis, immunditia est? Cui interrogationi respõdet argute Augustinus in quæstionibus vtriusq; testamenti (quemadmodum ex eo supra est adductũ) q̃ ea vitæ conditio rite obseruata secundum matrimonij leges, etsi nobis hominibus munda sit: dei tamen ministerio comparata, non est mũda. sicut lucerna secundum se accepta, lucida est: sed in comparatione solis, tenebrosa. Et hanc immunditiam ex comparatione sumptam declarat scriptura per Achimelech dicentem ad Dauid. Si mundi sunt pueri a mulieribus: manducent. panes scililet propositionis: ab eo postulatos. Quẽ locũ Hieronymus super Ecclesiastem & in Hebraicis quæstionibus: exponit de vxoribus. Idem etiam in primo libro cõtra Iouinianũ ait. Panes propositionis, quasi corpus CHRISTI, de vxorũ cubilibus consurgentes edere non poterant. Contẽplandum est ergo quod dixerit Achimelech: si mundi sunt pueri ab vxoribus, q̃ ad munditiam corporis CHRISTI: omnis coitus immũdus est. hęc Hieronymus ibidẽ.

Augustinus

1. regũ. 21.

Hieronymus.

¶ Q. uis igitur id aduersarijs tribuatur, q̃ minores tunc libidinũ obscœnitates deprehenderẽtur in viris ecclesiasticis, qui coniugium cum altaris ministerio sortirẽtur: q̃ nunc comperiantur, vbi interdicta sunt sacerdotibus coniugia (quod tamen non vsquequaq; certũ est cuiq̃: quemadmodum ex responsione ad dicta Panormitani, satis cõstat) obscurior nihilo minus esset ecclesiæ in suis ministris decor: ex regula ecclesiastica prodiens, inferior itidem foret eiusdem splendor & fulgor, ex ipsius institutis emicans: quando coniugio obuincti asciscerentur ad diuini altaris obsequium. q̃ nunc emicet atq; eluceat: vbi ex ipsa sanctione publica soli continentes recipiuntur ad illud officium. Quæ autẽ per se existũt, & ex ipsa ordinatione proueniunt: potius attendenda sunt, q̃ quæ accidentario & præter intentionem contingunt. Et certe haud dissimili modo, vbi ex relaxatione diuini præcepti (quæ tamen nunq̃ est futura: nec fuit vnquã) indulgerentur hominibus furta & fornicationes impune & absque noxa in deum: minusq; tunc videretur in republica Christiana sequi incommodum ex huiusmodi indulgentia, q̃ nunc eueniat, cum præcepto diuino prohibita sunt furta & prostibula. Haud tamen id- 4

Cap. 27.

circo cẽsuerit recte quispiam, potius abrogãda esse illa dei gemina præcepta, furtum & fornicationẽ vetantia: ne fiant tãtæ exorbitationes atq; discessiones a diuina lege. q̃ illis dei mandatis in sua incolumitate persistẽtibus, inundẽt super terram furta, rapinæ, sacrilegia, fornicationes & immunditiæ: quibus duo illa mãdata multifariã violãtur. Nunq̃ enim ob multitudinẽ præuaricantiũ regulã iustitiæ, tollenda est lex aliqua,
5 vtilis reipublicæ: & rectæ rationis iudicio sancita. ¶Satius est igitur, rerũq; diuinarũ sublimitati atq; præcelsæ dignitati congruentius: eam constitutionẽ laudatissimã de continentia sacerdotũ, persistere in sua integritate, incolumemq; in dei ecclesia conseruari. q̃ ea abrogata, ianuam etiam publico ecclesiæ decreto aperiri: qua cõiugalibus implicati vinculis asciscãtur ad sacrosanctorũ mysteriorũ contrectationem. Quoniam aperta huiusmodi fenestra: totius ecclesiastici ordinis status, decolor supra modũ appareret, & fœda informitate cõspurcatus. ¶Neq; idipsum quod prędicto in loco proponit Erasmus de cõmutanda in coniugium sacerdotalis continentiæ lege: conuincũt duo illa exẽpla humanarũ constitutionũ in alias cõmutatarum. quæ inibi adducit. vtpote vigiliarum nocturnarũ, in ieiuniũ diurnum permutatarũ: & refectionis vespertinæ in diebus ieiuniorum quondã fieri solitæ, deinde vero in refectionẽ meridianam traductæ. Quippe q̃ priscæ illæ excubiæ pernoctationesq; in orationibus ad sepulchra sanctorũ martyrũ, commutatæ sint in ieiuniũ diurnũ præcedens diem festũ: magnopere cõmendandũ est. quoniã per huiusmodi cõmutationẽ: succisa est multis malis, authore satana sub tenebrarũ vmbraculo velamineq; perpetrari consuetis, materia. & vnum opus bonũ, in alterũ æqualis bonitatis aut maioris est permutatũ: vtpote vigilia nocturna in ieiuniũ diurnũ. Similiter in die ieiunij, sumptio cibi in vesperũ differri solita, & nũc in meridianam horã translata. mirũ in modũ confert humanæ fragilitati. quæ interdũ tam longã ferre non posset inediã: nisi cũ graui suæ incolumitatis iactura. Quocirca & hic, vnũ bonũ, in alterũ aut æquali aut superiore effulgẽs bonitate: cõmutatũ esse perpenditur. At vero non ita se res haberet: quãdo cõtinentia sacerdotũ in cõiugium cõmutaretur. Nam illic maius bonum excellentioreq; in gradu constitutũ: permutaretur in alterũ longe inferius, demissioreq; subsidens loco, continẽtia scilicet in cõiugiũ. & non sine ingenti ipsius ecclesiastici status decoloratione: qui tunc ministros nõ haberet ea prędítos puritate & mũditia, quę tam sublime decet & pręclarum
6 ministeriũ. ¶Demũ vt nostram tandẽ post aliorum enarrata placita aperiamus sententiam, ipsam sacerdotũ continentiã vsqueadeo censemus esse accommodam & congruam pulchritudini ac dignitati gradus ecclesiastici: vt vbi non fuisset illa prioribus seculis cõstituta, legeq; obligatoria definita, decerneremus eam publica ecclesiæ & præsidum eius authoritate ex integro constitui debere, positaq; lege sanciri. vt eo

Dei præcepta, ob multitudinem violantium ea: non esse tollenda.

Quare vigiliæ festorũ: i ieiunia sunt commutatæ.

pacto, ipſe deus qui ſanctus eſt ſanctorum: a ſanctis etiam miniſtris ſyncære colatur. & ſacratiſſima diuini altaris myſteria, puritatis atq; munditiæ pleniſſima: puris etiam manibus mundoq; & corde & corpore, cū reuerentia debita contrectentur.

¶Non recte cælibatum ab Eraſmo deprimi, vitioq; dari, in quodam alio ſcriptorum ſuorum loco: & ibidem matrimonium impenſius æquo immoderateq; laudari. Cap. XXXI.

HAnc tamen ſententiam noſtram modo explicatā, non approbaret (quantū coniectamus) præcedente in capite citatus Eraſmus: qui in alio quoq; ſcriptorum ſuorum loco, cui titulus eſt. Declamatio in genere ſuaſorio de laude matrimonij: Eraſmi Roterodami. inter cætera ait. Mihi ſane videtur non peſſime conſulturus rebus ac moribus hominū: qui ſacerdotibus quoq; ac monachis (ſi res ita ferat) ius indulgeat coniugij. In quibus quidem verbis non modo ſacris eccleſię miniſtris, ſed & monaſticā profeſſis vitam, & in ea profeſſione voto caſtitatis indiſſolubiliter obſtrictis: cenſet eſſe indulgendam facultatem ducendi vxores. eaq; ratione iudicat recte proſpectū iri rebus humanis: ſi continentia ſacerdotalis atq; monachica deo conſecrata, pesſundetur, conculcetur, violetur: atq; in coniugalem ſocietatem cōmutetur. Verum non opus eſt hic noua verborū iſtorum confutatione. quoniam quæ in toto hoc libro hactenus ſunt pertractata: ſatis ſuperq; conuellunt id Eraſmi dictum. demonſtrantq; nec poſſe nec debere: continentiam ſacerdotalem in coniugale fœdus permutari. De continentia vero monachorum, idem prorſus ferendum eſt iudicium: ipſam ſcilicet nullatenus ſolui poſſe & coniugio cōmutari, vt quæ ſolēni voto etiam aperto viuaq; voce prolato, ſit deo dedicata. Quod ſane iiſdem aut potioribus rationibus promptum eſſet oſtendere: vt de ſacerdotali continentia ſupra eſt monſtratum, ſi præſens locus: illius materiæ determinationem efflagitaret. cum in hanc ſententiam conueniant omnes: monachos cœnobiticam profeſſos inſtitutionem, eodem prorſus aut arctiore vinculo conſtringi ad ſeruandam continentiæ integritatem: quo ſacri altaris miniſtri. & ergo tam his q̄ illis: nunquam indulgendum eſſe ius matrimonij. ne quod ſemel deo conſecratum eſt: in alios vſus applicetur.

Eraſm9 Roterodamus

¶Idem quoque Roterodamus in prædicta declamatione encomioque matrimonij: cælibatum vſqueadeo extenuat & deijcit humi, vt ipſum in numero malorum humanoque generi noxiorum prope modum reponat. E diuerſo vero ſic immodice ibidem collaudat matrimonium: vt illud non adæquet cælibatui cum Iouiniano, per beatum Hieronymum ſuper ea propoſitione acerrime confutato: ſed & longe ipſum præferat continentiæ, multoque altiore dignitatis gradu idem reponat: q̄ cælibatum. Quod ex ipſius dictis eo in loco conſcriptis: dilucidum

Iouinianus Hieronymus.

protinus euadet. Siquidem eum, cui declamatoriam illam orationem scribit, paulo post ipsius principium compellans: ait. Tu tamen vel me authore mentem istam mutabis: & cælibatu relicto, sterili ac parum humano vitæ instituto: sanctissimo coniugio indulgebis. Quid matrimonio honestius, quid sanctius: quid eo laudabilius? Quid inconsideratius, quid ingratius, quid inhumanius: q̄ eo non vti, per quod a maioribus producti sumus & subsistimus? hæc ille. Quæ si vera essent: damnabile vitæ institutum foret cælibatus, & matrimonium sanctius esset virginitate. Rursum nonnullis interiectis: inibi subiungit, de matrimonij lege loquens. Naturæ hæc lex est, non in tabulis æreis exarata: sed animis nostris penitus insita. cui qui non paret: nec homo quidem existimandus sit, nedum bonus ciuis. Turpissimum autem videtur, muta pecora naturæ parere legibus: homines gigantum more, naturæ bellum indicere. Apparet igitur, qui coniugij amore non tangitur: eum nō hominem sed saxum videri, hostem naturæ, numini rebellem, suapte natura sibi perniciem accersere. Hæc ille: & alia permulta in eādem consequentia sententiam. Quæ omnia, vt ab homine Christiano sacras professo literas & religioni monasticæ addicto dicantur: prorsus sunt indigna. Ab ethnico potius aut Epicuræo aliquo, nihil nisi præsentem hanc & mortalem vitam metiente, & animam cum corpore interituram putante: illa potius proferenda forent. Sed vt Christianum conueniā Christianus, & sacrarum literarum exempla depromam: nunquid Ioannes Baptista: quo inter natos mulierum non surrexit maior, Ioannes item euangelista: dilectus CHRISTO discipulus, & beatus Paulus virgineo etiam candore cōspicuus: homines non fuerunt, aut boni reipublicæ Christianæ ciues? an ijdem & innumeri alij (quos silentio prætereo) naturæ bellum indixerunt: quia nuptiarum expertes hanc transegerūt vitam? Certe non ipsi naturæ, sed concupiscentijs prauis ex naturæ corruptione insurgentibus indixerunt bellum: repugnantes carni & sanguini, ad mala propensis. Quis præterea Christianæ pietatis amator, adeo desipiat: vt eosdem & cæteros cęlibatus perpetui obseruatores, dicat non homines sed saxa videri debere? illos etiam hostes fuisse naturæ pronunciet, deoq́ rebelles: & sua stultitia perniciem sibi accersisse? Hæc certe impia sunt: & prorsus execranda. ¶ Rursum post aliqua interiecta subijcit. Nunc is est rerum ac temporum status, vt nusquam reperias minus inquinatam morū integritatem: q̄ apud cōiugatos. Quod an verum sit, nescio: deus scit. Neq́ ipse qui id asserit: compertum illud certo potest habere. neq́ debuit illud asseuerare: in aliorum vitæ generum sugillationem & contumeliam. Sed quantum extollat ipsum coniugij statum vltra omnia alia vitæ instituta, cælibatum obseruantia: cōsequenter audiamus. Exaggerent quantumlibet suum institutum, monachorum ac virginum examina: iactent quantum volent, cærimonias

Nimia matrimonij laus: & cęlibatus depressio.

Continētiæ vituperatio: nō tolleranda.

Matth. 11.

" cultusque suos, quibus potissimum inter cæteros eminent. sanctissimũ
" vitæ genus est: pure casteque seruatum coniugium. hæc ille. At si sanctissimum vitæ genus est coniugium, secundum affirmatiuam superlationis significationẽ: omni alio genere vitæ sanctius est. quare & vidualem castitatem & virginalem puritatem: sanctitate superexcedit. Sin vero secundum negatiuam superlationis rationem, sanctissimum vitæ genus sit matrimonium: nullum aliud vitæ genus eo est sanctius. Et ita nec vidualis continentia nec candor virginalis: coniugali statui est præferendus. Vtrunq; autem horum: Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Gregorio, & omnium sanctorum patrum sententiæ aduersatur. Q᷑ si diffugium quęrens Erasmus dicat ibidem, nomen sanctissimum: solum nominis positiui vim habere, & perinde significare atq; valde sanctum. cur igitur in præcedente oratione, alia vitæ genera, vt monachorum & virginum commemorat: nisi vt ea coniugio conferat, & inferiore gradu q̃ illud, collocata insinuet? Certe contextus ipse sermonis: collationem quandam & comparationem coniugij ad alia vitæ instituta, plane indicat. ¶ Deinde vt perniciosum esse cælibatũ hominibus persuadeat: subiungit Erasmus. Eamus nunc & cælibatum miremur: qui æternam sit 4
" generi nostro cladem illaturus. Quæ pestis aut lues: a superis aut inferis immitti possit nocentior? Quid ab vllo diluuio timeri possit acerbius? Quid tristius expectetur: etiã si Phaetontæum redeat incendiũ?
" At ex huiusmodi tempestatibus: multa relinqui solẽt incolumia. ex cælibatu: nihil reliqui fieri potest. hæc ille. Quæ omnia etsi veritatem haberẽt, vbi omnes & singuli homines in vniuersum deuouerẽt se cęlibatui, coniugiũq; recusarent. quod sane nec cõtigit vnq̃: neq; vllo futuro huius vitæ seculo continget. secundũ præsentẽ tamen rerũ cõditionem, si vnus aut alter cælibatũ profitetur, cæteris connubialia contrahẽtibus fœdera: non sunt formidanda ea generis humani detrimenta, quæ multa verborũ exaggeratione metuenda describit. Neq; timendũ fuit Erasmo, ne ad exemplũ illius cui elaborauit illã matrimonij cõmendationẽ: si cõtinentiam fuisset professus, reliqui etiã omnes viri quos totus continet orbis, pariter cælibatum profiterentur. quoniam diuisiones gratiarũ sunt: & multiformes diuinorũ munerũ distributiones in homines. Hi enim gratiã accipiunt seruandæ cõtinentię: illi nequaq̃, sed casti cõiugij subeũdi. Hi præterea a deo vocantur ad illibatum virginitatis candorem: alij vero minime, sed ad humani generis in matrimonio propagationem. quæ ad consummationẽ vsq; seculi: semper est duratura. ¶ Quocirca non sancte nec pie de cælibatu loquitur Erasmus: cũ ad eundẽ cui prædictum 5
" nũcupat opusculũ, verba faciens, inter cætera ait. Cæteri puritati studuisse videbũtur: tu generis tui parricida iudicaberis. quod cũ honesto coniugio propagare potueris: turpi cęlibatu passus sis interire. hæc ibi. Neq; enim turpis denominari debet cęlibatus: sed honestus & sanctus.

Immoderata coniugij vltra omnẽ aliũ statum extollentia.

Cælibatum non inferre perniciẽ humano generi.

1. corin. 12.

1. corin. 7.

Neq; altiſonus domini præco Ioānes Baptiſta,ſui fuit generis parricida: q̄uis vnicus parētibus ſuis,ſtirpem eorū non propagauerit. Nō recte itidē nec probe ea effert verba:quæ de ſorore illius(cui id ſcribit opuſculū)vnica,& cū ſolo eo fratre,ſuperſtite,in monaſterio virginitatē profeſſa:loquēs,ſubiūgit. Detur hæc venia ſexui:detur ætati. Puella dolore victa,peccauit.ſtultarū muliercularum aut ſtultorū monachorū impulſu: ſeſe præcipitē dedit.hæc ibi. Vbi peccaſſe eā dicit, quæ cælibatū in monaſterio eſt amplexata:quaſi ea cōtinentiæ profeſſio ſit peccatū. Si enim peccant, qui cælibatui in cœnobio aut alio vitæ genere ſe deuouent:cōſequens eſt,cælibatū eſſe peccatū. Sed quid magis impiū aut deteſtabile:poſſet proferri? Omitto præterea,q̄ hoc in loco de tenellis virginibus interdū dei vocatione ad monaſterij arctitudinem ſe cōferētibus nō ſatis cōſulte fert iudiciū: cum eas ſubinſinuat ſtultorū virorū aut mulierū impulſu ſubire ſolitas cœnobij clauſtra. Quamuis enim illud nōnunquā cōtingeret:non debuit tamen de vnica illa loquēs hanc proferre ſentētiam,niſi certo ea res ſibi cōſtitiſſet. Et vbi exploratū id habuiſſet,illā vano aliorū ſuaſu,monaſterio ſe addixiſſe:hoc ipſum tamen non debuit ſcripto per totū orbē diuulgare, in monaſtici ſtatus iniuriā,atq; in illius virgunculæ infamiā:quæ hac via omnibus innoteſcat. ¶Itaq; his omnibus pēſiculatius attētis:locū in Eraſmo id habere videtur, ſed diuerſa penitus & oppoſita ratione:quod de ſacro patre Hieronymo in eodē loco ita ſcribit. Hieronymus adeo miratur virginitatē:vt nō multū abſit a cōtumelia matrimonij,& ab epiſcopis orthodoxis ad palynodiā inuitaretur. Sic enim non iniuria dixerit hic quiſpiā. Eraſmus adeo miratur matrimoniū:vt nō multū,immo nihil abſit a cōtumelia cęlibatus, & a fratribus Chriſtianis ad palynodiā iure inuitari debeat. Siquidem prętermiſſa mediocritate, virtuti amica:ad duo extrema vitijs proxima declinaſſe cenſetur. cū plus ęquo atq; immoderatius q̄ par ſit,matrimoniū laudat,cū etiā minus iuſto cōmēdat cælibatū: immo plane dānat & improbat. Debuiſſet enim ſic probaſſe cōiugiū,vt priores cęlibatui partes dignitatis relinqueret:ingenueq; fateri, cęlibatū nuptijs pręferendū.

> De ſubeūtibus monaſteriū: recte iudicādum eſſe.

¶Cælibatum in ſacris literis multifariam commendari:& ſtimulos libidinum non a natura condita ſed a peccato primorū parentum proceſſiſſe,contra Eraſmi placitum. Cap. XXXII.

PRæterea in cælibatus inſectationem & extenuationē: nōnulla alia in eodem Eraſmi opuſculo legūtur: neutiq; vero cohærentia,cenſuramq; & limam expoſcētia. Quale eſt illud:quod poſt teſtimonia ſcripturę ſanctæ de matrimonio citata,ſubijcit. Quid ſimile vſquam de cælibatu legis in arcanis literis? honorandum connubium & thorus immaculatus prædicatur:cælibatus ne nominatur quidē. Q? ſi lex dānat ſterile matrimoniū:cælibes multo amplius. hæc ibi.

> Hebræ. 13

¶Verum ipsi respondendũ est: multa admodũ præclara, in sacris lite-
Sapi.3. ris de cælibatu prædicari. Vt apud Salomonem in libro Sapientiæ. vbi ait. Fœlix est sterilis & incoinquinata: quæ nesciuit thorũ in delicto: habebit fructũ in respectione animarũ sanctarũ. Et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem: nec cogitauit aduersus deũ nequissima. Dabitur enim illi, fidei donũ electũ: & sors in templo dei acceptis-
Esa.56 sima. Et apud Esaiam: virtutis illius ita describitur præmiũ. Et nõ dicat eunuchus: ecce ego lignũ aridum. Quia hæc dicit dominus eunuchis. Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meũ: dabo eis in domo mea & in muris meis locũ, & nomen melius a filijs & filiabus. nomen sempiternũ dabo eis: quod nõ peribit. Quomodo igitur cælibes dãnantur in veteri lege: cũ illis prophetico ora-
Damascenus. culo tam ampla promittuntur præmia? Certæ Damascenus libri quarti de fide orthodoxa, capite vicesimo quinto, vbi de virginitate disserit: perpetuo cælibatu preclaros nominat Heliã, & Heliseũ illius asseclam.
Daniel.3 tres itidem pueros Hebræos, in fornace Babylonica illęsos: & Danielẽ
Ignatius. prophetã. Sanctus vero Ignatius in quinta suarũ epistolarum: quæ est ad Philadelphiẽses ex Troia, inter veteris testamẽti virgines: enumerat etiam ipsum Melchisedech, & Iosue, & Hieremiã prophetã. Nõ igitur tunc cælibatus damnabatur. In eodẽ quoq; loco, modo citato: venera-
Deute.25 bilis pater Damascenus declarat eã propositionẽ. Maledictus qui non reliquerit semen in Israel, non esse intelligendã de semine secundũ carnẽ, vt nonnulli perperã intelligebãt: cũ id non sit interdum in potestate hominis cõstitutũ. sed de semine spirituali & fructu bonorũ operũ: quæ nostri dicũtur filij. ¶Ad hæc, nõne & dominus noster apud Matthęũ
Matth.19 eunuchos cõmemorat: qui se ipsos castrauerũt propter regnũ dei? Et de illis dicit. Non omnes capiũt verbũ istud: sed quibus datũ est. Qui potest capere: capiat. Vbi manifeste cælibatus innuitur. Neq; hic admittẽda est ea loci supra dicti interpretatio: quam assignat in citato opusculo Erasmus, hoc pacto. Praeterea nõ is sese castrat, qui viuit cælebs: sed qui caste, sancteq; colit cõiugij munus. Illa siquidẽ expositio: & literæ euãgelicæ, & sanctorũ omniũ qui eũ interpretati sunt locũ, sententiæ repugnat. ¶Insuper beatus Paulus in prima ad Corinthios epistola multiplicẽ depromit virginitatis cõmẽdationẽ: quã haud dissimulãter & nu-
1.corin.7 ptijs præfert. Qui sine vxore est (inquit) solicitus est quæ domini sunt, quo modo placeat deo. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt: vt sit sancta corpore & spiritu. Rursum in eodẽ loco subnectit apostolus. Qui matrimonio iungit virginẽ suã, bene facit: & qui non iũgit, melius facit. Quo vno verbo manifeste Paulus cælibatũ & cõtinentiam præponit nuptijs: & omnia hęc Erasmi machinamẽta (quę in hoc cõcinnauit opusculo: ad præferẽdũ cęlibatui matrimoniũ) penitus euertit. vt ad cõfutationẽ Erasmici moliminis: illa vnica Pauli propositio sufficiat.

Demum beatus Ioannes apoſtolus in ſua apocalypſi: præconia virginum & cæleſtia præmia deſcribit, dicēs de illis. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Hi ſequūtur agnum quocunqȝ ierit: & ſine macula ſunt ante thronum dei. Qua igitur ratione verū eſt id Eraſmi verbū: quo aſtruit, de cælibatu nihil memorabile in ſacris literis legi? Et q̄uis nomen illud cælibatus aut cælebs, nuſquā in ſcriptura diuina, quantū ad dictionis ſubſtantiam, inueniatur: ſecundum rem tamen ſignatā, ſæpenumero in eadem inſertum occurrit. Exprimūtur enim in ſacra pagina, alia nomina: vt virgo, cōtinens, & ſimilia: tantundem atqȝ cælebs & cælibatus, deſignātia. Hic autē non de nominibus, ſed rebus: quæſtio agitur. ¶ Deinceps ſubnectit Eraſmus & aliud nō penitus probādum: cū ait. Si merito velut adagionis vice vbiqȝ decātatum eſt, neqȝ deum neqȝ naturā quicq̄ fruſtra facere: cur hæc mēbra tribuit? cur hos ſtimulos, hāc gignēdi vim addidit: ſi cælibatus laudi ducitur? hæc ibi. Ecce totis contendit neruis id conficere: ꝙ non ſit laudandus cælibatus. Sed huic quæſtioni ea ſufficit reſponſio: quæ de mēbris procreandæ ſoboli deputatis, ſupra eſt adhibita. ea ſcilicet membra, vimqȝ generatiuam & ſtimulos datos: vt in iis qui cælibatum vltro amplectūtur, hæc tria coerceātur ab vſu libidinis, & percipiendæ ob caſtitatem mercedis materiā præſtent. Alioqui cum omnibus hominibus hæc aſſint a natura: oporteret eadē ratiocinatione omnes & ſingulos tā viros q̄ mulieres, nuptias contrahere, ne quid ocioſum in eis deus & natura feciſſet. Sed quid (oro) eo dicto ineptius aut abſurdius: dari queat? Quid vero de ſtimulis ipſis carnis, ſentiat Eraſmus ibidem: non eſt hic reticēdum, neqȝ ſine examine prætereundū. Continuo enim ſupra dictis annectit. Nec audio qui mihi dicat, fœdam illam pruriginem & veneris ſtimulos: non a natura ſed peccato profectam. Quid tam diſſimile veri? Quaſi vero matrimoniū, cuius munus ſine his ſtimulis peragi nequit: nō culpam præceſſerit. Iam in cæteris animātibus vnde hi ſtimuli? an a natura: an a peccato? Mirum: ni a natura. Poſtremo nos imaginatione fœdum reddimus: quod ſuapte natura pulchrū & ſanctum eſt. Alioqui ſi res non opinione vulgi, ſed ipſa natura velimus expendere: qui minus fœdum eſt, brutorum animantium more edere, bibere, concoquere, excernere, dormire: q̄ licita permiſſaqȝ venere vti? hæc ille. ¶ Verum quod Eraſmus hic diſſimile vero eſſe affirmat: ſtimulos ſcilicet veneris, non a natura recte inſtituta, ſed ex peccato eſſe profectos: maxime vero ſimile eſſe & cōforme, ex ſacræ ſcripturæ cōtextu cōuincere, non fuerit operoſum. Enimuero ante præuaricationem diuini mandati erant (teſte ſcriptura) Adam & Eua nudi: & non erubeſcebant. Cū primum vero, mādatum illud ſunt trāſgreſſi: conſuerunt ſibi perizomata, & ſuam erubeſcētes nuditatem delituerūt, & abſconderunt ſe a facie domini. Sed cur ſuam nō erubuerūt nuditatem ante peccatū: quā vtiqȝ cognouerūt. poſt

Apoca. 14

Cap. 27 huius libri.

Quid vis generatiua cōtinētibus conducit.

Gene. 2.

Quarepost lapsum: primi parētes erubuerunt suam nuditatem.

lapsum vero: tāto studio obtegere illā sunt moliti? Ea sane est ratio quā
assignāt omnes sacri expositores: quoniā ante præuaricationem nullus
erat in primis parētibus illicitus carnis in spiritum motus quē erube-
scerent, ob iustitiæ originalis præsidium quo erant muniti. quare nulli
tūc aderant illis, stimuli carnis. At vero post prolapsionē, quoniam deo
rebelles facti sunt: & caro protinus facta est in ipsis spiritui rebellis, iam
destitutis iustitiæ originalis munimēto. Et huiusmodi rebellionem tū
primum sentientes: studuerunt suā adoperire nuditatem, & rebellia ra-
tioni mēbra solicite cōtegere. Quare solūmodo post huiusmodi lapsum:
oborti sunt in iisdē hi veneris stimuli, & hæ fœdæ prurigines. ¶ Quod 5
& ex decimo septimo capite decimiquarti libri de ciuitate dei: promptū
Augustin⁹. erit cognoscere. vbi beatus Augustinus hāc pertractās materiam, dictā
comprobat sententiā. Ait enim in capitis illius principio: loquens de li-
bidine carnis ad concubitum. Merito, huius libidinis maxime pudet.
merito & ipsa membra, quæ suo quodam (vt ita dixerim) iure non om-
nimodo ad arbitrium nostrum mouent, aut non mouent: pudenda di-
cuntur, quod ante hominis peccatum non fuerūt. Nam sicut scriptum
Gene. 2. est: nudi erant & non confundebantur. non ꝙ eis sua nuditas esset inco-
gnita: sed turpis nuditas nondum erat, quia nondum libido membra
illa præter arbitrium commouebat. nondum ad hominis inobedien-
tiam redarguendam: sua inobedientia, caro quodam modo testimoniū
Ibidem. perhibebat. Neque enim cæci creati erant: vt imperitum vulgus opina-
tur. quandoquidem & ille vidit animalia quibus nomina imposuit. &
Gene. 3. de illa legitur. vidit mulier quia bonum est lignū in escam: & quia pla-
cet oculis ad videndum. Patebant ergo oculi eorū: sed ad hoc non erant
aperti, hoc est non attenti: vt cognoscerent quid eis indumento gratiæ
præstaretur, quando membra eorum voluntati repugnare nesciebant.
Qua gratia remota, vt pœna reciproca, inobedientia plecteretur: extitit
in motu corporis quædam impudens nouitas, vnde esset indecens nu-
ditas: & fecit attentos reddiditque confusos. hæc Augustinus ibidem.
Ex quibus verbis & reliquis per totum illud caput decimumseptimum
subsequentibus: aperte constat, stimulos carnis, a peccato protoplasto-
rum exortos esse: & non a prima eorum conditione, natura inditos. Li-
quet etiam plane ex eodem loco: stimulos illos libidinis post inobedien
tiam primorum parentum, tanquam illius pœnam insurrexisse in car-
ne contra spiritum: & ante nequaquam perceptos fuisse. Quod euidens
est argumentum, illos concupiscentiæ carnalis aculeos ex præuaricatio-
ne Adæ & Euæ suum habuisse exordium: & non ex primaria eorun-
dem formatione. Ex quo quidem asserto, prorsus conuellitur id Eras-
mi placitum: quo contendit stimulos illos natura nobis insitos esse, & nō
ex peccato primorum parentum. Quæ sane sentētia: & sacris literis &
sanctis doctoribus iam ostensa est esse contraria.

¶Non idem ferendum esse iudicium de stimulis libidinum in hominibus : & brutis animantibus. atque ex naturali erubescentia, studioqꝫ contegendi membra pudenda: argumentum sumi, illos in nobis esse a peccato. Cap. XXXIII.

1 NEque his in præcedente dictis capite obuiat: quod in verbis suis postremo loco supra citatis, de matrimonio ante peccatum instituto obiectat Erasmus. Nempe in statu innocētiæ, vsus matrimonij fuisset sine huiusmodi stimulis & ardore libidinis : eo quo dominus nouit & ordinasset modo. Et q̃diu perstitissent in rectitudine ipsis indita protoplasti: adinuicem cōuenissent (vt est authorū omnium sentētia) sine pruritu carnis atqꝫ feruore libidinoso. Postquā vero gratia illa primæ innocētiæ exciderunt, ob rebellem iam spiritui factā carnē: non fuit vsus coniugalis sine huiusmodi stimulis , quoniā iam ex peccato illo primo inualuerant in homines. ¶Quod etiā deinceps de brutis affert animantibus: non cōficit idipsum quod hic proponit Erasmus. Nam animalia rationis expertia: a prima sua (quam in principio acceperunt) conditione non exciderunt. Ideoqꝫ quamcunqꝫ nunc sortiti sunt proprietatem: eandem in primo rerum exortu susceperūt, & hactenus semper tenuerūt. Adde ꝙ eadem, nullam habēt vim appetitiuā, sensitiuo & irrationali appetitu superiorem: a quo potissimum surgunt hi libidinum aculei. parteqꝫ rationali prorsus sunt destituta: quæ huiusmodi stimulos coerceat suæqꝫ legi subijciat. Proinde a natura in illis enascū tur stimuli venerei: & non a peccato. Quomodo enim a peccato in illis proficiscerentur: in quibus peccatum habere locum nequit, ꝙ desit eis voluntas rationalis? At in hominibus secus se habet res , quorum primi parentes prolapsi sunt a rectitudine suæ primæ cōditionis : & hanc prolapsionem in totā transmiserūt posteritatem, per originalis peccati transfusionem atqꝫ traductionem. a quo potissimum oriūtur hæ carnis prurigines, spiritui & rectæ rationi (quam vltra vim appetitiuam brutam, cupiditatēqꝫ voluptatū: sunt homines diuino indultu sortiti) rebelles. Idcirco non a natura recte instituta: sed a peccato protoplastorum vt
2 primo authore, habent hi stimuli suum exortum. ¶Quod vero subiungit Erasmus in verbis suis ante adductis, nos imaginatione fœdum reddere: quod natura pulchrū & sanctū est. minime debet recipi a viro Christiano. Nā castas aures merito offendit id verbū: quod subindicat, prurigines ipsas carnis & tentigines, suapte natura pulchras & sanctas esse: sed sola imaginatione fœdas. Cur enim impuras illas carnis motiones atqꝫ titillationes, naturali ingenitoqꝫ pudore erubescimus: si suapte natura sanctæ sunt & honestæ? Cur item ea membra in quibus potissimū sentiuntur hęc libidinum incēdia: genuina quadam & ingenua verecūdia studiose obtegimus: & submouemus ab hominū obtutibus? Vnde

Quare in brutis stimuli sunt a natura: & nō in nobis.

Cicero. Cicero in primo libro officiorum, vbi differit de ipso decoro a verecundia: spectante ad temperantiam, ait Scænicorum quidē mos tantam habet veteris disciplinę verecundiā: vt in scenā sine subligaculo prodeat nemo. Verentur enim, ne siquo casu euenerit vt corporis partes quædam aperiantur: aspiciantur non decore. Et paulo post. Retinenda est igitur generis huius verecūdia: pręsertim natura ipsa magistra & duce. hæc ille. Et gymnosophistæ Indorum philosophi, toto reliquo corpore nudi: verenda tantum contecti fuisse describuntur. Cur denique apud omnes etiam barbaras & efferas nationes, apud ethnicos etiam omnes, veræ fidei expertes: hic pudor honestus & probus habitus est, vt membra illa, summa cura & opera contegerentur: si ardores libidinum, in illis potissimum se prodentes, sola imaginatione fœdi essent, & non re ipsa atque natura sua? ¶Sed audiatur insuper & Augustinus: hoc ipsum quod dicimus, in decimiquarti libri de ciuitate dei, capite decimo septimo, his verbis comprobans. Proinde confusi (primi scilicet parentes) inobedientia carnis suæ, tanq̄ teste pœna inobediētiæ suæ: consuerūt folia fici, & fecerūt sibi campestria, id est succinctoria genitalium. Nam quidā interpretes: succinctoria posuerūt. Porro autem campestria, latinū quidē verbum est: sed ex eo dictū, q̄ iuuenes qui nudi exercebantur in cāpo: pudenda operiebāt. Vnde qui ita succincti sunt: campestratos vulgus appellat. Quod itaque aduersus damnatam culpā inobediētiæ, voluntatē libido inobediēter mouebat: verecundia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gentes, quoniā ab illa stirpe procreatæ sunt, vsqueadeo tenēt insitū pudenda velare: vt quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant, sed cū earum tegumētis lauant. Per opacas quoque Indię solitudines cū quidam nudi philosophentur, vnde Gymnosophistę nominātur: adhibent tamen genitalibus tegumenta: quibus per cætera membrorū carent. hæc Augustinus. ¶Demum non simile debet existimari iudiciū de manducatione, potatione, concoctione, excretione, & dormitione: quæ omnia naturæ officia nobis cū brutis sunt cōmunia, & de vsu veneris etiā licitæ, in hoc statu naturæ lapsæ. vt interrogationi super hac re ab Erasmo propositæ: satisfaciamus. Nēpe quinque illę functiones naturales ab ipso dinumeratæ: ad conseruationē cuiusque hominis etiam in statu naturæ institutæ, fuerant necessarię, sicut & nūc sunt. & nihil in eis cōmittitur: quod recta ratio aut erubescat, aut auersetur. In vsu autē veneris, etiam vbi officium cōiugale licite exercetur: prurigines fœdæ & ardores libidinosi efferuēt. qui in naturæ institutæ statu nullatenus insurrexissent: & quos ipsa ratio suaptę natura erubescit, atque interdum ipsa inuita patitur. Hinc (vt in decimiquarti libri de ciuitate dei, capite decimooctauo perhibet Augustinus) actus coniugalis licet honestus & licitus: secretum cubile cōquirit. & quæ omnium se exponunt libidini: ab hominum aspectibus ad exercendā suā turpitudinem

Quare pudēda: ab omnibus summo studio cōtegūtur.

Augustinus

Gymnosophistæ.

Augustin⁹.

ſemotos habẽt locos. Neq; cũ Diogene Cynico(credo)ſentiret Eraſmus: Diogenes Cynicus.
actum coniugalẽ in propatulo & publica via, more brutorũ exerceri debere, aut recte fieri poſſe, eo ꝙ is honeſtus ſit. queãdmodum coram hominibus non erubeſcimus manducare, bibere & dormire: in quibus cũ brutis participamus. Enimuero hæc tria etiã palã facta: neminẽ offendunt. vſum autẽ coniugalẽ etiã licitũ, palam fieri: & ratio & natura ve-
4 tat. ℭ Deinceps obiectioni quæ cõtra ipſum, nuptias perſuadere alteri volentẽ & eũdem a cælibatu deterrere: fieri poſſet, reſpõdẽs paucis Eraſmus, ait. At virtuti potius q̃ naturæ parendũ. Perinde quaſi virtus ſit vlla dicenda: quæ cũ natura pugnet. hæc ibi. ℭ Verũ debuiſſet hic ipſe Virtutẽ cũ natura pugnare: quomodo eſt intelligendum.
diſtinctionem, diſcerniculũq; & diſcrimen ponere inter naturã humanã recte inſtitutã: & inter candem ab illa recta inſtitutione collapſam. Nẽpe virtus, cum natura hominis vti primo condita eſt: non pugnat. cũ ea vero quæ prolapſa eſt: q̃ maxime pugnat, eidemq; penitus aduerſatur. Quippe hæc natura, inſtimulãte peccati fomite a primæua labe cõtracto, & improbis cupiditatibus(ad quas propẽſa eſt)exagitata: alios aſpernari cõculcareq; ſtudet, & primas ſibi ſedes vendicare. iniuriã alijs inferre & illatam vlciſci, aliena itidem rapere, vino ſe ingurgitare & crapulari: carniſq; explere libidinẽ expoſcit. A quibus illicitis ſtudijs, virtutis magiſterio & exercitio eſt coercenda: atq; ad rectæ rationis traducẽda diſciplinam. Hinc dominus noſter in euãgelio, vt hanc naturæ corruptelam emendemus: admonet quẽq; ſeipſum abnegare, animam ſuã Matth.16
in hoc mũdo odire, quinimmo & ſeipſum odio habere. quo affectus im Lucæ.14.
probi nobis inſiti edomentur: & ad rectitudinem ducantur. quod ma-
5 xime virtutis directione aſſiduoq; vſu: conſequi poſſumus. ℭ Rurſum vt exemplo demõſtret propagationem ſuæ ſtirpis eſſe curãdã, ait in eodem opuſculo Eraſmus. Non dubitarũt filiæ Loth cum patre temulen- Gene.19
to rem habere: ſatius eſſe iudicãtes nefario etiam incæſtu generi conſulere, q̃ pati interire. hæc ibi. ℭ Sed minus recte illud infandi cõcubitus proponit exemplum: ſubinſinuãs illas filias eo in opere aut non admiſiſſe peccatum, aut a peccato(ſiquod erat)facile excuſari poſſe: ꝙ id fecerint vt non ſinerent humanũ genus interire. cũ tamen reuera grauiter deliquerint: & excuſationẽ in totũ mereãtur. Scire nãq; debuerunt ſolo naturæ inſtinctu: vetitum eſſe filiarum cũ patre carnale conſortiũ. quod etiã nonnulla bruta: teſte Plinio, exhorruiſſe legũtur. Ita enim in octauo libro naturalis hiſtoriæ, cap. quadrageſimo ſecundo: vbi de natura diſſerit equorum, ait. Alium equum, detracto oculorũ operimento, & Plinius.
cognito cũ matre coitu: petiſſe prerupta, atq; exanimatũ tradunt. Equã eadem ex cauſa, in Reatino agro: laceratũq; pariter aurigã inuenimus. Namq; & cognationis intellectus in his eſt. Itaq; in grege, prioris anni ſorore libentius etiam q̃ matre equa, comitatur. hæc Plinius ibidem. ℭ Sed & beatus Auguſtinus haud obſcure teſtatur, ipſas filias Loth

in eo opere peccasse: cum in vicesimi secundi libri contra Faustum cap. quadragesimo secundo, ait. Nec ideo tamen hoc factũ vel ipsius Loth vel eius filiarum iustificamus: quia significauit aliquid, quod futuram quorundam peruersitatem prænunciaret. Et paulo post: eodem in loco. Proinde illud factum cum in sancta scriptura narratur: prophetia est. cum vero in illorum vita qui hoc commiserunt, consideratur: flagitium est. Rursum idem in proxime sequenti eiusdem libri capite: de ijsdẽ filiabus Loth loquens, ait. Potius quidem nunq̃ esse matres: q̃ sic vti patre, debuerũt. In quibus verbis manifeste sentit: easdẽ peccati eo in facto non fuisse immunes. Q̃ autem habendæ prolis causa, non explendæ libidinis id egerint, ꝙ item Loth ignorans & ebrietate victus filias suas cognouerit: & huius & illarũ extenuat quidẽ diminuitq; crimẽ, vt in eodẽ loco demõstrat Augustinus: nõ tamen penitus excusat illud, nec eos õnino iustificat. Cõfirmat etiã hãc de peccato filiarũ Loth sentẽtiã Nicolaus Lyranus: super locũ illum in Genesi, earũ facinus cõmemorantẽ, hæc edisserens. Credebãt illæ, ꝙ sicut per diluuiũ omnes mortui fuerant, excepto Noe & qui cum eo erant in arca: ita mortui essent omnes generaliter per prædictũ incendiũ. maxime quia audierant a patre, mũdum periturum incendio in futuro: sicut perierat per diluuium de preterito. Et ideo habuerunt piam intentionem: scilicet conseruationẽ generis humani. licet malo modo ad hoc vellent venire, scilicet per incestum cum patre: quod fuit semper illicitum & detestabile. Hæc ille. At cum finem nostræ actioni præstituimus honestũ, ad quem tamen illicito & inhonesto medio tendere satagimus: nõne talis actio vituperanda est? vt si furari volumus: ad dandam egenis eleemosynam. Idcirco debuissent ipsæ filiæ Loth secum etiam animo volutare: non esse facienda mala vt inde eueniant bona. execrandumq; huiusmodi incestum, dedita opera ab ipsis procuratũ, sine deo authore & inscio patre: non esse conueniens mediũ, ad propagationẽ sobolis quærendã. Quare non debuit ab Erasmo hoc exemplum infandi criminis: ad suadendum aliquid honestum, proponi. ¶Postremum eodem in opusculo voluptates illas quæ in vsu cõiugali percipiuntur, proponit Erasmus: ad persuadendum illi ad quẽ scribit, matrimonium. sed verbis propemodum prurientibus & titillãbus: quæ satius est hic supprimere, ne quem offendant, q̃ explicare. In illis tamen illud vnum inter cætera censuram expostulat: ꝙ dicit eũ qui huiusmodi voluptatum genere non capitur, non hominem sed saxum potius esse dicendum. quodq; sine his voluptatibus: nec viri quidẽ vocabulum quis mereatur. Enimuero siquis diuina adiutus gratia continuoq; virtutis exercitio ad eum proueheretur gradum perfectionis: vt huiusmodi voluptatibus nullo pacto caperetur, nec incentiua libidinũ amplius in se perciperet (quod plærisq; sanctorũ indultum fuisse diuino munere: nõ dubitarim) is ob insignem illam castitatem, saxi cognomen-

Augustinus
Idem.
Gene. 19
Nicolaus Lyranus.
Roma. 3.
6

to foret appellandus,& viri nomine esset indignus.quod sane & diuinæ gratiæ,& virtutis honestati: esset omnino contumeliosum. ¶Denique optare se scribit Erasmus : vt isti qui passim sine delectu ad cælibatum & virginitatem adhortantur ætatem,quæ sibi nondũ est nota: hoc operæ collocarent in describenda imagine casti puriq; matrimonij. Contra vero Hieronymus,Augustinus,Ambrosius,& cæteri patres sancti:ad virginitatem complures adhortantur,sed consulte & prudenter.ad matrimonium vero:aut nullos aut paucos.ꝙ ad voluptates carnis plus satis sumus procliues:neq; opus sit ad eas cohortatore, quin potius indigemus bono earum dissuasore. Ego vero(vt tandem quod sentio:libere depromam)optarim libros omnes qui venerem olent:& ad illã,incautos legentiũ animos pestifero verborum veneno concitant(quale est hoc Erasmi opusculũ:de quo loquimur.quales item sunt facetiæ Pogij Florentini: & duo primi libri Laurentij Vallę, de voluptate, fornicationũ & adulteriorum patroni : cælibatumq; in dedicatis deo & monasterio virginibus dãnantes : & nonnulli alij libelli,a Christianis authoribus æditi)flamma & sulphure,vt digni sunt,exustum iri.& id quidem,publico eorũ decreto:ad quos huiusmodi censura pertinet.Si enim secundum beati Pauli sententiam, corrumpunt bonos mores colloquia praua:quæ solis nocent audientibus illa,& coram subsistentibus.quæ etiã cum primum prolata sunt:ocyus euanescũt in tenues auras. quomodo non magis corrumpunt bonos mores praua & lasciua scripta: quæ ad omnes passim transmittuntur etiã procul habitantes,& diutius permanẽt necnõ ad posteritatẽ quoq; transeũt? Qui igitur huiusmodi scripta ad lasciuiam cõcitantia lectores,seuere curauerint penitus extirpari:magnopere consulent omniũ saluti,& gratissimũ deo præstabũt obsequiũ.

Libros ad lasciuiam prouocantes: esse exterminãdos

1.corin.15

¶Quæ in defensionem encomij ipsius matrimonij,ab Erasmo in apologia super hoc ædita proponũtur:minus esse ad illius opusculi permittendam lectionem sufficientia. Cap.XXXIIII.

NEque plene satisfacere mihi videntur ad illius Erasmici opusculi de encomio matrimonij(de quo: in tribus proximis capitibus verba protraxi)approbationem & defensionem: quæ ipse Erasmus in apologia, cõtra obloquentes in illud postea emissa,affert in suiipsius excusationem & expurgationem. ¶Siquidem in primis id adducit in sui iustificationẽ:ꝙ iuuenis illum scripserit libellum.Et cũ obijcerent ei nonnulli,esto ꝙ in adolescentia eundem conscripserit:illũ tamen iam senex ædidit.respondet,se quidem iam senem ædidisse prædictum opusculum:sed tãquam iuuenile opus,& ob id,maiore venia dignum. ¶Verum id vnum ab eo rogare velim,cur ipse iam in prouectiorem deductus ætatem, cum esset illam præmaturam ingenij sui fœturam æditurus: non recognouit a vertice ad calcem vsq; totum

illud opus, & non sustulit ea quæ ibidem diuinarum literarum, sacrorumq; authorum sentētijs, & ipsi honesto sunt aduersantia: qualia non pauca in eo contineri libello: iam satis superq;, prius ostensum est. Cum enim in maturiorem progressi sunt ætatem viri prudentes: non student errata suæ iuuentutis toti propalare mūdo, sed ea potius castigare & expūgere, ne alijs cedant in malū exemplū. Et inconsultam adolescētiam serior ętas corrigere debet: maturioreq; consilio illius errores emendare atq; retractare. Sic sane factitasse dinoscitur eximius doctrina rerūq; gerendarū prudentia vir, Aeneas Syluius: in summo pontificatu Pius secūdus appellatus. Qui cū in adolescētia de duobus se amantibus, insanoq; adinuicē amore correptis, lasciuiuscule scripsisset opusculū: iam grauis æuo, & ad apostolicæ sedis moderationē assumptus, salutarem & viro Christiano dignam egit de illius libelli conscriptione & æditione pœnitentiam: ita in epistola pœnitudinis illius teste (quę inter cæteras eius epistolas est quadringentesima nona) fideles omnes compellās. De amore igitur quæ scripsimus olim iuuenes: cōtēnite o mortales, atq; respuite. sequimini quę nūc dicimus: & seni magis q̄ inueni credite. Nec priuatū hominem pluris facite: q̄ pōtificem. Aeneam reijcite: Piū suscipite. Illud gentile nomen, parentes indidere nascēti: hoc Christianum, in apostolatu suscepimus. Hęc ille: & reliqua multa in eandē subsequētia sententiam, lectione non indigna. Illius igitur tanti viri exemplum imitari debuit in re non omnino dissimili Erasmus. Et cum emissurus erat in lucē suum de matrimonio encomiū: illud accuratius expendere & diligentius excutere, an quicq̄ haberet quod offendere posset legētes. Et cū dicat, se illic nihil vidisse magnopere, quod esset premendū: post exactam totius rei indaginē adhibitamq; limam deprehēdisset (iam frequentiori sacrorum librorū lectione factus eruditior: q̄ fuerat, cū illud primum componeret) multa in eo contineri: quæ premenda fuerant, & maturius castiganda. ¶ Deinde & illud in sui expurgationē affert Erasmus: q̄ opusculū illud declamationem inscripserit, eoq; titulo significari: q̄ exercitandi ingenij gratia, non asserendi, materiā illam pertractauerit. Cęterū si penitius dispiciat atq; rimetur propriam declamationis naturā atq; conditionem: protinus comperiet titulū ipsum, rei quā edisserit, prorsus dissonare immo repugnare. Enimuero declamationes ipsę (vt doctorū omniū est sentētia: & ipse fatetur Erasmus) in fictis versantur thematis, potissimū ijs quæ ad iudicialem pertinent actionem. Habentq; ex vtraq; parte probabilitatem quandā, & annexam ambiguitatem, in vtram partem ferenda sit sentētia: q̄ ad vnam item & alterā partem, rationes producantur non improbabiles. In humanis igitur negocijs quæ ad forensem pertinent strepitum: & perplexā habent quęstionem, dubiamq; determinationem, propter rationes vero similes, vtrinq; in cōtrouersia adductas: versantur declamationes. Vt indicio nobis sunt

Aeneas Syluius.

Pius secundus.

Quid declamatio proprie dici debet.

declamationes Quintiliani:ex quibus duo hic argumenta subnectã,vt perspectior omnibus sit res quã hic proponimus. vtpote quintę declamationis argumentũ,huiusmodi. Quidã duos filios habebat: frugi & luxuriosum. Peregre profecti sunt:capti a pyratis, luxuriosus languere cœpit. Ambo de redẽptione scripserunt. Pater omnibus bonis in vnũ redactis:profectus est. Dixerunt illi prædones,non attulisse illum nisi vnius preciũ:& eligeret vtrum vellet. Aegrũ redemit.qui dum reuertetur:mortuus est. Alter: ruptis vinculis fugit. Alimenta poscit pater: cõtradicit filius,neq; se illa teneri lege contendit. Liberi parẽtes in egestate aut alant:aut vinciantur. Decimæ tertiæ vero declamationis eiusdem: argumentũ est tale. Pauper & diues in agro vicini erant: iunctis hortulis. Habebat diues in horto flores: pauper apes. Quæstus est diues,flores suos decerpi ab apibus pauperis:denũciauit vt trãsferret. Illo non transferente:flores suos veneno sparsit. Apes pauperis omnes perierunt. Reus est diues damni iniuria dati:secundũ hanc legẽ. Damni per iniuriam dati:fit actio. Et ita de cæterorũ Quintiliani declamationũ argumentis,penitus simile est iudiciũ: quæ omnia consistere cõperientur in controuersijs humanis,vtrinq; ambiguis. ¶ At vero nũquid fictum est thema,& coram prętoriali agendũ tribunali:sit ne cælibatus coniugio præferendus,aut ediuerso? Nũquid etiã ancipitem habet decisionẽ atq; controuersiam ea propositio:vt merito suspensus esset debeat auditoris animus,in vtram partẽ inclinari & inflecti debeat, propensiorque fieri? cum & sacræ scripturæ & sanctorũ patrũ iam olim definitũ sit authoritate:cælibatũ & cõtinentiã esse nuptijs præponendã. Certe de hisce rebus quæ ab antiquo iam tempore determinatæ sunt per sacras literas, per orthodoxos patres, & per ecclesiæ sanctæ vniuersalem sententiam:non sunt agitandæ declamationes,quibus talia iam olim definita reuocẽtur in dubiũ,& in vtranq; agitẽtur partẽ. quoniã propria declamationũ natura ac ratio,tales materias non patitur suo ambitu cõtineri:vt quæ humanas dũtaxat controuersias vtrinq; ancipites,& corã consistorio iudicum ac prætorũ discuti solitas,suo sinu cõplectantur. Quocirca planũ iam est,opusculũ illud Erasmicũ non apte declamationis nomine inscribi:cũ tituli ipsius nomen,rei ipsi quæ pertractatur, prorsus aduersetur. Videtur autẽ pro materiæ subiecte qualitate vocari potius debuisse:cõmendatio matrimonij,vel exhortatio ad matrimoniũ. Cæterum authores sacri cũ exhortatoriã scribunt ad aliquẽ epistolã aut orationẽ:semper ad ea quę honestiora sunt & præstãtiora,amplectenda cohortãtur. dissuadẽtes plærũq; ea,quæ etsi bona sunt: minus tamẽ perfectionis habẽt. Exẽpli gratia.admonẽt plærũq; capessendã virginitatẽ, posthabitis nuptijs:aut religionis monasticæ professionẽ,relicto seculo. Erasmus vero cõtra,in hoc de encomio matrimonij libello dissuadet id vitægenus quod præstãtius est:vtpote perpetuã cõtinentiã.& insimu-

Duo argumẽta declamationum Quitiliani.

Declamationes, de rebus sacris iã olim definitis: fieri nõ debere.

lat ad illud amplexandũ quod longe inferius ſubſidet: coniugalẽ ſcilicet ſocietatem. Non ergo eam tenet recte ſuadendi formã, nec illud ſequitur iter: quod antiqui monſtrarũt patres. Q̃ ſiquem nactus fuiſſet incõceſſis irretitum amoribus, & extra matrimonij legem concubinario meretritio aut adulterino inuolutũ laqueo: recte quidẽ illũ ad matrimoniũ fuiſſet cohortatus. vt talibus illicitis amoribus illaqueatũ, expediuiſſet hiſce pedicis: & ad honeſtã vitæ conditionem ex perditiſſimis moribus
probe reuocaſſet. ¶Deinceps cũ ſubnectit in ſua apologia Eraſmus in 4
ſui libelli defenſionẽ: ſe in eo quæſtionem tractare nõ generalem, ſed circunſtantijs aſtrictã, & certis determinatam actionũ conditionibus. quę percontatur: an nobili adoleſcenti ac diuiti, forma egregia & ætate integra florenti, qui vnicus ſupereſt ſuæ ſtirpis propagator: conducat profiteri continentiam, vel ducere vxorem ad procreandam ſobolem in ſui generis ſucceſſionem. non integre ſatiſfacit ijs quæ iure poſſent illi obiectari. Nempe ſi particularem duntaxat eam pertractaſſet inquiſitionẽ: an talis adoleſcens (qualem propoſuit hypotheſis) ſubire nuptiarũ fœdera, vel cælibem vitã agere potius debuerit. & per totum libelli illius contextũ vſus fuiſſet ſermone cõſtricto talibus circũſtantijs, quæ ad illum adoleſcentẽ ſolũ, cõtraxiſſent totã orationẽ: non fuiſſet quidẽ ea in re obnoxius reprehẽſioni, vbi ſeruatũ vbiq; fuiſſet verborũ & rerũ decorũ. cum ingenue fatear nõnullis expedire magis matrimoniũ q̃ cælibatum: pro ſuæ naturæ genijq; qualitate. Verum cũ & in ipſo titulo abſolutũ proponat ſermonem de laude matrimonij, & per totũ ipſius libelli decurſum atq; progreſſum generalibus vtatur verbis, matrimonij cõmendationẽ ſimpliciter & abſolute explicantibus: quis non videt eundem generatim de ſtatu coniugali verba facere, & in vniuerſum cõferre illum atq; præferre cælibatui? Cũ etiã ſententiæ ipſæ & orationes, quas ab ipſo opuſculi exordio ad exitũ vſq; depromit: nullis conſtringantur circũſtantiarũ nodis aut habenis, ſed cõmunibus tãtũ & vniuerſalibus ſint vocibus contextæ: quo ingenio aut argumẽto deprehendet lector, Eraſmũ particulatim tantũ & iuxta propoſitæ hypotheſeos materiam fuiſſe in toto illo opuſculo prolocutum? Nullo prorſus: vt reor. ¶Præ 5
terea, nec præſidiũ Eraſmo præſtare poteſt id ſubterfugium in ſua apologia propoſitũ: quo cauſatur ſe in prædicto opuſculo de laude matrimonij, non præferre matrimoniũ virginitati ſed cælibatui. & cęlibẽ dici non eũ tantum, qui purã & incõtaminatã agit vitam: ſed & illum, qui legitimam nõ habet vxorẽ, licet inconceſſo alienarũ mulierũ cõſortio ſit contaminatus. Secundũ quam ſignificationẽ (inquit) & lenones & perditiſſimi nepotes atq; luxurioſi: cælibes dici queãt, modo cõiuge careant. Enimuero q̃uis apud prophanos authores & literaturæ ſecularis (vt Quintilianũ & conſimiles) in ea ratione ſumatur cælebs: vt oppoſitione quadã relatiua ſe habeat ad maritũ, & is dicatur qui maritus non

Generalib⁹ verbis particularẽ queſtionem nõ recte tractari.

Quid apud ſacros authores cælibatus & cælebs deſignant.

ſit. Apud ſacros tamen authores, Auguſtinum, Hieronymũ, Ambroſium & cæteros omnes: cælebs dũtaxat pro continente ſumitur, & abſtinente prorſus ab omni veneris vſu. & cælibatus quoq; apud ipſos tantummodo pro continentia: & omnimoda veneris abdicatione accipitur. idéq; penitus apud eoſdẽ ſunt cælebs & cõtinens: ſicuti iuſtus & æquus, idem prorſus ſignãt. Nec vllũ inter ſe habent diſcrimen iuxta illorum ſententiã, cælibatus & continẽtia: perinde atq; nullũ ſignificationis habent diſcerniculũ, iuſtitia & æquitas. Debuit itaq; Eraſmus in pertractatione materiæ non prophanæ ſed ſacræ, de collatione ſcilicet matrimonij & cælibatus, ſiue continentiæ: vti hiſce nominibus cælebs & cælibatus in eo ſignificatu, in quo illi ſacri vtuntur authores: neq; ab eorum more & ratione loquendi, quantũ ad illarũ dictionũ acceptionem, diſcrepare. Quod certe nec ipſe etiã facit. nã in toto illo opuſculo cęlibatum pro continentia tantum ſumit: & cælibẽ pro continẽte ſolũ, vti ipſe ſermonis cõtextus plane demonſtrat. Neq; hanc acceptionem: a ratione nominũ illorũ alienã quis exiſtimare debet. quãdoquidẽ cælebs: a cælo deductitiũ nomen eſt, & ita dicitur (vt inquit Hieronymus) ꝙ cælo dignam vitam agat: qui coitu careat. Et authore Priſciano cælebs dicitur, quaſi cæleſtium vitam ducẽs: in ſanctimonia ſcilicet & puritate. At impuri nebulones & nefarijs libidinibus inquinati extra cõiugij fœdera: cæleſtẽ non agunt vitã. Quomodo igitur recte cælibes dicẽtur? ❡Rurſum nec rectã conuenientéq; aſſignat Eraſmus dictorũ ſuorũ in illo ſuo (quod excuſſimus) opuſculo intelligentiã: quando ait in ſua apologia. [Hieronymus. Priſcianus.]

6

» Cum dictũ eſt illic (in encomio ſcilicet matrimonij) ſtimulos gignendi
» non a peccato ſed a natura profectos: agitur ibidem de ijs ſtimulis, qui
» rationi non repugnant. Item illud, ꝙ ſaxũ verius q̃ hominẽ dico qui vo
» luptate non tãgatur: palam indico me de licito coitu loqui: cum addo.
» præſertim ſi citra numinis offenſam poſſit cõtingere. hæc ibi.

Nẽpe ſtimuli carnis omnes, cuiuſcũq; ſint generis & cõditionis, ſi eorũ naturam attẽdas & ſubſtãtiã: ex eadem proficiſcuntur origine, ab eodéq; proferũtur ſtipite ac trũco: vtpote ex primorũ parẽtũ inobediẽtia. in cuius pœnam, ſunt omnibus inditi qui ex ipſis propagati ſunt: præterq̃ domino noſtro, & ſacratiſſimę eius matri. Quare ſicut illi libidinis aculei qui recta repugnãt rationi, a peccato proficiſcũtur, vt hic admittit Eraſmus: haud ſecus plane & illi qui nõ aduerſantur rationi, enaſcũtur a peccato, & ſunt pœna præuaricationis protoplaſtorũ. ex quo protinus eſt conſequens: nullos tales ſtimulos, a natura nobis eſſe datos. queadmodum etiã ſupra ex Auguſtino: idipſum diffuſius eſt patefactum. Q̃ ergo alíqui tales ſtimuli rationi repugnẽt, & alij non reluctẽtur eidẽ: nullum in eis arguit originis diſcrimen. ſicut neque in fame, ſiti, morbo, morte, & alijs incõmodis: in pœnã prolapſionis primorũ parentũ nobis inflictis. ſed idipſum, dũtaxat qualitatis & cõditionis accidentariæ eorũ: ſubin- [Omnes ſtimulos carnis in homínibus: a peccato enaſci.] [Cap. 32. huius libri.]

fert discrepantiã. Quippe qui rationi non repugnãt stimuli: peccata non
sunt, nec vituperari debẽt. Qui vero rectæ aduersantur rationi, si modo
non coerceãtur nec reprimantur: peccata sunt & ad peccatũ inducunt,
meritoq; vituperationi sunt obnoxij. Ex eadem itaq; radice stimuli om
nes progignũtur: sed hi interdũ vituperãdi sunt, alij vero nequaq̃. secũ-
dum consequentem eos cõsensum cum recta ratione: aut dissidiũ ab ea-
dem. ¶ Neq; itidem recte ab Erasmo dictũ putari debet: cum qui volu 7
ptate venerea non tãgatur, etiã in licito cõgressu eum muliere, vt in offi-
cio coniugali: saxũ verius q̃ hominem, appellandum esse. Etenim multi
viri sanctimonia illustres, nuptias aspernati, deoq; suã cõtinentiã deuo-
uentes: nequaq̃ ea voluptate vsui cõiugali socia, capti sunt, quoniã eam
penitus a se abdicarunt: pessumq; dederũt. Multæ præterea tenellæ vir-
gines suã deo virginitatẽ a puerilibus annis cõsecrãtes & cõiugij vincu-
la perosæ: tali voluptate (quæ licita ipsis fuisset: si tędas inire iugales vo-
luissent) nõ sunt captæ, quoniã eam spreuerũt penitus & abiecerũt. Nul
lus tamen sanæ mẽtis nec has nec illos ignominioso saxi nomine dignos
existimauerit. Omitto plærosq; & viros & mulieres, qui in ipso connu-
biali thoro, cõmuni cõsensu virginitatẽ suã illibatã seruarũt: quibus ta-
men licitus fuerat vsus cõiugalis. An & hos, quoniã illa voluptate non
tangebãtur, saxa potius q̃ homines dixerimus cũ Erasmo: & arduũ il-
lud virtutis opus, cõtumelioso nomine designabimus? ¶ Demũ neq; il 8
lud probandũ cẽseo, ꝙ cũ in suo encomio prędicto scripsit Erasmus, san
ctissimũ vitæ genus esse matrimoniũ, pure casteq; seruatũ: ibi nõ tam de
vitę instituto, q̃ de moribus in vtroq; genere (cõiugio scilicet & cęlibatu)
versantiũ, haberi sermonẽ: vt dicit in sua apologia. Nã etsi verũ sit, nomi
na officiorũ interdũ sumi pro ijs qui talibus fungũtur officijs: nõ tamẽ
ita, vitę genus explicãtia nomina accipi solẽt pro ijs, qui in hoc aut illo
vitę genere versantur. Et potissimũ: cũ vnũ vitę genus ad aliud cõfertur.
quoniã in ea collatione, nõ persona vnius generis vitę, ad alterius gene-
ris personã apud sacros authores cõparatur: sed simpliciter & absolute
status vnius vitę, ad statũ alterius. Et idcirco in vniuersum pręferendus
est cęlibatus cõiugio: q̃uis fortasse vnus cõiugio addictus, melior sit al-
tero cælibatũ professo. ¶ Cæterũ huic digressioni ab instituto nostro iti
nere, non tamẽ incõgruę proposito negocio nec inutili, tandẽ finẽ impo
nẽtes: simul cũ ipsa & præsentẽ claudemus librũ. ꝙ iam plus satis in eo
protractus est sermo de cõtinẽtia sacerdotali, apprime decẽte & cõduci-
bili: vt dignũ deo a suis ministris ecclesiasticis exhibeatur obsequium.
Cui sit laus & gloria ac gratiarum actio: in secula seculorum. Amen.

Eũ qui voluptate carnis non capitur: vituperandũ nõ esse.

SECVNDI LIBRI, PROPVGNACVLVM ECCLSIAE CONSOLIDANTIS (QVI SACERDOTALEM CONTINENTIAM CONTRA ADVERSARIOS EIVS TVTATVR) FINIS.

PROPVGNACVLI ECCLESIAE LIBER TERTIVS: IEIVNIA ET ABSTINENtias ciborum, eccleſiaſtica lege definitas, approbans: & cōtra aduerſarios defendens.

¶Multis retro ſeculis fuiſſe nonnullos, & hac etiam tempeſtate ſupereſſe: qui ieiunia & abſtinentias ciborum ab eccleſia inſtitutas, improbis ſuis aſſertionibus damnarint. Cap. I.

NONNVLLORVM INTERITVM veris & pijs lachrymis deplorās apoſtolus: ad Philippēſes ita ſcribit. Imitatores mei eſtote fratres, & obſeruate eos qui ita ambulant: ſicut habetis formam noſtram. Multi enim ambulāt: quos ſępe dicebam vobis, nunc autem & flens dico: inimicos crucis CHRISTI, quorum deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum: qui terrena ſapiūt. Quibus plane verbis diuinus Paulus & aliquorū tunc in gulæ lautitias propenſorū caſtigauit mores: & eorū qui poſtera immo & hac ætate eodem laborarint morbo, improbauit inſaniam. Philip. 3.

1 ¶Quales, inter alios, etiam profecto ſunt: qui noſtro ſeculo, duce & auſpice Martino Luthero, ieiunia eccleſiaſticis ſancita legibus reprobant. cauſati, homines non poſſe ab hominibus hiſce onerari ſtatutis: quæ adigāt illos obligatorio vinculo ad ea obſeruanda, denūcientq́ꝫ reatum damnationis æternæ in tranſgreſſores. Tales itidem ſunt, qui abſtinentias a cibo lautiore & delicatiore, eccleſiaſtico præſcripto definitas etiam dānāt: tanq̃ inimicas ſuæ (quā prædicāt) libertati, effreniq́ꝫ ad quiduis impune agendum licentiæ. His etenim id cordi non eſt: ꝙ ſingula quaq́ꝫ hebdomada, feria ſexta & ſabbato interdictus ſit carnium eſus. Neq́ꝫ illud etiā ijs placet: ꝙ in quadrageſima ab vſu lacticiniorū, in reliquis vero anniuerſarijs ieiunijs a carniū māducatione ſit temperādum. quoniā corporalibus addicti delicijs: ſolū ea quæ carnis ſunt ſapiunt. Sed nōne tales carnalibus ſuis deſiderijs obſequētes, illiſq́ꝫ inducti ad improbanda ieiunia & ſalutares abſtinentias: inimici ſunt crucis CHRISTI, quæ in ſui ipſius abnegatione ab vnoquoque ferenda eſt? Nonne & eorū deus venter eſt: & gloria in confuſione ipſorum, in interitū? Lutherus: ieiunij & abſtinentiæ hoſtis. Matth. 16.

2 ¶Cæterum vt viperima horū propago, ex ſuis agnoſcatur principijs vnde ortū deſumpſerūt: poſt Cherintū, voluptatū carnis prędicatorem circa prima fere naſcentis eccleſiæ tempora: erupit in auras Ioui- Cherintus.

Iouinianus
nianus,ieiuniorū oſor & abſtinentiæ ciborū improbator. Cuius tertia
fuit aſſertio(vt refert ſacer Hieronymus:circa primi in illum libri prin-
cipium) inter abſtinentiā ciborū & cum gratiarū actione perceptionem
eorū, nullā eſſe diſtantiā. Quam vt ſacris aduerſam literis rectæq; ra-

Hieronymus in Iouinianum.
tioni omnino repugnantem:idem ſacratus author in ſecundo libro ad-
uerſus illū(vt vocat)Chriſtianorum Epicurū, validiſſime cum ex ſecu-
laris literaturæ authoribus,tum ex diuina ſcriptura cōfutat:docetq; &
ieiuniū ſaturitati præferendū eſſe,& abſtinentiā religioſam ciborū,vſui

Ambroſius
illorū præponēdā. Vnde & circa eadem ferme tēpora beatus pater Am-
broſius præclarum cōpoſuit librum,de Helia & ieiunio inſcriptū. Vbi
eximiā & amplā contexit ieiunij cōmendationē ac laudē:vt antiqui ſer-
pentis ſibila,per huiuſmodi hæreticorū ora,tunc obſtrepētia, reprime-

Vigilātius.
ret. ⸿Surrexit paulo poſt & Vigilātius:tanq̄ alter Iouinianus ab infe- 3
ris rediuiuus.qui inter cæteras ineptias ſuas & ieiunia improbauit:ini-
mica carnis voluptatibus & libidini,cuius ſe conſtituerat patronū. De

Hieronymus in Vigilantiū.
quo ſanctus Hieronymus:circa principiū operis ſui in ipſum elaborati
ait. Iſte caupo Calagurritanus, & in peruerſum propter nomen viculi
mutus Quintilianus:miſcet aquā vino.& de artificio priſtino:ſuę vene-
na perfidię,catholicæ fidei ſociare conatur.impugnare virginitatē,odiſ-
ſe pudicitiā:in conuiuio ſecularīū,contra ſanctorū ieiunia proclamare.
dū inter phialas philoſophatur:& ad placentas liguriens,pſalmorū mo-
dulatione mulcetur.vt tantū inter epulas:Dauid & Idithum,& Aſaph
& filiorū Chore cātica,audire dignetur.hæc ille. ⸿Deinceps varijs per 4
diuerſa interualla tēporibus deſudātis in hoc peregrinationis ſtadio ec-
cleſiæ ſanctæ:hydra illa lernæa virulentū ſuū caput ſæpius extulit orco.
Vt nō defuerint circa Clemētis quarti tēpora(vtpote circiter annū domi
ni milleſimū,ducenteſimū & ſeptuageſimū)etiā hoſtes Chriſtianæ pieta
tis:qui ieiunia & abſtinētiā a cibis delicatioribus impugnarint.queād-
modum aperto conuincitur argumento ex luculento illo opere veneran

Bonauentura.
di patris Bonauēturæ(qui circa prædicti ſummi pontificis floruit æta-
tem) quod apologia pauperum inſcribitur. In quo cōtra improbos hę-
reticorum ſui temporis latratus,idem ſanctus pater & ieiunium miri-
fice commendat:tanq̄ religioni Chriſtianæ maxime conſentaneum. &
abſtinentiam ciborum,eccleſiaſtica lege aut ſpontanea deuotione ſuſce-
ptam: dignis etiam effert præconijs,ex ſacra ſcriptura copioſe deductis.
⸿Rurſum,circa Clementis quinti tempora,emerſit in noſtrum orbem 5

Beguardorū hæreſis.
eadem peſtis:Beguardorum & Beguinarū erroribus diſſeminata. Qui
inter cætera ſua deliramēta,eum conſtituerunt perfectionis gradum ab
homine attingi poſſe:ꝙ reddatur ipſe penitus impeccabilis:& amplius
in gratia proficere non poſſit.quodq; ieiunare non oportet hominem
vel orare:poſtq̄ gradū perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus. quia tūc
(vt ferunt) ſenſualitas ita perfecte ſpiritui & rationi ſubiacet: ꝙ homo

poteſt libere corpori concedere quicquid placet. Addiderunt & hāc ve-
ſaniam, ꝙ illi qui ſunt in prædicto gradu perfectionis & ſpiritu liberta-
tis: non ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta ec-
cleſiæ obligātur. quia vt aſſerunt, vbi ſpiritus domini: ibi libertas. quē-
admodum ferme ad verbum refert hæc ipſa, Clementinarum conſtitu-
6 tionum liber quintus: titulo de hæreticis. cap. ad noſtrum. ¶ Demum Viclefus & Huſſitani.
ſequentibus ſeculis impius Viclefus & Huſſitanæ hæreſeos aſtipulato-
res, eandem ſub vmbra ac prætextu libertatis Chriſtianæ atꝗ euangeli-
cæ, reſuſcitarunt inſaniā: ieiuniorum obſeruantiam damnantes, & ab-
ſtinētiam a certo ciborum genere, eccleſiaſtica ſanctione olim decretam.
Enimuero ſicut hi dogmatū Huſſiticorum aſſectatores, quo frena laxa-
rent voluptatibus carnis: improbarunt continentiam ſacrorum eccleſiæ
miniſtrorum, per hunc inter cæteros ſuos errores annumeratum articu-
lum. Continētia ſacro ordini annexa: eſt contra legē diuinā. qui in præ-
cedente libro ſatis ſuperꝗ confutatus eſt: & multifariā eliſus. ita quoꝗ
ad permittendas corpori quas expetit in victu, delicias: & ſanctam ie-
iuniorum dānarunt obſeruationem, per hūc non minus peſtilentē arti-
culum ſuū. Non tenemur ieiunare: ſed ieiuniū & præcepta eccleſiæ ſunt
nihili facienda, quoniam ſunt ſtatuta humana. Abſtinentiam itidem a
carnibus certo anni tempore, magnopere cōmendandam: ijdem Huſſi-
tanæ impietatis aſſeclæ per hunc refutarūt execrabilem articulum, cæ-
teris errorum ſuorum propoſitionibus etiā annexū. Licitū eſt comede-
re carnes in quadrageſima, ſicut & in alijs temporibus anni: niſi ſolum-
modo propter conſuetudinem. In quo quidem poſtremo articulo ſolā
aſſignant conſuetudinem pro cauſa, ob quam non liceat in quadrage-
ſima & aliquot cęteris anni diebus ab eccleſia determinatis, veſci carni-
bus. cum tamen ea ſola non ſit cauſa: ſed & occurrant aliæ rationabiles Solā cōſuetudinē non eſſe cauſam obſeruandi ieiunia & abſtinētias.
atꝗ legitimæ, ad idipſum obſeruandū non minus impellentes. Nempe
cum primū lata fuit ea ſanctio eccleſiaſtica de abſtinētia carniū in qua-
drageſima, & feria ſexta atꝗ ſabbato cuiuſꝗ hebdomadæ: necdum erat
illius legis tum primum latæ inducta conſuetudo, vt quæ ex diuturno
tantum & frequēti vſu legis alicuius aut facti, coaleſcat. Attamen poſt
promulgatā illam eccleſiæ legem de abſtinentia carniū, etiā circa conſti-
tutionis illius principium: non licuit cuiꝗ veſci carnibus in quadrage-
ſima & definitis ad abſtinentiam earum, diebus reliquis. Non igitur ſo
la conſuetudo eſt tota & omnimoda cauſa obſeruandæ huiuſmodi abſti
nentiæ: ſed & obedientia præceptis eccleſiaſticis debita, & refrenatio pe-
tulantiæ carnis: ne delicatius enutrita laſciuiat, & inſurgat rebellis in
ſpiritum. Porro duo illi poſteriore adducti loco articuli erronei, ad ma-
teriam huius libri peculiariter attinentes: poſterius in hac tertia præſen-
tis operis parte, diffuſe (quantum deus dederit) confutabuntur, & eliden
7 tur apertius. ¶ Poſtremum hac noſtra ætate Lutherus Vicleſianam il- Lutherus

iam & Hussitanam impietatem reuocat in auras, atq; in vulgum ma-
gna contentione disseminat: ieiunia ecclesiastica pariter & abstinentiam
omnem, obligatoria ecclesiæ lege constitutam damnans. vt laxet habe-
nas voluptatibus: multosque hoc aucupio habeat suæ improbitatis
assectatores. non ignorans homines ad desideria carnis admodum esse
propensos: & ad eadem ipsos facile impelli posse.

¶ Argumenta, quibus conuincitur Lutherus: & ieiunia & absti-
nentiam ecclesiasticam damnare. Erasmum etiam in quibusdã
scriptis suis, ad easdem partes declinare. Cap. II.

At ne in calce præcedentis capitis de Luthero dicta, 1
videantur a me conficta aut falso illi ascripta: proferen
da sunt hic paucis argumenta, quibus deprehenditur
ipse & ieiunia ecclesiastica & abstinentias improbare.
Enimuero inter cæteros: quos virga censoria vt tetri-
cus Cato annotauit sũmi põtifices errores (ne ab ipsi-
us discedam vocabulo) a Ioanne Fabro, viro vtiq; eruditissimo, in suo
luculento opere quod malleus hæreticorum inscribitur, tractatu quar-
to, certo ordine digestos: & hunc etiam designauit errorem (vt vocat) or-
dine decimum septimũ. q; papa mandauerit sub excõmunicationis pœ-
na, certis diebus abstinendũ a carnibus, ouis atq; butyro: cum huiusce
rei potestatem nullam (vti ait) habeat. Ad cuius dicti Lutherani confu-
tationem: disciplina abstinentiæ & leges, ibidẽ ex sacra scriptura & pro-
batis authoribus solide confirmantur. In eiusdem etiam operis tractatu
septimo, secundum suam partitionem: idem author contra Lutherũ ie-
iunia damnantẽ, animose aciem instruit, illa multifariam ex sacrarũ li-
terarum testimonio & sanctorum patrum astruens. At quo modo hãc
cũ eo subijsset literariã palæstram: nisi Lutherus ipse vt cæterarum ec-
clesiæ sanctionum, ita & ieiuniorum vim eneruare studuisset? Quinim-
mo vt idipsum ex alijs Lutheri moliminibus aperte conuincamus, quo-
niam idem pestilentium dogmatum nostri temporis author atq; reno-
uator, libertatem suã perniciosissimã prædicat: qua nullis hominũ sta-
tutis vult Christianũ subijci, sed sibi liberũ relinqui. vt agat de ijs quæ
ecclesiastico sunt sancita decreto, quæ cordi sibi fuerint: quæ vero minus
placent, omittat. consequens est illum etiam sustollere omnem ieiunio-
rum obseruationem, ecclesiæ præscripto indictam: quoniam existimat
illam suæ exitiali repugnare libertati. Proinde ad ieiunia seruanda, ho-
mines admoneri quidem patitur, pioque inflecti hortatu: nequaquam
vero præceptoria lege constringi, cuius præuaricator incurrat pœnam.
Quo plane admisso: & ipsa periret quadragesimæ religiosa obseruãtia,
& ieiuniorum quatuor temporum, reliquorumque in solennibus vigi-
lijs seruari solitorum. quinimmo & tota disperiret ecclesiastica discipli-
na: quoniam nihil haberet vigoris, seueritatis aut roboris in improbos.

Ioannes Faber.

¶Verum vt firmior adhibeatur huic rei fides: audiatur ipsius Lutheri verba, in opusculo eius de libertate Christiana prætitulato posita: & in secundo capite primi libri Antilutheri etiam a nobis adducta. Coram pusillis (inquit) & infirmis, propter scandalum expedit obseruare ieiunia & abstinere a carnibus: ne detur impedimentum salutis eorum. Sed corã alijs qui volunt pertinaciter & rigide pręcepta ecclesiæ seruari: expedit illa soluere & infringere. Deinde post adducta exẽpla de sacratissimæ virginis MARIAE purificatione, de circũcisione Timothęi a Paulo facta, & de solutione tributi facta a CHRISTO (quę tria, ad euitandũ scãdalũ proximorũ exhibita fuisse sentit: & nõ ex obligatione legis, & id quidẽ recte) subiungit. Ita & omnium aliorũ opera sunt libera: non ad iustitiã necessaria, sed tantum ad aliorũ exemplũ & obsequiũ facta. hæc ille. In quibus quidem verbis admittit ipse ieiunia ecclesiastica & abstinentiam a carnibus duntaxat obseruari debere, ad euitandũ scandalũ infirmorũ aut pusillorũ: aut ad aliorũ exemplũ, & nõ propter alias quascũq; causas, neq; ex vi constitutionis ecclesiasticæ. Quæ sane assertio nõ modo falsa est: sed & erronea & perniciosa. Si enim ita se res haberet vt vult Lutherus: corã alijs tantum & in propatulo obseruãda essent ieiunia, & esus carniũ vitandus in quadragesima. vt exinde alij ea videntes opera recte ædificentur, & ne ex opposito ob huiusmodi solutionem ieiuniorũ aut esum carnium, alij in quorũ conspectu illa fierent: scandalum incurrerent & ruinã. Quare semotis arbitris & in conclaui vbi nullus esset testis & cõscius eorum operum: posset quispiã in quadragesima soluere sine noxa ieiunium, & carnibus vesci. quãdoquidem nemo illic adesset: coram quo poneretur offendiculũ. Illud autem: vel maxime absurdum. Sentiẽdum est igitur, præter duas in verbis prędictis a Luthero assignatas causas, & plęrasq; alias superesse: ob quas & ieiuniorum & abstinẽtiæ disciplina exacte est tenenda. vtpote emacerationem, castigationemq; carnis, & obedientiã in leges ecclesiasticas, atq; nonnullas alias. quemadmodũ etiã in duodecimo cap. itidem & vicesimo octauo primi libri Antilutheri: diffusius est declaratum. ¶Cæterum non satis demirari queam, & Erasmum Roterodamũ eadem pene farina respersum videri: cũ in epistola nuncupatoria præfixa suæ paraphrasi in geminã Pauli ad Corinthios epistolã ait. Mihi purioris Christianismi videtur, magisq; cõsentaneum & euãgelicæ & apostolicæ doctrinæ: si nullũ certum cibi genus præscribatur. sed admoneantur omnes, vt quisq; pro corporis habitu vescatur quæ maxime cõducunt bonæ valitudini: nõ ad luxum sed ad sobrietatẽ, cum actione gratiarum & studio bonæ mentis. hæc ibi. ¶Verum cum euãgelica & apostolica doctrina iubeat audiri ecclesiã, præpositis esse obediendum, iussisq; orthodoxorum patrum atq; maiorum obtemperãdum: non video quomodo euãgelio & apostolicis epistolis sit magis consentaneum, nullo vti præ-

Verba Lutheri cõtra ieiunia & abstinẽtias.

Lucæ. 2.
Actuũ. 16
Matth. 17.

Nõ ob solũ scandalum vitandũ ieiunia seruari debere.

Erasm⁹ Roterodamus

Matth. 18
Matth. 23
Roma. 13
Hebræ. 13

ſcripto ciborum genere,ſed arbitrario ſolũ & pro cuiuſq; nutu. vbi an-
tiqui patres noſtri iam olim certis legibus determinarunt, abſtinẽdum
eſſe nonnullis diebus cauſa religionis ab aliquibus edulijs lautioribus:
& diuturna conſuetudo idem inconuulſe obſeruauit. Deberet itaq; po-
tius Eraſmus ea in re,totius eccleſiæ ſequi ſententiam:publico probatã
populi Chriſtiani conſenſu,& longo iam vſu roboratã.q̃ ab ea diſcede-
Prouer.3 re:& ſuæ ipſius ſententiæ,illi contrariæ inniti.cum ſcriptum ſit.Ne in-
nitaris prudentiæ tuæ: & ne ſis ſapiens apud temetipſum. ¶Quem in 4
prouerbijs locum exponens gloſſa ordinaria:dicit.Prudentiæ ſuæ inni-
titur:qui ea quæ ſibi agenda vel dicenda videntur, patrũ decretis præ-
ponit.Sed ſapiens eſt apud ſemetipſum:qui in illis quæ ex patrum ma
giſterio potuit recte cognoſcere, ſeſe præ cæteris quaſi doctior extollit.
hæc ibi.Vtrũq; autem horũ,ſummopere fugiendum eſſe:teſtatur etiam
Eſa.5 Eſaias dicens.Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris:& corã vobiſmet-
Roma.12 ipſis prudẽtes.Cui cõſonat & apoſtolus:ita ſcribens ad Romanos.No-
lite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Hanc certe ſtrictius amplecten-
dam eſſe mentis humilitatem: nos edocuerunt ſancti patres & verbis
ſuis & exemplis.Vt beatus Gregorius in homelia euãgelij, parabolã
Matth.22 de homine rege qui fecit nuptias filio ſuo continentis,& apud Matthęũ
Gregorius. deſcripti:dicẽs.Ego melius puto,ſalua fide, alieno intellectui cedere:q̃
contentionibus deſeruire.Et eximius pater Bernardus de ſeipſo dicere
Bernardus. ſolitus perhibetur.Minus meo ſenſui q̃ alterius credidi.Hoc vno verbo
humilitatem cuiq; capeſſendã inſinuans:qua ſuam ſentẽtiã alienę poſt-
habeat. At vero ipſe e diuerſo ſuperioribus annis magis contẽtionibus
deſeruire q̃ alieno cedere intellectui malui, & minus alterius ſenſui q̃
meo credidi:cum plures fuiſſe Marias Magdalenas quarum memine-
rit euangelium,& Mariã Marthæ ſororem non fuiſſe mulierem in ciui
tate peccatricem:contra beati Gregorij ſententiã iam olim receptam,&
totius eccleſiæ determinationem,ſcriptis contendi.cum etiã particulam
illã benedictionis cærei paſchalis.O neceſſarium Adæ peccatum:quod
CHRISTI morte deletum eſt. O felix culpa: quæ talẽ & tantum me-
ruit habere redemptorẽ.repudiandam & abolendã:peruicacius ſcripſi.
Iob 42. Idcirco cum beato Iob,ipſe me reprehendo:& ago pœnitentiam.Faxit
deus,vt ſalutaris ſit hæc mea pœnitentia & efficax:oculiſq; ſuæ diuinæ
maieſtatis accepta. Sed nunc ad Eraſmum redeamus. ¶Idem quoque 5
in epiſtola ſua apologetica,de interdicto eſu carnium,deq; ſimilibus ho
minum cõſtitutionibus(vt ipſe refert titulus)diſſerente:& ieiunia & ci-
borum delectum Chriſtiano ritu obſeruari ſolitũ, non ſatis approbare
cõuincitur.Inquit enim.Nũc ad ieiunia redeo.Siquis adeo firmus ſit,
vt perpetua ſobrietate ſibi temperet: huic non admodum opus ſit indi-
ctis ieiunijs.niſi pro tempore, huiuſmodi victima placanda ſit ira dei.
Sed ob rudes (inquies) & craſſos:certi dies præſcribuntur.Sit hoc ſane

tolerabile. Pręscribitur vnica refectio: pręscribitur & cibi genus. Nec hoc satis. Intentatur æterna dānatio: consuetudinis humanæ violatori. Sic enim parochi quidā denunciāt populo ieiunium: haud scio an ex pontificū sententia. Et paulo post. Ita quod specie propius accedit ad Iudaismum, & omnino tale, vt merito quis admiretur hoc tantopere receptū a Christianis, qui circuncisionē cæterasq; Iudæorū cærimonias execramur: tenemus mordicus. Ciborū delectum: maximi facimus. id quod propius accedit ad euāgelicæ pacis studia: sinimus antiquari. Et iterū. In ciborū delectu longe tenaciores sumus humanæ constitutionis: q̄ in ieiunio. quanq̄ & ieiunijs multo crebrioribus onerantur Christiani: q̄ vnq̄ Iudæi. De ciborum generibus: dixit dominus IESVS. Quod intrat in os: non coinquinat hominē. Et Paulus: a præceptore non dissentiens. Regnū dei non est esca & potus. Cæterum in ciborū delectu: quāto nostrum onus videtur durius, q̄ illorum. Illis licuit, ex omni pisciū quadrupedum ac volatiliū genere: saluberrimis quibusq; vesci. Nobis in bonā anni partem: omnium carniū esus interdicitur. Hæc ille: & reliqua complura, in eandem consequentia sententiā. ¶Sed quorsum tendunt (oro) hæ graues expostulationes & querimoniæ de indictis ieiunijs, deq; ciborum delectu certis legibus definito: nisi vt subinsinuentur iniquæ esse sanctiones illæ ecclesiasticæ & grauiores æquo, quę constituerunt obseruanda ieiunia: aut esum carnium aliquot anni diebus interdixerunt? Cæterum ne quis horum lenocinio verborum capiatur & suadelis, in aduersam ecclesiasticis moribus partem tendentibus: neue incautus hauriat lethiferum virus, sub hoc melle verborum delitescens: suo loco & oportuno quidem huic negocio, in præsente libro annitemur his ratiunculis, & cæteris in prædicto opusculo comprehensis, atq; ad ieiuniorum & abstinentiæ ciborum improbationē tendentibus: occurrere. ¶Q; siquis dicat Erasmum in tota ea epistola, qua de loquimur, nullam proferre sententiā certam, rei propositæ definitricem: aut velle quippiā determinare ecclesiasticis legibus aut moribus aduersum. sed disceptando tantū, negocium illud totum pertractare: & disserendo in vtramuis partem, non tam quid ipse sentiat aperire, q̄ aliorum narrare placita. ¶Esto id, non tamen meo iudicio ingeniū suum periclitari debuit ad disceptandum in eo causæ genere: quæ iam rata est, & antiquis patrum legibus vsuq; diutino recepta, ne eam rescindere aut reuellere velle videatur. Siquidem in rebus ad religionis pietatem spectantibus, non sunt vulgo adducendæ rationes: quæ ad oppositam syncęritati eius partem, animos pertrahere possent. ne mens humana suapte natura ad malum propensa: his tanquā adminiculis aut stimulis perpellatur ad deteriora. Itaq; multo magis eum commendassem Erasmi laborē, quo eloquentiæ suæ candorem & ingenij vires accōmodasset ad aliud quippiam persuadendum: quod & Christianæ fuisset pietati congruentius,

Perperā hic sentit Erasmus: de ieiunio & abstinentia.

Matth. 15.

Roma. 14

Cauillationis aduersariorū dissolutio.

& lectoribus ad ſtudium veræ religionis animarumq; ſalutem vtilius. vbi coram cęcis non fuiſſet poſitum offendiculum: aut illatum alijs ſcandalum. ¶Porro non exiſtimet quiſpiam quę in præcedente libro & hic in Eraſmum dicta ſunt: me ob æmulationem aut animi in eum maleuolentiã protuliſſe (nouit hoc deus ipſe ſcrutator cordium: coram quo loquor) vt qui dexteritatem ingenij ipſius atq; felicitatem demirari plurimum ſim ſolitus. necnon dictionis in eodem elegantiam, vberrimamq; fœcunditatem cum ſuauiſſima facilitate: ſuſpicere & cõmendare ſemper conſueuerim. Verum optarint cõplures acri iudicio & eruditione prędití viri: tantam in ſcriptis eius pietatem religionis Chriſtianæ inueniri, affectumq; ſyncærum in illam adaugendam: quãta in illis eloquentiæ vis, & venuſtas ſermonis elucet. Vbi igitur quippiam offendi in libris eiuſdem, reſpondens materię ad elucubrationem (quæ tum in manibus mihi erat) ſpectanti: non ſatis conſonum ſyncæritati veritatis & pietati profeſſionis Chriſtianæ, pro qua ad mortem vſq; decertandum eſt: ſtudui pro viribus illud refellere & cõfutare. ne indiſcuſſum & nullo libratum ac trutinatũ examine: poſſet incautis fortaſſe lectoribus afferre perniciem. aut tanquam pium & verum haberi: quod eſſet ab vtroq; alienũ. Tale vero meũ ſtudium: neq; ipſi neq; alteri cuiq̃, merito diſplicere debet. Si enim ipſi datum eſt: ea interdũ conſcribere, quæ ab eccleſiaſticis moribus & ſanctis legibus facile poſſent abducere legentes, & in diuerſam traducere viam. cur & mihi non dabitur aut licebit: omnes, ne in deuia pertrahãtur & exorbitent a recto tramite, ſolicite admonere, antidotumque parare veneno: quod, niſi forent admoniti, poſſent incauti haurire, & extremum incurrere exitium?

Authoris expurgatio: q in Eraſmum hic aliqua dicantur.

¶Eccleſiam & eius prępoſitos poſſe leges obligatorias conſtituere: cum interminationæ pœnæ, vt mortiferi reatus aut damnationis perpetuæ, in tranſgreſſores. Cap. III.

CAeterum vt ſacrorum approbatio ieiuniorum & abſtinẽtiæ a certo ciborum genere (quã in toto hoc libro moliemur, contra importunos aduerſariorũ eccleſiæ latratus: tanq̃ tertium noſtri propugnaculi vallum) ſolido nitatur fundamento, neq; ſuper arenam collocetur, ſed ſupra firmam inconcuſſamq; petram: ante omnia hic monſtrandum occurrit, q eccleſia ſancta poteſtatem habeat condendi leges aliquas obligatorias ſuorum ſubditorũ: cum aperta determinatione pœnæ, q præuaricatores earũ incurrant lethiferi criminis reatum, æternæve damnationis exitium. ſiue vt vulgo eadem ſentẽtia proferri ſolet: q eccleſia poſſit obligare ſuos ſubditos ad aliquid, ſub pœna peccati mortalis. Vbi eccleſiam ſumi intelligo: non vt CHRISTVM caput, & fideles ſua membra, cõprehendat. quoniam ſi ita ſumeretur eccleſiæ nomen: nullam res propoſita haberet difficultatem aut ambigui-

Secundum quã rationem: ſumitur hic eccleſia.

tatem, cū CHRISTVS ecclæsiæ caput eam sine hæsitatione habeat potestatem obligatoriam. Sed nomine ecclesiæ sola intelligo membra comprehendi: cū suo capite ministeriali summo pontifice. secluso & non simul cōprehenso sub ecclesiæ ambitu & denominatione, ipso primario capite CHRISTO: non tamen ita seclusa dependentia & acceptione potestatis ipsius ecclesiæ a suo præcipuo capite. Nam hāc (vt ita dixerim) dependentiā a CHRISTO, secludere nunq̄ posset quispiam: cū ipsa assidue dirigatur ab eo & pendeat, vt corpus a capite. Ab eodē quoq;, ipsa ecclesia continue regitur, assistente gubernationi eius ad finem vsq; seculi: secundum suam pollicitationem qua dixit Petro. Ego rogaui pro te Petre: vt non deficiat fides tua. qua etiā fidelibus omnibus contestatus est. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus: vsq; ad consummationem seculi. Vnde & ipsa potestatē ab eo accepit, per suos rectores primos patresq; orthodoxos ordinādi ea: quæ ad expeditiorem euāgelij obseruationem, Christianæq; religionis honestatē & fidelium salutem sunt necessaria. Et huius acceptæ a CHRISTO potestatis authoritate, eadē ecclesia vim habet obligandi fideles ad suarū legum obseruationē: sub intentatione pœnæ spiritualis, quam in trāsgressores decernit. ¶Porro q̄uis hac de re pluribus differuerim in primo Antilutheri libro: & varijs illic in locis ac rationibus non paucis, cōtenderim hāc partē astruere. quoniam tamen ea assertio perhibens ecclesiā posse obligare fideles ad aliquid sub pœna peccati mortalis, quod præuaricatores incurrant: est basis vnica & fundamentum solidum ad geminam in hoc libro construendam fabricā animo destinatam, obseruationis scilicet ieiuniorum & abstinentiæ ciborum, secundū ecclesiasticas leges definitæ. idcirco visum mihi est non inutile id fore aut ociosum, hāc obligatoriam ecclesiæ authoritatem etiam in præsentia suis fulcimentis communire. q̄ ea cōprobata: protinus consequio quodā & ieiunia ecclesiastica & interdictus nonnullorum ciborum vsus, etiā solide construātur. Enimuero si sufficienter ostensum fuerit, ipsam ecclesiam & supremos eius rectores hāc habere potestatem, q̄ aliquid decernere queant sub interminatione peccati mortalis in trāsgressores: continuo conficitur & ieiunia & abstinentiā a certo ciborum genere, integre obseruari debere, stabilemq; esse & firmam illorū constitutionem. Sin vero persuasum quis habuerit, ecclesiam non obtinere facultatē condendi huiusmodi leges obligatorias, neq; authoritatem illi esse constringendi suos filios ad quippiam agendum vel omittēdum sub tali intentatione pœnæ: euestigio interimūtur ac decidunt in terram omnia ieiuniorum præcepta, destruuntur etiam suumq; amittunt robur leges sacræ de abstinentijs ciborum. q̄ illorum conditores statutorum non habuerint (vt diceret aduersarius) ius ac authoritatem sanciendi talia instituta: aut obligandi subditos tam districte ad ea obseruanda. Magnum igitur affert pondus ac momentum, ad

Lucæ. 22

Matth. 28

Vim obligatoriā ecclesiæ: fundamentū esse astruēdi ieiunia & abstinentias.

rei in hoc libro propositæ corroborationem, ea assertio: quæ perhibeat
ecclesiam habere huiusmodi potestatem cōdendarum legum ecclesiasti-
carum, sub certæ pœnæ determinatione obligatoriam. ¶ Hanc autem 3
primū ex veteris testamenti scriptura ita deducere: vtcunque conabimur.
Et ante omnia, ex eo quod in Exodo scriptū legimus de Moyse & Aa-
ron principibus synagogæ: & referentibus primos ecclesiæ sanctæ pasto-
res. Etenim ipsi duo exagitati importuna murmuratione populi Israeli
tici, exposcentis improba voce in deserto panem & carnes sibi in cibum
Exodi. 16 ministrari: responderunt illi per os Moysi. Audiui murmur vestrum:
contra dominum. Nos vero quid sumus: quia mussitastis contra nos?
Dabit vobis dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturita-
te: eo quod audierit murmurationes vestras, quibus murmurati estis con
tra eum. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum:
sed contra dominum. hæc ibi. Aequo igitur immo potiore iure, super-
ba proteruorum contemptio in ecclesiam sanctā & eius primores: etiam
in domini omnium redundat iniuriā, & in illis ipse rex regum & do-
minus dominātium itidem contennitur & conculcatur. Quod cum ci-
tra grauem noxā fieri non possit: planum est ipsos ecclesiæ & pastorum
eius contemptores, infando sceleri esse obnoxios. Possunt igitur ipsi re-
ctores ecclesiastici leges condere obligatorias, decernentes certā pœnā:
quā huiusmodi contemptores ob suā iniquitatem incurrant. ¶ Insuper 4
Exodi. 24 Moyses iussu domini ascensurus in montem vt ab eo tabulas legis acci
peret: dixit senioribus Israel. Habetis Aaron & Hur vobiscū. Siquid
natum fuerit quęstionis: referetis ad eos. Atqui Moyses in montē ascen
dens, typū gessit saluatoris nostri: post susceptam in resurrectione stolā
immortalitatis, ad cælos cum insigni triumpho regressi. Aaron vero &
Hur, relicti ad directionē populi Israelitici in absentia Moysi: veneran
dos ecclesiæ antistites repręsentant, post regressum domini ad cælos pro
illa moderāda hic dimissos. Siquid ergo natū fuerit quęstionis circa fi-
dem aut mores in populo Christiano: ad illos referendū est, illorumque
quærēda sentētia, atque definitioni ipsorū prorsus est standū sine relucta-
tione aut recalcitratione. Quare & hi authoritatem a deo sortiti sunt de-
terminādi ea quæ a populo agenda sunt: etiā cum pœnæ certæ cōmina-
tione. Alioqui minoris erunt potestatis in noua lege præpositi ecclesiæ:
quam fuerint in antiqua principes synagogæ, quod penitus est absurdum.
¶ Præterea, Nouū illud genus exitij & interitus quo perierunt Chore 5
Numeri 16 Dathan & Abiron, suscitata in Moysem seditione, viui a terra absor-
pti: manifesto nobis est documēto, quam graue sit scelus inuisumque deo, mo-
uere rebellionem in suos præpositos, ceruicēque duram contra ipsos eri-
Ibidem. gere. Immissum etiā a domino incendium subitariū in eos, qui postri-
die partes illorum vltrice dei dextra sublatorum tutari voluere, ac in-
surgere in Moysem & Aaron: non mediocre præstat argumentum ad

conuincendum, proteruiã mentis erigentem se in duces ac rectores populi a deo constitutos: esse illi q̃ maxime odiosam. Quod si in vmbratili & typica lege deprehenditur habuisse locũ: quãto magis in nouo & euãgelicæ doctrinæ instituto, idẽ tenere robur est credendũ. neq; huius vnq̃ contẽnendos esse rectores: neq; ipsorũ conculcanda decreta. Habẽt igitur & ipsi, authoritatem condendi leges obligatorias cum certa pœnæ definitione: quibus morigerari debet fidelis populus.

¶Alijs insuper rationibus, ex veteri etiam desumptis instrumento, idem ostendi propositum: q̃ penes ecclesiæ primores sit legũ condendarum authoritas. Cap. IIII.

1 SVnt & alij præterea in veteris paginæ scriptura sacra loci: ex quibus haud obscure colligitur ecclesiasticorum præsidũ authoritas ad nouas leges instituẽdas, obligãdosq; fideles vt eas obseruent. Nempe in Deuteronomio pręcepit dominus, q̃ si difficile & ambiguum esset rei cuiuspiã obortũ iudicium: accederet is qui talibus implicaretur ambagibus, ad sacerdotẽ Leuitici generis ministrantẽ tabernaculo domini: in loco, tunc diuino cultui designato. illiusq; sciscitaretur in ea re ancipiti sententiã, quã ad vnguem sequeretur: neq; quaqua versum ab ea declinaret. Quinimmo & mortẽ ibidẽ iussit dominus irrogari illi, qui sacerdotis Leuitici contẽneret imperiũ: in terrorẽ cæterorum, & tãti sceleris expiationẽ. At nonne æqua, quinimmo maior potestas & superior est collata nouę legis sacerdotibus, primatum in ecclesiastica moderatione gerẽtibus: q̃ antiqui ritus & typici ministris? Habent igitur eodẽ, immo valentiore iure: & nostræ legis sacerdotes, culmen ac fastigium ecclesiasticæ gubernationis sortiti: authoritatẽ definiendi quæ in populo Christiano agẽda sunt, etiã cum intermination pœnæ transgressoribus irrogandæ. ¶Et certe mirũ id videri deberet, deum tãta solicitudine ac cura, ipsius synagogę directioni prospexisse: vt penes summũ illius tẽporis sacerdotem ex diuina ordinatione esset authoritas definiendi, quod sequi in rebus ambiguis deberent, qui tũc aliqua pulsarentur quęstione difficili. suã vero ecclesiã sanctam, quã precioso suo sanguine abluit a peccatis, ita neglexisse: vt post ascensionem dominicã nemo esset in terris relictus, qui posset quippiã constituere totius populi obligatoriũ, vbi id necessitas exposceret. ¶Adde q̃

Deutero. 17
Ibidem.
Argumẽtũ a minori.

2 in eodem Deuteronomij libro, filius proteruus & cõtumax iubetur ex diuina institutione a parentibus adduci ad magistratus vrbis: palamq; accusari insolẽtiæ in parentes & inobedientiæ, ac demũ lapidibus obrui, vt alijs sit exemplo: ne suorum parentum sint contemptores. Mater autem nostra spiritualis, ecclesia est: q̃ CHRISTO nos ex aqua & spiritu sancto regenerauit. Patres vero nostri secundum spiritum, ecclesiæ sunt pręposito: qui nos verbo doctrinæ & ecclesiasticis educãt sacramen-

Deutero. 21

tis. Illis igitur rebelles, eorumq; monita audire contẽnentes: morti æter
næ (quæ per temporalem mortem, in veteri lege malefactoribus infli-
ctam: deſignatur) ſe reddunt obnoxios. Quod cũ ita ſe habeat: cur non
poteſt eccleſia & ſui præpoſiti, leges conſtituere, cũ interminatione mor-
tis æternæ in earum præuaricatores? Id enim facientes, declarant gra-
uitatem pœnæ, quam incurrunt ſuarum conſtitutionũ trãſgreſſores: vt
omnes deterreant & auocent ab illarum violatione. ¶ Inſuper, terreno 3
principi totius populi gubernacula gerẽti rebellis: iuſte decernitur mor
te mulctandus ob huiuſmodi proteruiam. Quemadmodum principes
tribuum Iſrael, dixerunt Ioſue inclyto duci: ſurrogato in locum Moyſi
Ioſue.1. demortui, pro totius populi Iſraelitici moderatione. Qui contradixerit
ori tuo, & non obedierit cunctis ſermonibus quos præceperis ei: moria-
tur. Igitur qui eccleſiaſtico principi conſtituto in ijs quæ ad deum ſunt
ſuper populũ fidelem, obluctatus fuerit proteruiter: morietur, ſed mor
te æterna, vt exponit ibidem gloſſa interlinearis. Cur non poterit ergo
ea pœna decerni, reatus ſcilicet culpæ mortiferæ aut damnatio æterna,
in eos: qui contradixerint eccleſiaſticis principibus, eorumq; iuſſis non
obtemperauerint? aut quare ipſa eccleſia, hanc decernendi pœnam, non
habet poteſtatem: quam cernimus inferioris gradus magiſtratibus ad-
eſſe, atq; in ſuo ſymbolo concedi? ¶ Adde ꝙ cum Samuel propheta ſan 4
ctus conſuleret dominum ſuper petitione populi Iſrael, qua poſtulauit
ſibi regem conſtitui more aliarum nationum: reſpondit illi dominus.
1.regum.8. Audi vocem populi in omnibus: quæ loquuntur tibi. Non enim te ab-
iecerunt ſed me: ne regnem ſuper eos. Iuxta omnia opera ſua, quæ fece-
runt a die qua adduxi eos de Aegypto vſq; ad diem hanc: ſicut dereli-
querunt me & ſeruierunt dijs alienis, ſic faciunt etiam tibi. Nunc ergo
vocem eorum audi. hæc ibi. Certe per hanc regis poſtulationem ipſe Sa-
muel abiectus fuit a populo: & deſtitutus immerito poteſtate iudiciaria
1.regum.7 in totum populum Iſraeliticum, qua multos annos ad prouectam vſq;
1.regũ.12. ætatem integerrime & ſumma cum laude fuerat perfunctus. Siquidem
nouitatis ſtudioſus populus, affectuſq; tædio præſentis tunc modera-
tionis: nouum popoſcit moderatorẽ, qui cauſas totius terræ ſuæ iudica-
ret. quare ea ipſa poſtulatione, Samuelem (quẽ tũc habebat iudicẽ) de-
iecit authoritate iudiciali: quã hactenus in ipſum obtinuerat. Et tamẽ
dominus in verbis ſupra dictis: non ſolũ Samuelem, ſed & ſeipſum eſſe
abiectum conteſtatur. Cur hoc? quoniam iniuſta principis abiectio: in
deum quoq; retorquetur. & contemptus in rectores populi: etiam do-
mino omnium (cuius vices in terris gerunt) irrogatur. Cum igitur præ-
uaricatio legum rectarum, ab eccleſiaſticis præpoſitis cõditarum: diui-
ni itidem præcepti ſecum trahat tranſgreſſionem, ob inhonorationem
Exodi.20 patrum ſpiritualium, quos deus honorari iubet, haud ſecus atq; paren
tes ſecundum carnem: manifeſtum eſt huiuſmodi ſanctionum violatio-

nem, reddere hominem mortalis peccati reum. Quare ergo non poſſunt in ſuarum legum conſtitutione id declarare palam eccleſiæ primores: ꝙ earum tranſgreſſores tam graui malo, labi ſcilicet mortiferæ erunt obnoxij? cum ita ſe habeat res: ꝙ tantum ac tale incurrunt animæ detrimẽ
5 tum. ¶ Ad hæc, quantum diuinæ maieſtatis oculos offendat inobediẽtia hominum in illius mandata: exemplo nobis inter cæteros eſt Saul rex Iſrael, deiectus regali ſolio: ꝙ non obediuerit voci domini in omnimoda extirpatione Amalech: quæ fuerat ei per Samuelem imperata. Vnde & ab ipſo propheta hanc audiuit obedientiæ commendationem: & inobedientiæ deteſtationem. Nunquid vult dominus holocauſta & victimas: & non potius vt obediatur voci domini? Melior eſt enim obedientia q̃ victimæ: & auſcultare magis q̃ offerre adipem arietum. quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare: & quaſi ſcelus idolatrię, nolle acquieſcere. Atqui inobedientia in homines directioni aliorũ prępoſitos & quæ iuſta ſunt iubentes: etiam in deum eſt inobedientia, qui iuſſit illis obtemperandum eſſe. Igitur huiuſmodi inobedientia in primores eccleſiæ, per tranſgreſſionem legũ ab eis poſitarum: deo eſt ſummopere odibilis & inuiſa, hominemq; reddit etiam labis mortiferę reũ, perpetuæq; damnationi obnoxium. Nihil ergo præter ſuum officiũ faciunt eccleſiaſticarum legum conditores: ſi aperta denunciatione depromunt ſuorum ſtatutorum, ad dei honorem, eccleſię decorem, animarũq; ſalutem ſpectantium, præuaricatores: tali pœnæ reddi ſubiectos. cum etiam linguis idipſum tacentibus, res ita ſe habeat: & expreſſio grauitatis pœnæ ferendæ, cautiores reddat homines, abſterreatq; ipſos diligentius a committenda tranſgreſſione. quam fortaſſe perpetrarent: ſi detri-
6 menti quod per eam incurrerent, non eſſent facti certiores. ¶ Demum. Aeterna dei ſapientia in prouerbijs: tale de ſeipſa vere prædicat elogiũ. Per me reges regnant: & legum cõditores iuſta decernunt. per me principes imperant: & potentes decernunt iuſtitiam. Ex cuius præconij ſecunda parte, conſtat vtiq; aliquos eſſe legum conditores: qui duce & directrice diuina ſapientia, iuſta decernunt. legum inquam, non ſolum ciuilium, ad tranquillam in republica agendam vitam conducentiũ: ſed & eccleſiaſticarum, ad ſalutem animarum & Chriſtianæ religionis pietatem inducentium. Huiuſmodi vero leges condere, nihil profuerit: ſi non adhibeatur aperte pœna, earum tranſgreſſoribus irroganda. ꝙ ea prætermiſſa, enerues eſſent & inualidæ leges omnes: quoniam improborum nequitiam ſeueritate pœnæ non coercerent. Igitur æternæ ſapiẽtiæ directione, ab eccleſia & primis eius rectoribus conduntur leges iuſta decernentes: cum intentatione grauis pœnæ in delinquentes. Quare ab ipſo deo, & eccleſia & eius primores hanc acceperunt poteſtatem, & illa in ædificationem & non in deſtructionem recte vtuntur: cum decernunt ſuarum legum præuaricatores, culpæ mortali obnoxios reddi, &

1. regum. 15

Ibidem.

Inobedientiam in homines: etiã in deum redundare.

Prouer. 8

Leges ſine pœnarũ expreſſione: parum prodeſſe.

consequenter æternæ damnationi. Quocirca qui hasce contemnunt leges ecclesiasticas: etiam diuinæ sapiētiæ earum conditrici sunt rebelles.

¶ Ex noui etiam testamenti authoritate colligi: ꝙ ecclesia & eius primates obtineant potestatem condendi leges, sub interminatione grauis pœnæ. Cap. V.

IDem quoq; propositum, ecclesiam scilicet habere potestatem decernendi quippiam cum adiectione pœnę sæpius dictæ, in delinquentes: ex noui testamenti pagina, euangelicis inquam & apostolicis documētis, nunc est deducendum. Et in primis ex eo euangelij loco: in quo dominus noster dixisse perhibetur Simoni Petro, de fratre nolente recipere correctionem. Si ecclesiam nō audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. eiectus videlicet fideliū consortio: & ab eorum communione separatus. Ex quibus æternæ veritatis verbis vtiq; constat, illam deberi pœnam contemptori ecclesiæ: ꝙ habeatur tanq̄ gentilitio cōspurcatus ritu, & societate Christianorum indignus. Igitur ipsa ecclesia in suos contemptores hanc iuste potest decernere pœnam: ꝙ ob huiusmodi contemptum incurrant reatum æternæ mortis, & anathematis vinculo innodentur. Quare perspicuum est, eam posse quippiā decernere: sub obligatione ad certam pœnā. ¶ Rursum. 2

Matth. 18 — Ibidem.

Eodem in loco dicit dominus noster. Vbi duo aut tres congregati sunt in nomine meo: in medio eorum sum. At cum in spiritu sancto legitime congregata vniuersalis ecclesia, synodales statuit sanctiones: vt de ieiunijs obseruandis aut abstinentia ciborum, ad diuini nominis honorem, animarumq; salutem: non illic duo tantum aut tres, sed totum ecclesiæ corpus in præcipuis suis membris est congregatum in nomine domini. Igitur per suam pollicitationē: ipse in medio eorum est. Quæ igitur ibi sanciuntur: ipso CHRISTO authore præcipuo, & spiritu sancto totius concilij illius prȩside, decreta putari debent. Quocirca adiectio illa pœnæ in delinquentes, ꝙ mortiferi criminis labem contrahant: ab ecclesia recte fieri est existimanda, & per occultam domini nostri & spiritus eius inspirationem facta putari debet. ¶ Præterea, de peruersis & improbæ 3

Matth. 23

vitæ præpositis loquens dominus: ait ad subditos eorum. Omnia quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera vero eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. In quibus verbis, gemina vniuersalitatis nota vsus est dominus: ad insinuandū nihil eorum quę recte ac legitime præcipiūtur a prępositis ecclesiasticis etiā peruersis, prætermitti debere a subditis. Quare vbi intentata fuerit ab ipsis rectoribus in præuaricatores, æternæ mortis pœna: debēt etiā subditi suorum prælatorum iussis obtēperare, ne ex inobediētia & contēptu tam graui pœnæ subiaceant. ¶ Insuper dominus noster ad apostolos ecclesiarum primos 4
principes, & ad cęteros eorum in regimine ecclesiæ successores, in spiritu

loquens: ait. Qui vos audit: me audit. & qui vos spernit: me spernit. Lucæ.10
Qui autem me spernit:& eum spernit qui me misit. Quibus sane ver-
bis significat,contemptũ in ecclesiasticos pastores etiam in deum redun
dare:atque in illis,ipsum quoq; deum(cuius agunt vices) contẽni. Nul
lus autem impune deum aspernatur:& citra noxæ mortalis reatũ. Ea-
dem igitur culpa & eos manet: qui rectores ecclesiæ,dei quidẽ vicarios,
habent contemptui. Cum igitur transgressores legum ecclesiasticarum,
suorumq; præpositorum contemptores,eo ipso facto contrahant morti-
feræ culpæ labem:cur nõ poterit ecclesia & eius primores sancire legem
cum huiusmodi determinatione pœnæ,quam etiam,q̃uis expressa non
fuerit,incurrũt? quãdoquidẽ hęc definitio pœnę:periculi eos admonet,
5 ne in illud incidãt. ¶Rursum,beatus Paulus ad Romanos scribẽs:eã-
dẽ illis inculcat salutarẽ doctrinã,his verbis. Omnis anima, potestati- Roma.13
bus sublimioribus subdita sit. Nõ est enim potestas:nisi a deo.quę au
tẽ sunt a deo:ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati:dei ordinationi re
sistit. Qui autẽ resistũt:ipsi sibi dãnationẽ acquirunt. Et reliqua:in ean-
dem sequentia sententiam. Quæ licet ad literam videantur primo loco
intelligi debere de potestate seculari & principe terreno:qui(vt ait ibidẽ
Paulus)non sine causa gladium portat,deiq; minister est,vindex in irã Ibidem.
ei qui male agit.haud minus tamen eadem Pauli verba sane intelligũ-
tur de principe ecclesiastico: & primatum spiritualem in populum dei
gerente. Huius enim potestas:etiam a domino deo est. & qui potestati
huius resistit:dei quoq; ordinationi resistit. At qui dei resistunt ordina-
tioni:ipsi sibi damnationem acquirunt. Ex quo plane conficias,& eum
qui ecclesiasticæ resistit potestati:etiã sibi dãnationem acquirere. Quod
cum ita se habeat,ipsius Pauli testimonio:cur non poterunt ipsi princi-
pes ecclesiastici in suis legibus cõdendis hanc exprimere pœnam,ꝙ ea-
rũ transgressores,rei efficiuntur mortiferæ labis,& æternæ mortis sub-
eant dispendium? cum huiusmodi pœnæ determinatio fiat ad ipsos a
præuaricatione deterrendos,non autem inducendos in damnationem:
salutarisque sit admonitio cauendi periculi. At vero consequentia Pau
li verba de principe,ꝙ non sine causa gladium portat,quodque dei mi Roma.13
nister est,vindex in iram ei qui male agit: non absurde etiam secundo
loco accommodantur ecclesiastico principi.qui non sine causa gladium
excommunicationis exerendum in contumaces defert: deique minister
est, inferens punitionem suæ iurisdictioni cõuenientem,in eum qui ma
le agit:cum mucrone anathematis eum ferit. Manifestum est itaque ex
6 hisce Pauli verbis:quod proponimus,assertum. ¶Verum ne verbo tan
tum res ipsa proposita videatur agi,sed & exemplo: nonne beatus Pau-
lus singularis ecclesiæ magister & princeps, hunc gladium spiritualem
se portare ipso facto monstrauit,cum Corinthium fornicatorem tradi- 1.corin.5
dit satanæ in interitũ carnis: vt spiritus eius saluus fieret in die ipsius

1.timo.1 domini? cum etiam Hymenęum & Alexandrum permisit potestati ma
ligni spiritus: quemadmodum scribit ad Timotheum, vt discant non
blasphemare? Beatus etiam Petrus hũc exeruit gladiũ bisacutum: cum
Actuum.5. Ananiam & Saphiram, ob fraudatum agri precium, subita morte pro-
strauit. Ex quibus exemplis plane constat, apostolos ecclesiæ primos
principes hanc obtinuisse a deo atq; excercuisse potestatem: vt satanę &
etiam repentinæ morti traderent præuaricatores sanctarum suarum le
gum. Atqui non minor est hac nostra tempestate potestas ecclesiæ suo-
rumque pastorum: q̃ fuerit in ipso surgentis euangelicæ lucis exordio.
Non enim per longum temporis decursum imminuta est ea potestas,
aut reddita imbecillior: sed ad finem vsque seculi eadem permanebit
integra & incolumis, secundum domini nostri orationem, qua rogauit
Lucæ.22 pro Petro vt non deficiat fides eius: & iuxta promissionem, qua se no-
Matth.28. biscum futurum omnibus diebus vsque ad cõsummationem seculi, est
pollicitus. Habet igitur & nunc ecclesia sancta ac eius pastores præci-
pui: potestatem intentandi præuaricatoribus suarum legum, reatum le-
thiferi criminis, æternæque mortis damnationem. Ea itaque potestate,
non quidem mendaciter aut insolenter vsurpata sed a deo accepta, recte
vtuntur: cum leges condunt sub huiusmodi pœnis obligatorias, neque
ea in re quicquam præter suum faciunt officium. ¶ Ad hæc, idem apo- 7
stolus sui ministerij in ecclesias potestatem a deo acceptam declarans,
cum magna loquitur authoritate: qua suæ functionis tutatur partes,
2.corin.13. atque easdem in deum refert. An experimentum (inquit) quæritis eius:
1.corin.4 qui in me loquitur CHRISTVS? Et iterum. Quid vultis? in virga
veniã ad vos, an in charitate & spiritu mãsuetudinis? Et post multa, in
sequente eiusdem epistolæ loco, vbi de quibusdam institutis ad hone-
1.corin.14 statem ecclesiastici ordinis spectantibus verba fecit: subiungit. Siquis vi-
detur propheta esse aut spiritualis: cognoscat quæ scribo vobis, quia
domini sunt mandata. Rursum idem, de documentis salutaribus ad
1.thessa.4. vitam æternam necessarijs agens: scribit ad Thessalonicenses. Itaque qui
hæc spernit, non hominem spernit sed deum: qui etiam dedit spiritum
suum sanctum in nobis. Demum vt vno verbo claudamus ex aposto-
lo Paulo desumpta in hanc rem testimonia: idem epistolam ad Hebręos
Hebrę.13 hoc propemodum claudit sermone. Obedite præpositis vestris: & sub-
iacete eis. Ipsi enim peruigilant: quasi rationem pro animabus vestris
reddituri. vt cum gaudio hoc faciant: & non gementes. Hęc autem om-
nia, nonne satis indicant beatum apostolum hanc sortitum esse potesta-
tem: vt quippiam agendum potuerit constituere, cum interminatione
manifesta pœnæ in transgrediẽtes, q̃ rei forent mortiferæ labis aut mor
tis æternæ? Cum enim dominus omnium hanc habeat potestatẽ, cuius
hic partes agit apostolus: consequẽs est & hũc eandẽ habere facultatem.
Quod cum omnibus indubitatum esse merito debeat: cur etiam nunc

ecclesia & eius primi rectores eadem nō fungentur authoritate? aut cur non habent & ipsi facultatem quippiam decernendi: sub consimili pœnę
8 determinatione? ¶Postremum, beatus Petrus in priore sua epistola canonica, ab hac salutari disciplina non discedit: ita scribens. Subiecti 1.petri.2
estote omni humanæ creaturæ: propter deum. siue regi: quasi præcellenti. siue ducibus, tāquam ab eo missis: ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Et paulo post, eodem in loco. Serui subditi estote Ibidem.
in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis, sed etiam discholis. Quæ omnia in eam conueniunt sententiam: subditos obedientiam debere impendere suis præpositis. Et quamuis vtraque sententia modo citata, de principibus & dominis terrenis videatur ad literā intelligēda: haud minus tamen, immo valentiore iure accommodari potest & hæc & illa, ad reges sacrorū: ecclesiasticos scilicet principes dominosq; spirituales. Quibus cū subditi, iure diuino naturali & humano debeāt promptam obedientiam: cur non poterunt ipsi præpositi ad ostendendā grauitatem criminis inobedientiæ, & ad absterrendum suos subditos a scelere tam nefario: apponere qualitatē pœnæ præuaricantibus debitæ?

¶Ciuilis principatus exemplo, dictam ecclesiæ potestatem etiam monstrari: necnon authoritate sacrorum conciliorum, & summorum pontificum. Cap. VI.

Reliquum nunc est, eandem assertionem (quæ perhibet ecclesiam & primores eius posse quicq̄ constituere obligatoria lege: decernente pœnā, reatum peccati mortalis aut dānationis æternæ, in violatores) alijs
1 vijs q̄ ex sacrarum literarum prōptuario astruere. Et primum quidem principis terreni exemplo, qui pro reipublicæ tranquillitate vitaq; ciuiū quieta potest aliquam condere legem: prohibentem (exempli gratia) armorum publicam per plateas vrbis delationem, quibus vnus alium hostiliter impetere queat, aut aliud quippiam consimile: cum hac definitione pœnæ in violatores, q̄ capitis subibunt periculū, extremoq; afficientur supplicio. Et supremi in vrbe magistratus, gerentes summā ciuilis facultatis administrationem: hanc omnium confessione obtinent potestatem, qua reipublicæ paci trāquillæq; dispositioni consulant. Nonne igitur idem in suo poterunt gradu & genere præstare: qui ecclesiasticam moderantur rempublicam? decernere scilicet æquas leges, ad Christianæ pietatis incrementum facientes & sacræ religionis augmentum: cum expressa denunciatione pœnæ in præuaricatores, q̄ mortiferæ labis contagio labefactabuntur, æternæq; damnationi subiacebunt. Quod enim est mors corporalis, inflicta pro supplicio in republica ciuili: omnino opposita fini ad quem ordinatur huiusmodi status, scilicet vitæ temporali tranquillæ ipsorum ciuium. idem prorsus est mors animæ peccatumq; lęthiferum, aut mortis æter-

Principes terrenos: pœnā suis legibus adijcere.

næ reatus, in republica ecclesiastica: qui aduersatur fini per ecclesiasticã administrationem petito, saluti scilicet animarum fidelis populi. Quod si quis abneget hanc adesse facultatem ecclesiæ & primoribus eius, determinandi talem pœnam in suarum legum trãsgressores: maiorem is authoritatem tribuat & vim obligatoriam ciuilis reipublicę principibus, q̃ ecclesiasticis, oportet. quod possint illi suos subditos constringere ad certum pœnæ genus, transgressoribus inferendum: hi autem idipsum non possint. Sed quid hoc aliud est, q̃ ciuilem rẽpublicam præferre ecclesiasticæ: corpus animæ, carnem spiritui: terram cælo? Quid item illud est nisi ecclesiasticum ordinem prorsus deprimere, extenuare, & eneruare: cum illi denegatur adesse vis coercens improbos per pœnæ comminationem? ¶ Præterea, summi põtifices etiam circa prima ecclesiæ nascentis tempora, & qui deinceps illos sunt consecuti: decernunt in suis sanctionibus sæpenumero sententiam excommunicationis in suorum decretorum violatores. iubentque quippiam obseruari sub æternæ damnationis interminatione aut anathematis censura: quod vel omnibus est notissimum. Concilia quoque generalia in suis canonibus synodalibus sanciunt aperte eos qui talium fuerint canonum præuaricatores: cõmunione priuari debere, aut anathemate percelli. Vt liquido prodũt nonnulli canones apostolorum, repositi in ordine octo & quadraginta canonum apostolicorũ: per Clemẽtem in certam seriem digestorũ. nõnulli etiam canones concilij Niceni, & concilij Gangrensis: idem pandunt. in cuius posterioris ferme singulis canonibus, decernitur anathema in eos: qui talium fuerint violatores, aut facere tentauerint quod illi vetãt. Et cõsimili modo si per aliorum conciliorum canones lubet discurrere: occurrent sane quamplurimi, ferentes excommunicationis sententiam in illorum transgressores. Atqui priuatio communionis fidelium non infertur cuiquam, nisi propter mortiferæ culpæ reatum: & præsertim inobedientiam in præpositos & ecclesiam, contumaciæ annexam. Ergo omnia huiusmodi summorum pontificum & synodalium consessuum decreta, ferũtur sane obligatorio vigore: cum certa determinatione pœnæ sæpius explicatæ, in præuaricatores. ¶ Cum igitur id noscatur ecclesia & supremi eius præsides, ab ipso legis euãgelicę exordio semper obseruasse: quid nũc in dubiũ idipsum reuocãt nonnulli ecclesiasticę potestatis impugnatores? aut tanquam problematicum proponunt idem, in vtramuis partem disceptandum: quod nunquam apud ipsam ecclesiam aut patres orthodoxos problematicum fuit, & anceps? sed semper indubitatũ apud ipsos, omninoque persuasum habitum est: ecclesiã posse suos filios obstringere sub talis pœnæ definitione, & huiusmodi leges obligatorias: eo (qui dictus est) modo constituere. Quinimmo vt amplius aliquid adijciatur supra dictis, qui addubitat aut disceptatorio more discutiẽdum id censet, an ea potestate prædita sit ecclesia: ambigat

(margin, line "tionem? ¶ Præterea"): 2

(margin, line "pœnæ sæpius explicatæ"): 3

(margin note): Non esse problematicũ: an ecclesia possit ad pœnam suos obligare.

etiam necesse est, an ecclesia & primi eius rectores potestatem habeant fe rendi sententiam excommunicationis in quępiam. quæ tamen facultas excommunicandi, omni penitus iure, diuino, naturali, & humano: ipsi ecclesiæ competit. Nempe si excommunicatoria potestas ecclesiæ conceditur, sicuti debet admitti: protinus consequens est, & ipsam obtinere facultatem constituendi quippiam, cum intētatione mortiferi reatus aut damnationis æternæ in transgressores. Et contra qui hanc ecclesiæ denegat potestatē: omnem etiam tollit ab ea & præpositis eius excōmunicandi vim atq; authoritatē.

4 ¶ Et hæc plane est determinatio theologicæ facultatis studij Parisiensis (cuius, licet indignus, sum alūnus) superioribus diebus post maturam & exactā discussionem facta: omniū consensu vnanimiq; sentētia. ecclesiam scilicet posse obligatoriū quippiam constituere sub pœna peccati mortalis: ad sensum prius crebro explicatum. Determinatio facultatis theologicæ: studij Parisiensis.

Hanc autem declarationem doctrinalē & publicam, prædicta sacra facultas tum fecit: non quidem vt per eam definitionē, assertio illa suæ haberet veritatis exordium. vt quæ ab ipso legis euangelicę exortu semper habuerit solidā suæ veritatis firmitatem: neq; vnq̃ ecclesiæ sanctæ dubia fuerit aut anceps, priscisve patribus eius ambigua. Sed vt importunitatibus hæreticorum ecclesiasticam authoritatem hac tēpestate eneruare volētium: oportuna hac & prouida determinatione cautius occurreret. Viamq; præcluderet illorum improbitati: per libertatem suam licentiosam & Lutheranā, omnem ecclesiastico gradui adimere vigorē, vim & robur volentium. Itaq; per huiusmodi theologicæ facultatis definitionē, prædicta propositio (quæ nunq̃ non fuit vera: & firmæ apud ecclesiam certitudinis) manifestata iam eius firmitudine atq; veritate: denunciata est palam, q̃ talis debeat posthac haberi, & sine hæsitatione teneri. Et ita quod semper verum fuit: iam declaratum est, semper fuisse tale, & semper deinceps habendum esse tale. Quēadmodum in sacrosanctis synodis, circa prima conciliorum tempora celebratis: declarata sunt apertius orthodoxæ fidei mysteria, circa nonnullos eiusdem articulos. non quidē q̃ tunc illi primum acceperint suę veritatis exordium: vt qui semper veri fuerint & indubitati. sed quoniam ad obuiandum improbis hæreticorū conatibus: illorum veritas amplius elucidata est & manifestata post accuratā disquisitionē. Et ita quantum ad apertiorē manifestationem veritatis illorum articulorum: dicūtur illi in sacrosanctis illis cōcilijs fuisse determinati.

5 ¶ Verum instabit quispiam, eximios & celeberrimi nominis scriptores: illius propositionis ita vt dictū est, determinatę, oppositam asseruisse partē, sensisseq; & scripto reliquisse: ecclesiā & primores eius nequaq̃ obtinere potestatē ita subditos suos obligādi sub prædictę pœnæ interminatione. Alios vero, tanq̃ problematicum, illud assertū tenuisse: & quod in vtramlibet partem cum probabilitate possit defendi. Non igitur (dicet) declinandum erit firmiter in partem il- Obiectioni aduersariorum dilutio

lius dicti assertoriam: quæ & supra est diffuse ostensa, definitioneq́ doctrinali determinata. ¶ Cui adhibenda est responsio, nullum in primis catholicum doctorem reperiri posse: qui trãsgressores ecclesiasticarum legum asserat non peccare mortaliter. Siqui tamen prædictæ veritati de potestate ecclesiæ ad obligãdũ suos subditos sub graui pœna peccati aut damnationis æternæ, refragari comperiantur scriptores: illi eo in negocio non habendi sunt tantæ authoritatis, vt propter eã & sacræ scripturæ relinquatur sententia, & rectæ rationis iudiciũ. Siquidem cũ vna ex parte militat multiplex scripturæ testimonium, pariter cũ rectæ rationis censura: altera vero ex parte & opposita quidem, pugnat alicuius particularis scriptoris aut plurium sententia: protinus hæc prætermittenda est, tanq̃ minoris ponderis atq́ mom ẽti. & solidior illa, validioribusq́ munita præsidijs sententia: capessenda. Quod & in proposita materia factitandũ est, ingenueq́ fatendum: prædictos scriptores (salua semper nominis eorum reuerẽtia) hac in parte hallucinatos fuisse: aberrasseq́ humano more, a recto veritatis calle. illudq́ vulgatũ verbum habere in eis locum: q́ ecclesia tota errare non potest, potissimum in ijs quę fidei sunt & morum: sed quosdã particulares in ea, humano posse trahi errore. ¶ Quocirca censendum est, nunquam ecclesiam aut primos eius 6
Nõ esse deferendũ ijs qui negarẽt vim ecclesiæ obligatoriam. moderatores sensisse: prædictam propositionẽ esse problematicã, eiusve oppositam recte astrui posse. nonnullos tamen priuatos scriptores perhibuisse: & illã problematicã esse, & etiam negari posse. Quorũ tamen nequaq̃ sequendũ est iudiciũ: ob maioris authoritatis pondus, in alterã partẽ animos piorum inflectens, sacræ scilicet scripturæ authoritatẽ. ex qua multifariã est deducta per rectã ratiocinij legẽ, & approbata: dicta propositio. ¶ Neq́ ægro ferrent animo scriptores illi, si adhuc forent superstites: suam relinqui sentẽtiã ob grauiorẽ scripturæ sanctæ authoritatẽ, rectæq́ rationis iudicium. Neq́ indignarẽtur, nos ab eorũ desciscere placitis in hac materia: valẽtioribus ad hoc rationibus & testimonijs inductos. qui in eorũ verba nequaq̃ iurauimus: sed in veritatis professionem, cum haberi potest exploratior atq́ perspectior. ¶ Essent enim 7
ea animi modestia præditi: vt cum beato Augustino in prologo tertij libri de trinitate, perquam lubenter eorum quisque diceret: quod in volumine decretorum, distinctione nona, cap. noli. ita adducitur. Noli meis literis, quasi canonicis scripturis, deseruire. sed in illis, & quæ non credebas: cum inueneris, incunctanter crede. In istis autem, quod certum non habebas: nisi certum intellexeris, noli firmum tenere. Diceret & eorum quisque lubens, quod scribit idem venerandus pater Augustinus ad Vincentiũ Victorem libro secundo, citaturque in supra dicta distinctione nona, cap. negare. in hunc modum. Negare non possum nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis: quæ possunt iusto iudicio & nulla temeritate culpari. hæc ille.

Augustinus

Idem.

Rursum nec dedignarentur illi scriptores assentiri verbis Augustini in epistola ad Vincētiū: quæ in supradicta distinctione, cap. noli frater. citantur hoc modo. Hoc genus literarū (scripta scilicet episcoporum: sicut Hilarij & Cypriani) ab authoritate canonum distinguendum est. Non enim sic legūtur, tanq̄ ita ex eis testimoniū proferatur: vt contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint, q̄ veritas postulat. Demum nec adducto supercilio fastidiosi recusarent ijdem scriptores proferre, veraq; fateri verba Augustini: quæ in prædicta distinctione nona, in eandem sententiā adducūtur. cap. ego solis. & cap. quis nesciat. & cap. neq; quorumlibet. ¶ Ex quibus dilucidum est, neminem vsqueadeo debere addictum esse cuiuis scriptori: vt quæcunq; dixerit ille, irrefragabilis esse putentur veritatis, aut tanq̄ oracula prophetarū, habenda. Sentit enim Aristoteles in Ethicis: philosophos etiā sua dicta, pro veritatis incolumitate refellere debere. quāto magis quisq; Christianæ pietatis amator, & sua & aliorum in quos singulari afficitur amore dicta, incunctanter debet abijcere: vbi illa veritati cognoscūtur aduersari? Est enim veritas: semper amicitiæ præferenda. Porro ad fulciendam solidius ipsius ecclesiæ incōcussam authoritatē: magnum etiā afferunt momentū duo libri percelebris & eruditione eximij viri, Ioānis Cochlei, Frācfordij, de authoritate ecclesiæ inscripti. in quibus pręclare tutatur ipsius ecclesiæ partes & iura: contra improbos Lutheranorū insultus. Idem quoq; & inuicta animi magnitudine infractisq; viribus: vt fortis athleta pro domo domini, in libro de fomite peccati, & alijs in hac tempestuosa rerum procella a se æditis operibus: dimicat intrepidus & manus conserit cū prędictis hostibus ecclesiæ, imbelliaq; ipsorum tela generose retundit.

Augustinus ad Vincentium.

8

Aristoteles.

Ioānes Cochleus.

¶ Sacrorum patrum frequenti testimonio commendari obedientiam subditorum in ecclesiasticos præpositos: etiam peruersos, sceleratos & improbos. Cap. VII.

Vt autē testatius reddatur & perspectius, quod præcipue hic molimur: vtpote fideles omnes, ecclesiæ sanctæ & præpositis suis obedientiam debere: adducenda sunt hoc in loco nonnulla sanctorum patrum dicta, ad eam ipsam obedientiam præstandam salubriter admonentia: & ab inobedientia in prælatos ecclesiasticos, maxime dehortantia. Inter quos primo loco occurrit sanctus Ignatius, episcopus Antiochenus & martyr inclytus: qui in secunda epistola sua, quę est ad Magnesianos ex Smyrna, ita scribit. Dignum est & vos obedire episcopo vestro: & in nullo ei cōtradicere. Terribile est enim: tali contradicere. Non enim istū visibilē quis spernit: sed illum inuisibilem in eo contēnit, qui non potest a quoq̄ contēni. Hic enim non ab homine: sed a deo habet promotionē. Dicit enim deus Samueli: de cōtemptoribus eius. Non te spreuerunt: sed me. Nam

1

Ignatius.

1. regum. 8.

Exodi.16. & Moyſes,populo aduerſum ſe murmuranti:ait.Non enim aduerſum
nos murmuraſtis:ſed aduerſus dominum deum. Nemo enim inultus
Nume.16 remanſit:qui ſe contra potiores extulit.Deniq; in lege Dathan & Abi-
Ibidem. ron,Moyſi reſiſtẽtes:viui ad inferos depoſiti ſunt.Sed & Chore,& qui
conſpirauerunt cum eo aduerſus Aaron, ducenti quinquaginta : igne
2.regum.18 conſumpti ſunt.Abſalon etiã parricida exiſtens:diuino iudicio arbori
appenſus eſt.ſed & cor eius quod mala cogitauerat:ſagittis tranſfixum
3.regũ.22 eſt.Nam & Achab & Aman:nihilo minus propter ſimilẽ cauſam mor-
Hester.7 te plexus eſt.Ozias quoq; leproſus factus eſt:qui contra ſacerdotes,ſa-
2.para.26. cerdotium auſus eſt arrogare.Saul etiã ſacrificare præſumens:regali di
1.regum.13 gnitate dehonoratus eſt,non expectans principem ſacerdotũ Samuelẽ.
Oportet ergo & nos:revereri potiores.Et dignũ eſt,non ſolũ vocari nos
Chriſtianos:ſed etiã eſſe.non enim dicere,ſed eſſe:facit beatũ.hæc Igna-
Cyprianus. tius ibidem.¶Accedit illi & Cyprianus,pontificali etiam dignitate &
martyrio illuſtris: ita ſcribens ad Cornelium papam in epiſtola tertia
Gala.5. primi libri ſuarum epiſtolarum.Cum ſcriptũ ſit,neq; maledici regnum
Matth.5. dei conſequentur.& iterum in euangelio ſuo dominus dicit. Qui dixe-
rit fratri ſuo fatue, qui dixerit racha:reus erit gehennæ ignis.quomo-
do poſſunt cenſuram domini vltoris euadere:qui talia ingerunt non ſo-
lum fratribus,ſed & ſacerdotibus? quibus honor tantus de dei digna-
tione conceditur:vt quiſquis ſacerdoti eius & ad tempus hic iudicanti
non obtemperaret,ſtatim necaretur.In Deuteronomio enim:dominus
Deute.17 deus per Moyſem loquitur dicens. Et homo quicunq; fecerit in ſuper-
bia, vt non exaudiat ſacerdotem aut iudicem quicunq; fuerit in diebus
illis:morietur homo ille,& omnis populus cũ audierit,timebit:& non
agent impie etiã nunc. Item ad Samuelem, cum a Iudæis ſperneretur:
1.regum.8. deus dicit.Non te ſpreuerunt:ſed me ſpreuerunt. Et dominus quoq; in
Lucæ.10 euãgelio.Qui audit(inquit)vos:me audit,& eum qui me miſit.& qui
reijcit vos:me reijcit. qui autem me reijcit: reijcit & eum qui me miſit.
Matth.8 Et cum leproſum mundaſſet:vade(inquit)& demonſtra te ſacerdoti.Et
cum poſtea tempore paſſionis alapam accepiſſet a ſeruo ſacerdotis:cũq;
Ioan.18. ei dixiſſet.ſic reſpondes pontifici?aduerſus pontificem dominus contu
melioſe nihil dixit,nec quicq̃ de ſacerdotis honore detraxit:ſed innocen
tiam ſuã magis aſſerens & oſtendens, ſi male (inquit) locutus ſum : ex
Actuũ.23 probra de malo.ſi autem bene: quid me cædis?Item in actibus apoſto-
lorum poſtmodum beatus Paulus cum ei dictum eſſet: ſic inſimulas in
ſacerdotem dei maledicendo? q̃uis domino iam crucifixo, ſacrilegi &
impij & cruenti,illi eſſe cœpiſſent, nec iam quicq̃ de ſacerdotali honore
& authoritate retinerent : tamen ipſum,q̃uis inane nomen & vmbram
quandam ſacerdotis,cogitãs Paulus,neſciebam fratres(inquit)quia põ-
Exodi.22. tifex eſt.Scriptum eſt enim.principem populi tui non maledices. Cum
hæc igitur tanta ac talia, & multa alia exempla præcedant,quibus ſa-

cerdotalis authoritas & potestas, diuina dignatione firmatur: quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes & cõtra ecclesiam sanctã rebelles, nec præmonentis domini comminatione vel futuri iudicij vltione terrẽtur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata: nisi inde, ꝙ sacerdoti dei non obtemperatur, nec vnus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice CHRISTI cogitatur. hæc Cyprianus. Et cõsimilem pene sententiam de honorandis sacerdotibus repetit idem constrictius, in epistola nona quarti libri: quã scribit ad Florentium Pupianum, obtrectatorem in sacerdotes domini. Ex inhonoratione sacerdotũ hęreses & schismata nasci

3 ¶Audiatur deinde hoc loco & beatus Bernardus in sermone sexagesimo sexto super cantica canticorum, acerrime increpitans peruersam nonnullorum hæreticorum doctrinam: qui dicunt eundem non posse esse episcopũ & peccatorem. quos mira acrimonia & scripturæ exemplis: hoc modo cõfutat. Iam vero (inquit) qui ecclesiam non agnoscunt: non est mirum si ordinibus ecclesiæ detrahunt, si instituta non recipiunt, si sacramenta contẽnunt, si mãdatis nõ obediũt. Peccatores (inquiũt) sunt apostolici, archiepiscopi, episcopi, presbyteri: ac per hoc, nec dãdis nec accipiẽdis idonei sacramẽtis. Nunq̃ vero duo ista cõuenient: episcopũ esse & peccatorem. Falsum est. Episcopus erat Caiphas, & tamen quantus peccator: qui in dominum, mortis dictabat sententiam. Si negas episcopum: arguet te testimonium Ioannis, qui eum in testimonium sui põtificatus etiam prophetasse refert. Apostolus erat Iudas, & licet auarus & sceleratus: electus a domino. An tu de illius apostolatu dubitas: quem dominus elegit? Nonne ego (inquit) duodecim vos elegi: & vnus ex vobis diabolus est? Audis eũdem electum apostolum, & extitisse diabolum: & negas posse esse episcopũ, qui peccator est. Super cathedram Moysi: sederunt scribæ & pharisæi. & qui non obedierunt eis tanq̃ episcopis: inobedientiæ rei fuerunt etiam in ipsum dominum, præcipientem & dicentem. quæ dicunt: facite. Patet q̃uis scribæ, q̃uis pharisæi, q̃uis videlicet maximi peccatores: propter cathedram tamen Moysi, ad eos quoq; nihilo minus pertinere: quod item dixit. Qui vos audit: me audit. & qui vos spernit: me spernit. hæc Bernardus ibidem. Bernardus. Ioan. 11. Matth. 26. Ioan. 11. Ioan. 6. Matth. 23. Lucę. 10.

4 ¶Præterea, obedientiam in domini sacerdotes esse præstandam: admonet & Origenes homelia vicesima super Lucam, dicens. Nunc quoq; scribitur: ꝙ IESVS descendit cum eis (parẽtibus scilicet suis) & venit Nazareth, & subijciebatur eis. Discamus filij, subiecti esse parentibus nostris: maior minori subijcitur. Nam quia maiorem Ioseph videbat ætate: propterea eum, parentis honore coluit, omnibus filijs exemplum tribuens: vt subijciãtur parentibus, Qꝫ si patres ijs non fuerint: subijciantur ijs qui patrũ ætatem habẽt. Quid loquor de parẽtibus & filijs? Si IESVS filius dei subijcitur Ioseph & MARIAE: ego non subijciar episcopo, qui mihi a deo ordinatus est pater? non subijciar presbytero: qui mihi domini digna- Origenes. Lucę. 2. Exẽplo domini nostri obediendũ esse sacerdotibus.

tione præpositus est? Puto ꝙ intelligebat Ioseph: quia maior se erat IESVS, qui subijciebatur sibi. & sciens maiorem esse subiectum: trepidus moderabatur imperium. Videat ergo vnusquisque: ꝙ sępe melioribus præpositus sit inferior. & nonnũquam accidat, vt ille qui subiectus est: melior sit eo qui sibi videtur esse præpositus. Quod cum intellexerit dignitate sublimior: nõ eleuabitur superbia ex eo ꝙ maior est. sed sciet ita sibi meliorem esse subiectũ: quomodo & IESVS subiectus fuit Ioseph. hæc Origenes. ℭ Eadem quoq; euãgelistæ verba modo adducta de obe 5
dientia domini nostri & subiectione ad parentes eius, pertractans bea-
Lucæ. 1 tus Bernardus in homelia prima super euangelium. Missus est angelus Gabriel a deo. dominicæ incarnationis enarratorium: ad amplectẽ-
Bernardus. dam obedientiæ promptitudinem, quemq; his verbis exhortatur. Disce homo obedire, disce terra subdi: disce puluis obtemperare. De authore
Lucæ. 2. tuo loquens euangelista: & erat (inquit) subditus illis, haud dubium: quin MARIAE & Ioseph. Erubesce: superbe cinis. Deus se humiliat: & tu te exaltas. Deus se hominibus subdit: & tu dominari gestiens hominibus, tuo te præponis authori. Vtinam mihi aliquando tale aliquid cogitanti deus respondere dignetur: quod & suo increpando dixit apo-
Matth. 16 stolo, Vade (inquit) post me satana: quia nõ sapis ea quæ dei sunt. Quotiens enim hominibus præesse desidero: totiens deum meum præire cõtendo, & tunc vere non sapio ea quæ dei sunt. De ipso nãq; dictum est: & erat subditus illis. Si hominis o homo imitari dedignaris exemplũ: certe non erit tibi indignum, sequi authorem tuum. Sed non potes forsitan sequi eum quocunq; ierit: dignare vel sequi quo tibi condescendit. Hoc est, si nõ potes sublimem incedere semitam virginitatis: sequere vel deum per arctissimam viam humilitatis. A cuius rectitudine siqui de
Apoca. 14 virginibus deuiauerint: vt verum fatear, nec ipsum sequũtur agnũ quocunq; ierit. hæc Bernardus. ℭ Insuper sanctus Maximus, obediendum 6
esse præpositis ecclesiæ & legibus per eos latis: in quodam sermone de
Maximus ieiunio quadragesimæ, ita confirmat. Sacrarum (inquit) literarum exẽpla protulimus: quibus approbaremus hunc quadragenarium numerum non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratũ: nec terrena cogitatione initiatum, sed cælesti maiestate præceptum. Et paulo post, de eadem loquens materia: ait. Hęc autem non tam sacerdotum præcepta: q̃ dei sunt. atq; ideo qui ea spernit: nõ sacerdotem spernit, sed CHRISTVM: qui in suo loquitur sacerdote. hæc ille. Quæ etiam locũ habent & veritatem in cæteris constitutionibus ecclesiasticis quibuslibet: non in solo ieiunio. ꝙ ipsa scilicet instituta ecclesiæ: nõ tam sacerdotum præcepta q̃ dei sunt. & idcirco qui ea spernit: non sacerdotem spernit sed deum, qui in suo loquitur sacerdote. ℭ Demum in eandem conueniũt sententiam & reliqui patres sancti: qui scriptis suis ecclesiam dei mirifice illustrarunt. A quorum testimonijs hic citandis supersedẽdum

duxi:ne prolixitate nimia fastidiũ ingeratur legentibus,in re vel sine testibus clarissima.Itaq; prætermissis illis:de ieiunio primũ,deinceps de ciborum abstinentia secundum ecclesiasticas leges obseruanda:determinationem facere aggrediar.

¶Ex veteris & noui testamenti pagina plane colligi: ꝙ ieiuniũ, diuini sit præcepti.hominesq; præcepto dei & nõ solum humano instituto:obligari ad ieiuniorũ obseruationem. Cap.VIII.

De ipso quidem ieiunio,principium nostræ pertractationis,necessarium & cõueniens id esse censebitur:si in ipso vestibulo eius atq; primo in limine ostendatur tã antiquæ legis q̃ nouæ testimonio, ipsum a deo præceptum esse:& diuini præcepti authoritate obstringi homines ad illius obseruantiam.Ad quod astruendum, iisdẽ fere vtemur rationibus & scripturarũ testimonijs,quibus idipsum fulcire moliti sumus annis superioribus in opusculo de vita & moribus sacerdotũ.Vbi etiam aliqua annotauimus non aspernãda,de continentia sacrorũ ecclesiæ ministrorũ:ad præcedentis libri materiam haud parum cõducibilia.Itaq; ad ostendendã rem propositã, deũ scilicet præcepisse hominibus ieiuniorũ obseruationẽ:eamq; ex diuino pẽdere præ-

1 cepto,sit hæc prima ratio. ¶De festo expiationis celebrãdo loquẽs dominus ad Moysem : Leuitici decimosexto capite ait.In hac die, expiatio erit vestri atq; mũdatio: ab omnibus peccatis vestris coram domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis est: & affligetis animas vestras religione perpetua.Idẽ etiam præceptũ festi illius ita celebrãdi: repetitur Leuitici vicesimotertio capite,hoc pacto. Decimo die mensis huius septimi,dies expiationũ erit celeberrimus,& vocabitur sanctus: affligetisq; animas vestras in eo.Et paulo post,eodẽ in loco. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hoc:peribit de populis suis.Ostẽdit vtique hæc grauis cõminatio domini: eam animæ afflictionẽ quæ inibi faciẽda imponitur,diuino iuberi præcepto,non suaderi cõsilio.Atqui ea afflictio animæ,qua de fit illic sermo : secundũ expositores omnes dicitur esse carnis per ieiuniũ emaceratio.quandoquidẽ in alijs scripturæ locis,vt Numeri tricesimo capite,& Esaiæ quinquagesimo octauo:inuenitur secundũ eum sensum cõsimilis loquẽdi modus.Igitur in gemino illo Leuitici loco iam citato:præcipitur diuina authoritate ieiunium. ¶Neq; locũ hic habet nonnullorũ subterfugium,qui causantur illud domini institutũ,ad veteris legis cærimonias ac ritus pertinere: & ergo ipsum vna cũ lege Mosaica iam abolitum esse & abrogatum.Nam ieiuniũ,si substantiam eius attendas & generalẽ tantum rationem: ad mores componẽdos spectat & ad moraliũ præceptorũ sortem.haud minus q̃ decem præcepta decalogi:& q̃ oratio & eleemosyna,comites eius indiuidui.Quocirca ipsum ieiunium,ad nouæ legis etiam pertinet statum,

Leuiti.16

Leuiti.23

Cauilli aduersariorũ dilutio.

Ieiuniũ:ad noui etiã te ſtamenti ſta tũ pertinet.

ſecundum illam conſiderationem:nec minus in hac q̃ in antiqua, præcipi a deo intelligitur. Haud tamen inficiandum eſt, huiuſmodi ieiunium in Leuitico expreſſum,ſi particulares in eo temporis loci & modi circunſtantias attendas:cærimoniale eſſe. & quantum ad illas actionis partes,ipſum non traduci in euangelicæ legis decurſum:ſed ad ſolã Moſaici ritus obſeruationẽ pertinere,& cum illo iam eſſe antiquatum. Verum non eſt ſecundum hanc particularem rationem hic habenda ieiunij conſideratio : ſed tantummodo ſecundum communem atq; generalem eiuſdem modum,ſuo ambitu vniuerſalia tantum complectẽtem.

¶Secunda ratio. Iohel propheta in primo capite ſimiliter & ſecundo: 2

Iohe. 1 immo per eundem prophetam dominus ait Iudæis. Sanctificate ieiunium:vocate cœtum. Et rurſum ſecũdo eiuſdem capite:dicit dominus.

Iohe. 2 Conuertimini ad me in toto corde veſtro:in ieiunio,& fletu & planctu. & ſcindite corda veſtra: & non veſtimenta veſtra. Quæ omnia, planum eſt a domino illic dici per modum præcepti: non autem conſilij tãtum, aut benignæ admonitionis. Sanctificare autem ieiunium, quid aliud eſſe putari debet:q̃ ipſum in ſanctimonia & puritate obſeruandum toti populo indicere,indictumq; obſeruare? quinimmo per ieiunij abſtinentiam:ipſum populum præparare ad dei cultum atq; venerationem? Et quoniã in poſterioribus illis prophetæ verbis, conuerſio fidelis populi in toto corde ſuo,diuino iuſſu præcepta inſinuatur:nonne ſimiliter & ipſe conuertendi modus,vtpote q̃ fiat in ieiunio,fletu & plãctu,dei etiam præcepto ibidem indicitur? Immo ſicut ipſe fletus & planctus,& ipſa cordis intima cõpunctio atq; contritio,non autem exterior veſtimẽtorum diſciſſio,ſignificatur ibidem cõueniens eſſe medium quo conuertatur peccator populus ad dominum:ita & ieiunium, illis eodem ſermonis contextu annexum,haud minus q̃ cætera intelligitur illic præcipi,tanq̃ adminiculum deo gratum:quo fiat illi accepta ad meliorẽ vitæ frugem conuerſio.

Quid eſt ſanctificare ieiunium.

¶Tertia. Zachariæ ſeptimo capite: dominus ad 3

Zacha. 7 ſacerdotes Iudæorum & ad omnem populum dixiſſe legitur. Cũ ieiunaretis & plangeretis in quinto & ſeptimo,per hos ſeptuaginta annos: nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? Et octauo eiuſdem prophetæ capite.

Zacha. 8 Hæc dicit dominus exercituum. Ieiunium quarti & ieiunium quinti,& ieiunium ſeptimi,& ieiunium decimi:erit domui Iudæ in gaudiũ & lętitiam, & in ſolennitates præclaras. Ex quibus verbis conſtat, Iudęos ſaltem poſt euerſionem vrbis Solymæ & templi,in captiuitate Babylonica verſatos, quinimmo & poſt illius captiuitatis abſolutionem: aſſuetos eſſe obſeruare ieiunia,indicta in quarto menſe & quinto,ſeptimoq; & decimo. Illa autem,nullius authoritate niſi ſolius dei: indicta atq; ordinata putari debent. Nam ſi humana tantum traditione & per hominum ſolummodo cõſtitutionem, fuiſſent inducta apud eos illa ieiunia:non meminiſſet (vt vero ſimile eſt) illorum dominus per prophe

Apud Iudæos ex dei præcepto: iſtituta fuiſſe ieiunia.

tam, neq; pollicitus fuisset: eadem demũ in gaudium & hilaritatem conuertenda. Manifestat igitur locus ille propheticus: apud Iudæos fuisse ieiunia, diuino iussu constituta. ex quo protinus est consequẽs: & ipsum ieiunium ex diuino pendere præcepto, deiq; authoritate sancitum esse.

4 ¶Quarta ratio. Angelus Raphael diuinæ dispẽsationis sacramẽtum, circa vtrunq; Tobiam, patrem & filiũ, angelico ministerio factum, aperiens: ait inter cætera. Bona est oratio cũ ieiunio & eleemosyna: magis q̃ thesauros auri recondere. Tobiæ.12 Vbi sanctus angelus domini ieiunium annexuit alijs duobus satisfactionis operibus, orationi & eleemosynæ: tãquam conuenientissimis illi comitibus, & sine quibus esse gratum deo non soleat ieiunium. Qua quidem coniunctione vnius cũ cæteris duobus, subindicauit: idem prorsus habẽdum esse de tribus illis iudicium, quantum ad diuini præcepti obligationem atq; obstrictionem. vt si vnũ illorum, a deo præceptum fuisse ostendatur: eodem prorsus iure cõuincantur & cætera duo illi annexa, etiam a deo esse præcepta. Atqui orationem & eleemosynam, diuina iussione præcepta esse, ambigit nemo: ꝙ ex multis scripturæ locis id compertũ habeatur. Igitur & ieiunium, illis duobus sacra quadam societate & consortio adiectũ: consimili iure

5 intelligi debet etiam a deo præceptũ esse. ¶Quinta. Eadem quoq; tria opera satisfactoria, eleemosyna oratio, & ieiuniũ: a domino nostro, Matthæi sexto capite, rursum connectuntur, & singillatim explicãtur: quomodo sint recte exercenda. Vbi cum de duobus primis, peculiaris factus est sermo: de tertio demum subnectit. Cum autem ieiunatis: nolite Matth.6. fieri sicut hypocritæ, tristes. Ex qua loquendi forma ac specie, præsupponit ipse dominus, esse ieiunandum: tanquam id diuino præcepto sit indictum, sicut & orandum & erogandam pauperibus eleemosynam. edocetq; salubriter, quomodo salutare fieri debeat ieiunium: cui & magnum attestatur in cęlo repositum esse præmiũ. Tu autem cum ieiunas Ibidem. (inquit) vnge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito. & pater tuus qui videt in abscondito: reddet tibi. Itaq; siquis diligenter attendat eam formã verborum, qua vtitur dominus noster in illis tribus bonorum operum generibus explicandis: ex consimili pene verborum contextu deprehendet ipsum subinsinuare voluisse, ꝙ eadem obligatione, diuini scilicet pręcepti præscripto, obstringantur homines ad illa tria, loco & tempore accõ

6 modo, exercẽda. ¶Sexta ratio. Marci nono capite legitur dominus noster discipulis suis dixisse. Hoc genus dęmoniorum non eijcitur: nisi in Marci.9. oratione & ieiunio. Vbi secundum probatos expositores, per genus illud dęmoniorum: intelligitur mystice pętulantia carnis rebellis in spiritum, & illicientis ad desideria mundi. Quæ non nisi oratione implorante diuinum auxilium contra huiusmodi insultus, & ieiunio castigãte corpus atq; in seruitutem redigẽte: reprimi potest & frenari. Notum

est autē, omnes diuino teneri præcepto : ad eijciendū id genus dæmo-
niorū, reprimendāq; carnis insolentiā in spiritū. quoniā vt ait aposto-
Roma.8 lus,qui in carne sunt:deo placere non possunt. Et si secundū carnē vixe-
1.corin.15 ritis:moriemini. Caro etiā & sanguis:regnū dei non possidebunt. Igi-
tur etiā obligantur omnes fideles diuino præcepto ad ea media atque
adminicula capessenda:sine quibus eū finē attingere non possunt. Ob-
stringuntur ergo diuino præcepto ad ieiuniū,sicut & ad orationem:ꝙ
sine illis non possit sæuū illud dæmonium expelli. ¶Septima. Diuino 7
Matth.16. præcepto astringuntur Christiani qui volūt post dominū venire:ꝙ ab-
Ioan.12. negent semetipsos,tollantq; crucē suā & sequantur eū.ꝙ etiā animā suā
odio habeant in hoc mundo:vt in vitā æternam custodiant eam. Nam
Lucæ.14 qui non oderit animā suā:non potest CHRISTI esse discipulus. Quo-
modo autē quis seipsum debeat abnegare,& tollere crucē suam,odioq;
animam suā prosequi : non explicuit dominus in euangelio particula-
tim,sed magisterio spiritus sancti reliquit illud explicandū per aposto-
los & eorū successores in ecclesiæ moderatione. qui inter cætera baiulan
di crucē suam genera: enumerauerunt etiā castigationē corporis per ie-
iunia. Ad illā igitur castigationē obstringuntur homines etiam diuina
iussione:sicut & ad propriæ crucis baiulationem.

¶Multiplicia ieiuniorum exempla,ex sacris antiqui testamenti
deprōpta literis: quibus apud priscos frequēs eius vsus fuisse,
clare ostenditur. Cap. IX.

COmpertum vtiq; iam satis putamus , diuini quidem
præcepti esse: ꝙ ieiunemus. Humanæ vero constitu-
tionis superadiectæ, non tamen sine dei magisterio ac
Institutionē ecclesiæ de modo ieiunādi:nō esse contēnēdā. directione:ꝙ hoc tēpore & hoc modo ieiunemus,& ie
iunantes tali vtamur victu atq; edulio. Quæ sane san-
ctio ecclesiastica,nequāq̄ est contēnenda aut proculcan
da a quopiā:quoniā diuini iuris est declaratoria,& determinans circū-
stantias quibus diuina illa iussio rite expleatur. Et ergo dependet etiā
quodā modo ex iure diuino:quoniā illud apertius explicat,atq; definit
quanā ratione debeat peragi. Nunc itaq; reliquū est,ex spacioso diuina-
rum literarū cāpo varia colligere exēpla:tanq̄ flores quosdam spirantis-
simos. quibus monstremus,antiquū prorsus & frequentem fuisse apud
veri dei cultores vsum ieiunij:occludamusq; ora loquētiū iniqua, & ob-
latrantiū in hanc tantopere obseruatam spiritualē militiā. ¶In primis 1
Moyses dux & legifer populi Israelitici: vt tabulas decalogi iam expli-
cati corā tota multitudine plebis,acciperet a domino, ascendit in mon-
Exodi.24 tem:fuitq; ibidē quadraginta diebus & quadraginta noctibus neq; mā
ducans neq; bibens,hoc quadragenario ieiunio se disponens ad legem
Exodi.32 scriptā a deo accipiendā. ¶Cūq; ob præuaricationē populi in fabrica- 2
tione vituli cōflatilis & adoratione, priores illas tabulas in ipso descēsu

confregiſſet ad radices montis:rurſum iubente domino aſcendit in mon
tem,dolatis alteris duabus tabulis lapideis,quibus inſcriptã digito dei
legem denuo reciperet. Et iterũ ieiunauit quadraginta diebus & qua= Exodi.34
draginta noctibus,nihil mãducans neq; bibens:quo fieret idoneus tã=
to muneri diuina dignatione recipiendo. Queadmodũ in Deuterono= Deutero. 9
mio,corã toto cœtu populi,cuius erat moderator cõſtitutus:ipſe latius
3 refert. ¶Inſuper contra tribum Beniamin armatæ cæteræ tribus Iſrae=
liticæ:ad expiandũ ſcelus infandũ,in vxorem Leuitæ ab habitatoribus Iudicũ.19
vrbis Gabaa perpetratũ : cũ bino congreſſu bellico infeliciter dimicaſ=
ſent contra Beniamitas,nefario illi ſceleri conſentientes : congregatæ in
domo domini,lachrymas vbertim fuderunt,ieiunauerũtq; die illo vſq; Iudicũ.20.
ad veſperam.& ita dei miſericordiã impetrantes:in tertio conflictu eua
4 ſerunt hoſtibus ſuperiores. ¶Rurſum admonente Samuele congregati
filij Iſrael in Maſphat,vbi tum erat domus domini & arca fœderis: ie=
iunauerũt in die illa,atq; dixerũt. Tibi peccauimus domine. Et ita dei 1.regũ.7
irã,ob præterita mala ipſis infenſi: hac humili caſtigatione & confeſſio=
5 ne placarunt. ¶Habitatores quoq; Iabes Galaad,audita morte Saul,
cũ tribus filijs ſuis cæſi in monte Gelboe:ſublato eius corpore & cũ ma 1.regũ.31.
gna pietate terra condito,ſeptem dierũ ieiunio eidem parentarunt. Ob
quod ſane memorabile virtutis officiũ:magna cõmendatione digni ha=
6 biti ſunt. ¶Dauid etiã audita eadem ſtrage principis Iſrael & filiorum
eius,ac totius exercitus:in pias reſolutus lachrymas atq; lamenta,viri=
que omnes qui erant cũ eo:ieiunauerunt vſq; ad veſperã ſuper Saul(vt 2.regũ.1.
ait ſcriptura)& ſuper Ionatham filiũ eius, & ſuper populũ domini, &
ſuper domũ Iſrael:eo q corruiſſent gladio. Neq; hæc, fruſtra in ſacra il=
la hiſtoria cõmemorata putentur:ſed in cõmendationem eorum de qui=
bus conſcripta ſunt.qui certe nullũ exinde promererentur cõmendatio=
nis titulũ:ſi non eſſet ieiuniũ,opus de numero & genere bonorũ,mode
rataq; ciborũ ſumptione,amplius q̃ ſemel in die facta: cõmendabilius.
7 ¶Rurſus,cum graui languore ægrotaret infantulus, quẽ ex Berſabee
contra legitimi thori iura genuerat Dauid:deprecatus eſt ipſe dominũ 2.regũ.12.
pro paruulo,& ieiunauit ieiunio (vt ait ſcriptura) & ingreſſus ſeorſum
iacuit ſuper terrã,ſperans ſe hac voluntaria afflictione impetraturũ a do
mino ſanitatẽ puero. Quẽ cum mortuũ intellexiſſet: ſuperſedit ab vlte=
riori ieiunio,quod aſſumpſerat tanq̃ adminiculũ cõueniens ad obtinen
8 dam a domino ſuã petitionem. ¶Quid Heliam Theſbitem,prophetã
domini ſanctũ cõmemorem?qui poſtq̃ mãducaſſet panẽ ſubcineritium
& aquã bibiſſet,angelico miniſterio præparatũ ſibi conuiuiũ ſortitus: 3.regũ.19.
ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadragin=
ta noctibus vſq; ad montẽ dei Oreb. Cuius quidem ieiunij merito, at=
tribuit Beatus Ambroſius in libro ſupra nominato de Helia & ieiu=
nio,omnia fere admiranda opera & ſigna:quæ per illum in ſacris literis

Ambrosius gesta referũtur. Vnde in secũdo libri illius capite, postq̃ idẽ sacratus au-
thor multa retulit Helię miracula, virtute ieiunij facta: subiũgit. Q uid
3. regũ. 17 eius reliqua contexã? Ieiunijs filiũ viduæ ab inferis resuscitauit. Ieiu-
4. regum. 1 nus pluuias ore deposuit: ieiunus ignes de cælo. Ieiunus curru raptus
4. regum. 2 est ad cælũ: & quadraginta dierũ ieiunio diuinã acquisiuit præsentiã.
3. regũ. 19. Tũc deniq; plus meruit: quãdo plus ieiunauit. Hæc ille: & reliqua in
eandẽ tendẽtia sentẽtiã. ¶ Præterea, Achab sacrilegus rex Israel, cũ au 9
3. regũ. 21. disset ab Helia propheta terribilẽ domini cõminationẽ: sibi factã ob cæ-
dẽ nefariã Naboth viri iusti, lapidibus crudeliter & per calũniã obruti,
occupatãq; ab ipso vineã illius: scidit vestimẽta sua, & operuit cilicio car
nẽ suã, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ãbulauit demisso capite. Ob
quã quidem sui humiliationẽ: impetrauit a domino dilationem malo-
rum sibi denunciatorũ vsq; in dies regni filij sui. Mira igitur est ieiunij
virtus: quæ etiam dei iram prorogare nouit in futura tempora, & exten
tam propemodũ eius manũ ad percutiẽdũ, remittere. ¶ Neemias itidẽ 10
cum in Susis castro Persidis regionis consistens, intellexisset afflictionẽ
Neemi. 1. Iudæorum qui redierant de captiuitate Babylonica, qua premebantur
in Hierusalem a vicinis populis, male in ipsos affectis. cũ etiam tunc ac-
cepisset murũ sanctæ illius ciuitatis esse dissipatum, & portas eius exu-
stas igni: lamentis & multorũ dierum luctui adiunxit ieiunium & piã
orationem. Quo sane impetrasse creditur, directore deo, viã conuenien
tem: qua cum bona venia regis Persarũ (cuius erat addictus obsequio)
curaret illuc profectus instaurationem ipsius vrbis Hierusalem, por-
tarumq; & murorũ eius. ¶ Cumq; post instauratam vrbem ipsam, de- 11
prehensum esset ab eodem inclyto duce & principibus populi, multos
Iudæorum contaminatos esse consortio vxorum alienigenarũ, quas cõ
tra domini præceptum duxerant: ad extirpandũ illud malum, conue-
Neemie. 9 nerunt filij Israel die ad id præscripto, in ieiunio & saccis (vt scriptura
testatur) & humus super eos. separatumq; est semen alienum a filijs Is-
rael: & placatus est dominus, ne ob id malum indignationem suam im-
mitteret populo.

¶ Alijs præterea exemplis, ex veteris testamenti scriptura desum-
ptis: comprobari ieiunium. q̃ magnæ sit efficaciæ: ad aliquid
a deo impetrandum. Cap. X.

SVpersunt & alia complura, in veteris instrumenti pa
gina, conscripta exempla: quæ & ieiunium in frequẽ-
ti apud antiquos patres vsu fuisse comprobent: & ma
gni apud deum esse momenti ipsum demonstrent, ad
quippiam ab eo efficaciter obtinendum. quæ non pi-
gebit sequenti ordine prædictis subtexere: vt lectori-
bus sese obuia promptius offerant. ¶ Sane Tobias senior, inter cætera 1
pietatis opera quibus mirifice emicuit: & hac virtute clarus effulsit.

Nempe cum semel accũbens mensæ, lautius solito instructæ, intellexisset ex filio suo Iudæum quendam iugulatum iacere in platea: protinus exiliens de accubitu suo prandiũq; relinquens, ieiunus peruenit ad corpus occisi. quod protinus tollens & interdiu occultans: noctu sepeliuit. Et illud quidem pietatis officium, deo gratum fuisse: contestatus est angelus Raphael, cum expleto circa Tobię iunioris ducatum ministerio, reserans diuinum sacramentum: ait eidem. Quando orabas cum lachrymis & sepeliebas mortuos: & relinquebas prãdium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos: ego obtuli

Tobiæ.2

Tobiæ.12.

2 orationem tuam domino. ¶ Sara etiam filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, virgo sancta & casta, cum audisset ex vna ancillarũ domesticarum graue improperium, falso sibi irrogatũ, interfectrixq; virorum suorum fuisset ab illa per cõtumeliam appellata: ad hanc vocem (inquit scriptura) perrexit ipsa in superius cubiculũ domus suæ, & tribus diebus & tribus noctibus non manducauit neq; bibit. sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur deum: vt ab isto improperio liberaret eam. Eoq; triduano ieiunio fletibus & precibus assiduis coniuncto: obtinuit quod a domino postulauerat. Etenim diuina directione, per angeli sancti ministerium expleta: feliciores (q̃ antea fuerat experta) nuptias est consecuta. Tobiæq; minori connubio demum cõiuncta: numerosa prole parentẽ illum reddidit. Qꝫ autem dicitur ibi Sara tribus diebus & noctibus neq; comedisse neq; bibisse: non ita accipiendũ putetur: ꝙ toto illo triduo ab omni prorsus cibo & potu abstinuerit, quoniam rationabile non fuisset illud obsequium. sed quia parum admodũ alimenti, & longe minus solito tunc sumpserit: vnica diurna refectione, eademq; modica, contenta. Quod enim modicum est, secundũ Aristo-

Tobiæ.3

Tobiæ.8.

Tobiæ.14

Aristoteles.

3 telis in physicis sentẽtiã: quasi nihil reputatur. ¶ Ad hęc. Cũ in diebus Iudith spectabilis viduę, terror Holofernis principis militiæ regis Assyriorũ, & imminẽtis exitio totius regionis Iudæorũ, inuasisset habitatores omnes terrę Israel: hortatu Eliachim sũmi sacerdotis, omnis populus Israeliticus in ieiuniјs, cilicio & continuis precibus humiliauit ani-

Iudith.4.

4 mas suas corã domino: & demũ obtinuit optatã liberationẽ ab impẽdẽte mortis & captiuitatis periculo. ¶ Ipsa quoq; Iudith, viduali castitate cõspicua, & memorabile sanctimoniæ exẽplũ: inter reliqua virtutũ suarũ studia traditur ieiunasse omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata & neomenias & festa domus Israel. Taliq; armata virtute, ebriũ Holofernẽ sobria atq; animosa obtrũcauit: totiq; populo domini salutem & ere-

Iudith.8.

5 ptionẽ ab inimicis vastitateq; hostili peperit. ¶ Adde ꝙ Hester regina prudentissima probitateq; insignis, cũ intellexisset a Mardocheo auunculo suo discrimen capitis: quod omnibus parabatur Iudæis, in regno Persarũ degẽtibus, & id quidẽ: maleuola suggestione ipsius Aman, capitalis Iudæorũ hostis, mandauit hæc Mardocheo. Vade & congrega

Hester.4 omnes Iudæos quos in Susis reperreris:& orate pro me. Non comedetis & non bibetis tribus diebus & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo,& tunc ingrediar ad regem. Quod cum factum fuisset, animum regis primum Iudæis infensum inflexit ad misericordiam: latamq; in eos iniustam mortis sententiam reuocari curauit eadem regina. Cæterum illud verbum denunciatum populo: quod tribus diebus & noctibus nec comederet nec biberet: non ita accipi debet, vt ipse contextus literæ primo occursu sonat. quoniam indiscreta fuisset illa totius populi abstinentia. Sed in hunc sensum: quod singulo quoque illorum trium dierum, singuli illius populi vnicam sumerent refectionem,& exiguam, quæ soli naturæ necessitati sufficeret. Quod per verba sequentia, ieiunationem exprimentia: satis ibidem innotescit. At vero cum legatur hoc in loco Hester triduanum indixisse ieiunium Iudæis in vrbe regia commorantibus, quod & ipsa studiose cum suis obseruauit ancillis: quis merito dubitauerit, ipsis ecclesiæ præpositis etiam adesse authoritatem præscribendi certos ieiuniorum dies, indicendique illorum obseruantiam populo Christiano? Quis enim recte admiserit, reginæ nullam habenti spiritualem potestatem, hanc affuisse facultatem indicendi ieiunium: eandem tamen deesse præsidibus ecclesiæ, qui a deo acceperunt administrationem reipublicæ ecclesiasticæ? Certæ nulla id vnquam efficax ratio: conuincere queat. ¶ Neque robur aliquod habere putari debet effugium illud: quo diceret quispiam, ipsam Hester ob vrgentem necessitatem qua tum premebantur Iudæi: habuisse tunc facultatem iniungendi Iudæis tale ieiunium. quæ si non occurrisset: nequaquam attentasset illa id iugum alijs imponere, neque potestatem id faciendi habuisset. Ecclesiæ vero primarij pastores non tali (diceret ille) premuntur necessitate imminentis periculi: ad quod declinandum, opus sit publicum fidelibus imponere ieiunium. Nempe non sola necessitas ad euadendum impendens discrimen, rationabilis est causa & legitima indicendi toti populo ieiunium: sed & multæ aliæ causæ sunt reliquæ. vtpote studium imitationis operum CHRISTI: legislatoris nostri. refrenatio carnis: vt spiritus in deum attollatur liberior. puritas mentis comparanda: ad syncæriorem festi solennis celebrationem. Denique præparatio animi: ad suscipienda sacrosancta eucharistiæ mysteria. & cæteræ id genus: piæ & iustæ causæ, ob quas permoti sunt inspirante deo patres orthodoxi, ad instituendos certos ieiuniorum dies quotannis obseruandos: quoniam singulo quoq; anno per consimiles dierum recursus, occurrunt eædem causæ celebrandorum talium ieiuniorum. Vnde quod prædicta regina semel faciundum instituit ieiunium: ob occurrentem tantum semel vrgentem illam causam factum est, & a populo solum illo temporis articulo obseruatum. Apud Christianos autem quotannis sese offerunt consimiles omnino causæ: ob quas ecclesiastica

Margin notes: Hester.5 (beside "meis similiter ieiunabo"); Hester.8 (beside "diam: latamq;"); Ex facto hester sumi argumentum potestatis præpositorum ecclesiæ. (beside "ba sequentia…"); 6 (right margin, beside "vnquam efficax ratio… Neque robur aliquod habe-"); Causæ: ob quas instituta sunt ecclesiæ ieiunia. (beside "sit publicum fidelibus…")

ieiunia primum sunt indicta. & ergo debent ab ipsis per singulos etiam annos obseruari in consimilium dierum reuolutione: quemadmodum ab ipsis rectoribus etiam vt ita obseruentur, fuerunt primum constitu-
7 ta. ¶Rursus. Daniel propheta domini, oraturus pro liberatione popu Danie. 9
li Iudaici a captiuitate Babylonica: ieiunio sacro se præparauit ad orationem suam, cum humilitate prosternēdā coram domino. Et obtinuit reuelante angelo dei cognitionem temporis, quo venturus esset CHRISTVS in mundum: ad liberandum genus humanum a dura principis tenebrarum tyrannide, per Babylonicā captiuitatem figurata. septuagintaq; hebdomadum accepit ab eodem denunciationem: & quidnam
8 in illis futurum erat, claram interpretationem. ¶Idem etiam sanctus domini propheta, vt visionis sibi ostensæ obtineret apertā reuelationem: diuturno se afflixisse ieiunio, ita scribit. In diebus illis ego Daniel luge Danie. 10
bam trium hebdomadarum diebus. panē desiderabilem non comedi: & caro & vinū non introierunt in os meum, sed neq; vnguēto vnctus sum: donec complerentur triū hebdomadarū dies. Neq; hæc omnia, frustra tentauit. factus est enim voti compos: vt sequens ostendit sermo. Porro illud Danielis verbum, quo testatus est se triū hebdomadarum curriculo panem desiderabilē non comedisse: haud ita accipiendum est q̄ toto illo tempore ab omni prorsus esu panis abstinuerit: sed q̄ delicatū panē & lautitijs aptum tunc non manducauerit, ad quem propensius feratur appetitus desideriū. quin potius furfuraceū panē aut atrū, in vsum assumpserit: & eo quidē modo: qui ieiunij & abstinentiæ rationi cōgruat.
9 ¶Demum cū Ionas propheta denunciasset prædicatione publica futuram Niniue subuersionē, vti a domino mandatum acceperat: crediderunt (inquit scriptura) viri Niniuitæ in domino, & prædicauerunt ieiu Ionę. 3
nium, & vestiti sunt saccis a maiore vsq; ad minorem. Rex quoq; Niniuitarū: hoc in toto regno suo proposuit edictū. Homines & iumēta & bo Ibidem.
ues & pecora non gustent quicq̄ nec pascantur, & aquam non bibant: & operiantur saccis homines. Qua sane afflictione sponte assumpta mitigarunt iram dei: sententiamq; instantis subuersionis reuocarunt, & cō-
10 mutarunt in benignā placabilitatem. ¶Porro & hoc in exemplo perspicuum est, regē authoritate sua principūq; consensu indixisse toti populo suo ieiunium: qui tamen nullā in eum habuit spiritualē iurisdictionem. Nonne igitur valentiore iure, primi ecclesiarum præsides etiā obtinent authoritatem constituendi certis diebus ieiunia ob rationabilem causam: & obstringendi subditos suos ad integram illorum obseruationem? Alioqui in ijs quæ ad virtutum exercitia studiūq; consequendæ salutis æternæ pertinent: augustioris erit potestatis princeps terrenus q̄ ecclesiasticus, rex mundi huius: q̄ claues regni cælorum sortitus. Et ita demum luna soli, & terra præferetur cælo: quod nimirum horrendam mundo confusionem inferret, imaque summis commisceret. Sunt & alij

Exēplo regis Niniuitarum: probari potestatem prælatorū ecclesiæ.

flores pulcherrimi, in veteris paginæ ſacræ vireto, ſuaui ſpiraculo redolentes: ieiuniȷque ſpirantes odorem dulciſſimum. quos ſtudioſo lectori colligendos relinquimus: vt ex eis ſertum conficiat miræ fragrantiæ, quo peſtilens hæreticorum virus procul effuget.

¶ Ex noui etiam teſtamenti pagina: euangelio ſcilicet, epiſtolis & actis apoſtolicis, collecta exempla: quibus ieiunij vſus & frequentatio magnopere approbatur. Cap. XI.

IN ipſo quoq; euangelicæ coruſcationis veſtibulo primoq; introitu: ſanctus domini præco Ioannes Baptiſtat, aſſiduo ieiunij vſu celeberrimus apparuit. Adeo enim domeſticam habuit & quotidianam virtutis huius conſuetudinem: vt vulgo nec manducans nec bibēs diceretur, ob admirandam in victu parſimoniam, teſte
Matth. 11 ſummæ veritatis voce, cū ait. Venit Ioannes neq; manducans neque bibens: & dicunt, dæmonium habet. At vero dicitur hic Ioannes neq; mā ducaſſe neq; bibiſſe, non quidē ad hunc ſenſum: ꝙ nullum penitus cibū aut potum in deſerto ſumpſerit vnq̄. cum hoc fragilitati noſtræ naturæ:
Matth. 3. pro hoc ſtatu ſit impoſſibile. cum etiam euangeliſta ante dixerit: eſcam eius fuiſſe locuſtas & mel ſylueſtre. Sed id de ipſo ſancto domini præcurſore dictum eſt: quia mira tunc vtens abſtinentia, modicū cibum & potum acceperit, & reliquorum victu longe parciorem. Diſcipuli etiā Ioannis, in euangelio ſcribuntur ieiunandi morē ac vſum habuiſſe: quē certe exemplo magiſtri ſui obſeruaſſe, merito creduntur. Non enim id ſimile eſt vero, diſcipulos Ioannis aſſuetos fuiſſe ieiunio: ipſum vero Ioannem a ieiunij obſeruatione abhorruiſſe. Q̄z autem diſcipulatui Ioannis addicti, ieiunandi habuerint conſuetudinē, ex illo euangelij apud Matthęū loco deprehēditur: in quo narrātur diſcipuli Ioannis acceſſiſſe
Matth. 9 dominū, & hāc illi interrogationē propoſuiſſe. Quare nos & phariſęi ieiunamus frequēter: diſcipuli autē tui nō ieiunāt? ¶ Præterea, Anna filia Phanuel, cōmēdatiſſima viduali caſtitate mulier & prophetico ſpiritu illuſtris, inter cætera laudū ſuarū præconia ab euāgeliſta celebratur:
Lucę. 2. ꝙ nō diſcedebat a tēplo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiēs die ac nocte. Proinde digna habita eſt, quæ infantē in carne videret ſaluatorē: & teſtimoniū de eo perhiberet apud omnes, ꝙ vere eſſet meſſias, mūdiq; redēptor, in lege & prophetis olim promiſſus. ¶ Rurſum, CHRISTVS do
Matth. 4 minus noſter poſt ſuſceptū a Ioāne baptiſmū, ſubijt a ſpiritu ſancto impulſus, deſertū: & ibidem quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit non māducans neq; bibēs, exemplūq; nobis relinquēs: vt in ieiunij vſu & exercitio ſequamur veſtigia eius. Cū igitur ipſe rex & legifer noſter, pugnā initurus cū hoſte antiquo hāc aſſumpſerit armaturā: non quidē neceſſitate, quoniā ea non indigebat, ſed gratuita ſua volūtate: vt ieiunādi documentū nobis pręſtaret. cur nos milites eius, cū eodē hoſte

cõgressuri?detrectabimus hæc armorũ munimẽta capessere,quibus vel maxime egemus? An pudebit milites ipsos ea gestare insignia:quę regẽ

4 ipsum cõspexerint in acie deferre? ¶Insuper & ipsos domini nostri discipulos post gloriosam eius ascensionẽ,ieiunij disciplinã exercuisse,frequẽterq; studiũ huiusce præclaræ virtutis sibi assumpsisse: manifestant aperte illa CHRISTI verba, quæ ad supra dictã interrogationẽ discipulorũ Ioannis,quare ipsis crebro ieiunantibus discipuli eius non ieiunarent:respondit. Nũquid possunt filij sponsi lugere:quãdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies,cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. Dies autem illi fuerunt:cum per regressum ad sedes æthereas ipse dominus noster verus ecclesiæ sponsus,ab ipsis est sublatus. Tũc igitur secundũ dictam summæ veritatis prænunciationẽ,discipuli eius (qui erant filij ipsius sponsi)sacrum ieiunij exercitium & studium sibi Matth.9.

5 desumpserunt:frequenterq; illud exercuerunt. ¶Ad hæc,beatus Paulus,altisonus euangelij præco: ad Corinthios de seipso scribit. Castigo 1.corin.9.
corpus meum & in seruitutem redigo:ne forte cum alijs prędicauerim, ipse reprobus efficiar. Sed quo genere castigationis vsus potissimum est Paulus? certe ieiunio & parsimonia ciborum. quemadmodum de seipso in secunda ad eosdem epistola scribens,& apostolatus sui authoritatem contra pseudo apostolos tutari coactus: ait. In labore & erũna,in vigi- 2.corin.11
lijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Quinimmo idem vt optimus euangelicæ disciplinæ magister,alios etiã fideles exhortatur ad hanc armaturam capessendam, ieiuniorum scilicet obseruantiam: cum ait. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut 2.corin.6.
dei ministros:in multa patientia,in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs,in plagis,in carceribus,in seditionibus,in laboribus,in vigilijs,in ieiunijs. Sed nunquid putãdus est ipse alios secum ad aliquod virtutis opus exhortatus fuisse: quod ipsemet nõ exhibuerit, aut actione non compleuerit? Ieiuniorum igitur prædicator Paulus: etiam illa

6 in se exercuit. ¶Adde q; in nascentis ecclesiæ exordio,apud ipsius primores & magistros frequentem fuisse vsum ieiunij,potissimum cum sacra essent pertractanda mysteria:testificatur idipsum quod scribit beatus Lucas in actibus apostolorum,de prophetis & doctoribus qui erãt in ecclesia Antiochiæ. Ministrãtibus autem illis domino & ieiunantibus:dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi Saulum & Barnabam: in opus ad quod assumpsi eos. Tũc ieiunantes & orantes,imponẽtesq; eis manus:dimiserunt eos. Ecce ad faciendã beatorum Pauli & Barnabæ a spiritu sancto assumptionem in opus prædicationis euangelicæ: Actuum.13

7 præparatorium fuit ieiunium. ¶Deinceps de ijsdem intentis confirmationi fratrum in fide per multas ciuitates: dicit sacra actuum apostolicorum historia. Et cũ constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus: commendauerũt eos domino in Actuũ.14

quem crediderunt. Hic rursum orationi ieiunia fuisse coniuncta cōmemorantur: vt cognoscamus perq̄ crebrum illorū vsum apud ecclesiæ primitiuæ fideles inualuisse, eundemq́ꝫ a nobis esse frequentandum secundum institutas ecclesiæ leges: si vere Christiani & esse & haberi volumus. Non enim integre Christianus est, etsi eo nūcupetur nomine: qui ab ecclesia CHRISTI desciscit, sanctaq́ꝫ illius præcepta opere complere negligit. ℭPostremum & id virtuti etiam tribuēdū innuit alio in loco, s
eiusdem contextus historiæ: ꝙ post diuturnum ieiunium necessarius sumatur cibus. Siquidem cum ob imminens naufragiū, quod beato Paulo & comitibus eius in Italiam nauigare aggressis, accidit: multa ieiunatio fuisset (inquit) rogabat Paulus omnes sumere cibū, dicens. Quarta decima die hodie expectantes: ieiuni permanetis, nihil accipientes. Propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Et cum hoc dixisset: sumēs panē, gratias egit deo in conspectu omnium. & cum fregisset: cœpit manducare. Animęquiores autem facti omnes: & ipsi assumpserunt cibum. Sane hic author est Paulus soluēdi diuturnioris ieiunij: quoniam id exposcebat naturæ necessitas & recta ratio. Alijs vero in locis suadet idem seruari ieiunium: vbi idipsum efflagitat tempus & locus. quoniā vtrūq́ꝫ, a virtute proficiscitur: gratumq́ꝫ est deo obsequium. vnū etiam eorū, est alteri germanū virtutis officium: alternationeq́ꝫ debita subseruiens. Cū autem hic dicuntur qui in naui erant, permansisse ad quartū decimū vsq́ꝫ diem nihil accipientes: non ita intelligendū est, ꝙ tanto illo & toto tēpore nihil prorsus alimenti sumpserint. sed ꝙ in eo tēporis spacio persistētes in ieiunio: modicū cibū acceperint. secundum eū loquendi modū, quo parco vtēs cibo & modico: nihil comedere vulgo dicitur, in cōparatione scilicet ad alios āpliore vtētes alimonia. ℭOccurrēt preterea amœnissimū scripturæ noui testamenti hortū ingressis, & alij exemplorum legendi flores, suauem ieiuniorum odorē exhalantes: quos sedulæ eorum curæ colligendos, & in sertum componendos relinquimus.

Margin: Actuū. 27. — Post ieiunium: necessaria refectio cōmendatur.

ℭExemplis sanctorum patrum, post euangelij promulgationem eximio virtutis splendore micantium: etiam ieiunij disciplinā atq́ꝫ vsum confirmari. Cap. XII.

SEd & extra sacrarū literarū ambitū, ampla occurrūt atq́ꝫ copiosa testimonia de ieiuniorū vsu atq́ꝫ exercitio: etiā in ipsis euāgelicæ legis foribus, a cōpluribus frequētato. ℭEnimuero Eusebius Cęsariēsis in secūdi libri ecclesiasticæ historiæ capite decimo septimo, r
describēs eximiā sanctitatē ecclesiæ Alexandrinæ, a beato Marco euangelista apud Aegyptū primo institutæ: hæc inter cætera ex Philone egregio scriptore recēset, de illis Christianæ legis cultoribus. Continentiā vero (id est ciborū parsimoniā) velut fundamentum

Margin: Eusebius Cæsariensis — Philo.

quoddam primo in anima collocant: & ita demum reliquas super hanc pergunt ædificare virtutes. Cibum, potūq; nullus eorum capit ante solis occasum: videlicet tēpus lucis cum philosophiæ studijs, curam vero corporis cū nocte sociantes. Nonnulli etiam post triduū, in cōmunionē veniunt cibi: quos scilicet edacior studiorū fames perurget. Iam vero ij qui in eruditionibus sapientiæ & in profundiore intelligentia sacrorū voluminum conuersantur: tanq̄ copiosis dapibus inhiantes expleri nequeunt, & contuendo acrius inflammantur. ita vt nec quarto iam nec quinto, sed sexto demum die: non tā desideratum q̄ necessariū corpori indulgeant cibū. hæc ille. Ecce feruentes fide, noui CHRISTI cultores, quotidianū exercuerunt ieiuniū: quod interdū in tertium aut quartum, nōnunq̄ in quintum aut sextū diem sine cibo extēderunt. Nostra vero ætate, legum ecclesiasticarū oppugnatores: ne vnius quidē diei admittunt ieiunium, adeo delicati suoq; indulgentes genio: vt quod suadet voluptas, non quod poscit honestas, auidius persequantur. *Mira ieiunij disciplina: in fidelibus Alexandrinæ ecclesiæ obseruata.*

2 ¶ Adde q; beatus Ioannes euangelista post reditū ab exilio, in Asia consistens: rogatus fuit a cunctis pene Asiæ episcopis & multarū ecclesiarum legationibus (authore Hieronymo, in libro de viris illustribus: & in prologo super Matthæum) vt euangeliū conscriberet aduersum Cherintū & alios illius temporis hæreticos: potissimum Ebionitas (qui oblatrarūt, CHRISTVM ante MARIAM non fuisse: solam eius humanā admittētes substantiā) in quo diuinā eius a patre natiuitatē edissereret: ipsumq; deo patri coæternum esse, & ante omnia secula genitum secundū diuinam naturam, astrueret. Qui missæ super ea re ad se legationi respōdit, se quidem facturū quod rogabatur: si modo indicto trium dierum ieiunio omnes in cōmune deum precarētur, vt eius maiestate digna & fidei solidādæ congrua describere possit. Itaq; finito quod publice fuerat indictum triduano ieiunio: suscepto diuinæ gratiæ largiore haustu, & nouo quodam cælesti splendore illustratus: eructauit altissimum illud, & omnem humanū captū excedens, eloquium. In principio erat verbum, & verbū erat apud deū: & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deū. Nouerat siquidem dilectus deo discipulus, ieiuniū orationi assiduæ coniunctū: efficacissimum esse adminiculū diuinæ gratiæ impetrādæ. Proinde ad scribendū euangelium (in quo, diuinitatis CHRISTI arcana sacramenta cæteris sublimius & vberius reserauit) conferre se noluit: nisi oratione & ieiunio publico ecclesiæ, ad id obeundum munus, adiutus. *Hieronymus.* *Ebionitæ.* *Ioan. 1.*

3 ¶ Sed quid memorem mira sanctitate conspicuos noui testamenti viros: per totum illius decursum velut sidera fulgentia ecclesiam sanctā splendore suarum virtutū illustrantes? & non viros modo, sed & mulieres: candore virginali, castitate coniugali, aut viduali continentia refulgentes? Quorum vnum fuit studium, ieiunij sacrificiū sæpius offerre deo: atq; seipsos per emacerationē carnis, hostiam sanctā viuā & bene- *Roma. 12*

placentem exhibere cælo. Quemadmodũ vita ipsorum a probatis con-
scripta authoribus, & in ecclesiastico officio legi solita: apertius attesta-
Sanctus Nicolaus. tur. Nempe (vt cæteros omittã innumeros) de beato Nicolao Myrrẽsi
episcopo concinit ecclesia: ꝙ adhuc puerulus, multo ieiunio macerabat
corpus. Quinimmo in hymno ecclesiastico ad laudem eius cõposito: ea-
dem palã decantat, de sanctis illius inter crepundia & incunabula prę-
ludijs virtutum. Quarta & sexta feria, semel sugebat vbera: iam in æta-
te tenera, hac vsus abstinentia. quæ certe frequentiũ ipsius ieiuniorum
postea obseruatorum pręnũcia fuit: & quoddam præsagium. Quid er-
go iam factus vir & adultã agens ætatem: præstitit studij & operæ, ad
exercendũ huius virtutis officiũ? Nonne cum viribus corporis & vigo-
re rationis: creuit in eodem ardentius studium ad frequentiorem ieiu-
Sancta Cecilia. niorũ vsum? De candidissima itidẽ virgine & martyre inuictissima Cę-
cilia: inter cætera virtutũ eius opera hoc decantatur præconiũ. ꝙ bidua-
nis triduanisq; ieiunijs corpus suũ macerabat, in primo suæ adolescen-
tiæ flore: vt virginitatem suã domino integrã conseruaret, quã illi a te-
nella ætate dedicarat atq; consecrauerat. ¶ Quid præterea referã ange- 4
licæ vitæ puritate spectabiles anachoritas, viros sanctissimos: Paulũ pri-
mum eremitã, Antoniũ, Macariũ, Arsenium, & cæteros eremiticæ au-
steritatis cultores celeberrimos? Quorũ tota ferme vita post solitudinis
incolatũ, fuit assiduum ieiuniũ: & admiranda potius q̃ imitanda in ci-
bo & potu parsimonia. Quod vt vel vnius cõprobetur exemplo: scribit
Hieronymus. beatus Hieronymus de sancto Hilarione in eius vita, quam præclare
Hilarion. contexuit: ꝙ a sexagesimo quarto ætatis suæ anno vsque ad octogesimũ,
pane abstinuit, incredibili feruore mentis. sicq; complens ordinẽ vitæ:
nunq̃ ante solis occasum soluit ieiunium. De beato etiam Antonio scri-
Libro primo: cap. vndecimo. bit historia tripartita: ꝙ illius esca fuerit solus panis & sal, potus aqua,
prandij tempus: solis occasus. Frequentius etiam duos & amplius dies:
sine cibo manebat. ¶ Demũ vt vno verbo rem ipsam concludã, ieiuniũ
via est regia, per quam progressi sunt: quicũq; ad supernæ patriæ felicita
tem aspirarunt. Hanc cælestis regni desiderio accensi calcarunt semitã,
in hoc peregrinationis stadio: vt tandẽ metam illã assequerentur. Eun-
dem quoq; tenuerũt callem: quicũq; deo in præsentis vitæ incolatu pla-
cere studuerũt. Deniq; eodẽ incesserunt tramite, qui carnẽ spiritui sub-
igere tentantes, sacram exercere militiã elaborarunt: quæ coronã eis pa-
Cauillationis aduersariorũ dissolutio. raret immarcessibilem & perpetuam. ¶ Porro locus hic exigit oportu- 5
ne, vt præcludatur via cuidã subterfugio aduersariorũ: dicentium anti-
quos patres tam veteris q̃ nouæ legis, olim non eo modo celebrasse ieiu
nium: quo nunc iubetur exerceri, vtpote per vnicam in die refectionem,
quæ iam districtius obseruanda præcipitur. Nam cum ieiunarunt (in-
quiunt) prisci illi patres: saltem geminã in die ieiunij refectionẽ sumpse
runt, vnam scilicet meridianã & alterã vespertinã. in vtraq; tamen mo-

deratiorem ſolito & magis tenuem habuere victū:q̄ alio tempore ſoliti fuerāt habere. Et hanc temperatiorem cibi atq; potus ſumptionem, minoreq; menſura determinatā: vocauerunt (vt aiunt) ieiunium. Proinde contendunt, & nos eo pacto ieiunare debere ad illorū imitationē: atq; in die ieiunij bis ſaltē eſſe inſtruendam menſam, meridie ſcilicet & veſperi: in qua tamen vtraq; manducatione ſeruetur parſimonia & ſobrietas,
6 quæ ſola (vt inquiunt) ſufficit ad integram ieiunij rationem. ¶ Verum Ad rationē ieiunij pertinere vnicā in die refectionem.
ipſis hæc afferētibus nihil dandū eſt eorū quæ proponunt: ſed incōcuſſe tenendū, ꝙ ad propriam ieiunij rationē ſemper pertinuit, & nunc quoq; pertinet vnica, in die ieiunij, refectio. Quæ ſi defuerit: nequaq̄ ieiunium vocari debet, ſed alio quodā nomine cōmuniori, vt abſtinentiæ vel parſimoniæ. Apud antiquos autem illū fuiſſe morē ieiunij: ex eo conſtat, ꝙ in plæriſq; ſcripturæ locis dicuntur ij de quibus agitur ſermo: ieiunaſſe vſq; ad veſperā. vt Iudicum viceſimo capite: de filijs Iſrael congregatis (Iudi. 20.) contra tribum Beniamin. & ſecundi libri regū capite primo: de Dauid (2. regum. 1.) & ſocijs eius, conſternatis morte regis Saul & filiorū eius. In nouo vero teſtamento, ex Philone prolatū eſt teſtimoniū de fidelibus apud eccleſiam Alexandrinam diuerſatis: (Philo.) ꝙ nemo eorū ſolitus fuerit cibū ſumere ante ſolis occaſum. Et de ſancto Hilarione ex Hieronymo, modo narratum eſt: ꝙ non niſi ſole terra condito, accipere cibum fuerit aſſuetus. Vbi autem vſq; ad veſperam differtur manducatio, & tantūmodo poſt ſolis occaſum ſoluitur ieiuniū: vnica eſt diurna refectio. Præterea, perperam obtendunt aduerſarij contra ieiuniorū diſciplinā: illud beati Petri verbū in priore ſua epiſtola canonica. Sobrij eſtote: & vigilate. (1. petri. 5.) putantes ex illo, nullū aliud ieiuniū nobis præcipi: q̄ ſobrietatē. Siquidem in omni potus ſumptione ſicut & cibi, vbi etiā nullū eſt ab eccleſia indictū ieiuniū: ſobrietate nobis vtendū eſt, & ab ebrietate cauendū. Non autē ſemper obſeruandū eſt a fidelibus ieiuniū: ex ordinatione eccleſiaſtica. quinimmo diebus dominicis eſt obſeruari prohibitū: vt conſtat ex cap. placuit. & cap. ieiuniū dominici. de conſecra. diſtinc. tertia. & alijs plæriſq; locis. Aliud igitur eſt, ſobriū eſſe: aliud ieiunare. Hoc enim vt ſpecies quædam eſt, & quodam modo inferius: illud vero vt genus, & ſuperius. Non igitur ad integram ieiunij rationem: ſufficit ſobrietas.

¶ Multiplex ieiunij fructus atq; vtilitas: ſanctorum patrum teſtimonijs & graui authoritate comprobata, vt libentius illud omnes amplectantur. Cap. XIII.

AD ampliorem autem ieiunij commendationem, non incongruum fuerit hoc in loco magnam illius vtilitatem fructumq; ſpiritualem patefacere: quā affert ſuis cultoribus. Et ne ſine teſtibus loqui videamur: expediet etiam ſingulos eius qui digerentur in ordinem fructus, alicuius illuſtrium ſcriptorū teſtimonio ful-

cire:vt eorũ authoritate reddatur sermo noster firmior atq; credibilior.
¶In primis ieiuniũ tentationes aduersarij cõfringit,debilitat & euin- 1
cit. Quod exẽplo domini nostri ita cõfirmat Ambrosius:in libro prius
Ambrosius etiam citato,de Helia & ieiunio, capite primo. Præliatus est (inquit)
CHRISTVS:vt vinceret.non q; ipse egeret certamine:sed vt nobis for-
mã bellandi præscriberet,& postea daret gratiã triũphandi. Certamen
nostrum,ieiunium est. Deniq; ieiunauit saluator:& sic tentator ad eum
Matth.4. accessit. Et primum gulæ direxit spiculum:dicẽs. Si filius dei es:dic la-
pidi huic vt panis fiat. Ille cibum vt escam laquei prætendit: vt sic illa-
quearet appetentiam corporalem. Dominus ieiunium prætulit: vt la-
queos tentatoris sui & vincula dissolueret. Deniq; sic habes scriptum.
Deutero.8. Non in solo pane viuit homo:sed in omni verbo dei. Illo laqueo, Adam
fuerat strangulatus:hac absolutione diabolicæ quęstionis,omnis homo
est liberatus. hæc ille. Et plane ieiunium, lorica est adamantina, hamis
intexta firmissimis:quam non possunt penetrare iacula satanæ,nec tra-
ijcere dira eiusdem spicula. quinimmo & armatura est fortissima:qua va
Ephe.6. leamus cũ dei adiutorio omnia tela nequissimi ignea extinguere. ¶In- 2
super ieiunium,vitę cælestis & angelicæ quãdam gerit similitudinem:
eiusq; præ se fert insigne. Quod his verbis in libro supra dicto,capite se-
Ambrosius cundo & tertio:astruit Ambrosius. Merito Heliam dignum cælo, di-
uina iudicauit sententia:vt cum ipso raperetur corpore. quoniã cælestẽ
vitam viuebat in corpore:ac supernæ vsum conuersationis exhibebat in
terris. Quid est enim ieiunium:nisi substãtia & imago cælestis? Ieiuniũ
refectio animæ:cibus mentis est. Ieiunium vita est angelorum, ieiuniũ
culpæ mors,excidiũ delictorum:remedium salutis,radix gratiæ,funda
mentũ castitatis. Hoc ad deũ gradu:citius peruenitur. Hoc gradu He-
4.regum.2 lias ascendit anteq̃ curru: hanc hæreditatem sobrietatis & abstinentiæ,
ad cælum abiens discipulo dereliquit. In hac virtute & spiritu Heliæ:
Matth.3 venit Ioannes. Deniq; & in deserto:ille vacauit ieiunijs. Esca autẽ eius:
erat locusta & mel silueстre. Et ideo quia vitæ humanæ possibilitatẽ cõ-
tinentia supergressus fuerat: non homo sed angelus æstimatus est. hæc
ille. In quibus verbis ipse sacer antistes:ieiunium angelicæ cælestiq; vi-
tæ,digne comparat. ¶Rursum, Ieiunij frequens vsus:ad carnaliũ vi- 3
tiorum declinationem,efficax est antidotum. Quod ita contestatur Hie
Hieronymus. ronymus ad Demetriadem virginem. Post cogitationum diligentissi-
mam cautionem:ieiuniorum tibi arma sumenda sunt, & canendũ cum
Psal.34. Dauid. Humiliaui in ieiunio animam meam: & cinerem tanq̃ panem
Psal 101. manducabam. Et paulo post. Ignita sunt diaboli iacula:quæ simul vul
nerant & inflammant,& a rege Babylonis tribus pueris præparantur.
Sed quomodo ibi quartus speciem habens quasi filij dei,immensos mi-
Danie.3. tigauit ardores:sic & in animo virginali,rore cælesti & ieiuniorum fri-
gore, puellaris calor extinguitur: & humano corpori angelorum con-

4 uersatio imperatur. ¶Præterea, ieiunium magnam habet vim & efficaciam debellandi hostes spirituales. Quod exemplo Iudith laudatissimę viduæ: in libro sæpius ante nominato sic affirmat Ambrosius, capite eiusdem nono. Iudith ieiunans omnibus diebus viduitatis suæ, pręter festorum dierum solennitates: his armis munita processit, & omnē Assyriorum circūuenit exercitū. Sobrij vigore consilij abstulit Holofernis caput: seruauit pudicitiam, victoriā reportauit. Hæc enim succincta ieiunio: in castris se prætendebat alienis. Ille vino sepultus iacebat: vt ictū vulneris sentire non posset. Itaq; vnius mulieris ieiunium: innumeros strauit exercitus ebriorum. hæc ille. Deinde post commemoratā continuo contextu ipsius Hester cōmendationem: quæ ieiunio adornata regem Assuerū reddidit Iudæis placatum & placidū, subnectit idē. Est ergo ieiuniū, reconciliationis sacrificium, virtutis incrementum: quod

Ambrosius
Iudith. 8
Iudith. 13
Hester. 4.
Hester. 8

5 fecit etiā fœminas fortiores augmento gratiæ. ¶Adde q; per ieiunium impetratur perfecta intelligentia veritatis in ijs quæ operanda sunt: cuiusmodi est veritas diuinæ legis. Quod his verbis Ambrosius perhibet in libro ante dicto, cap. sexto. Deniq; Moyses de ieiunio legē dedit: de vino non dedit. Ipsum quoq; ieiunantem non voces magnæ, non fulgura & nubes nymbosa: non fumigans Sina perterruit. Neq; vero introisset in nubem, & vocē dei loquentis de medio ignis, sine periculo salutis audisset: nisi munitus armis ieiunij fuisset. Quadraginta enim diebus ieiunauit in monte: cum legem acciperet a domino deo nostro. Et in superioribus quidem montis: lex dabatur Moysi ieiunanti. in inferioribus populo manducanti: præuaricatio sacrilega accendebatur epulantium. Quo spectaculo motus fregit tabulas Moyses: indignū iudicās vt populo ebrio lex daretur. Itaq; tabulas legis quas accepit abstinen-

Ambrosius
Exo. 20.
Exodi. 24
Exodi. 32.

6 tia: conteri fecit ebrietas. hæc ibi. ¶Ad hæc, impetratur etiam per ieiuniū intelligentia veritatis: in rerū speculatione atq; cognitione. Quod ex his Hieronymi verbis contra Iouinianum: clare innotescit. Daniel atq; tres pueri, reuelationem somniorum ieiunio merentur: pastiq; leguminibus, pulchriores & prudentiores inueniūtur. Et rursum ibidem. Helias quadraginta dierum ieiunio præparatus, deum vidit in mōte Oreb: audiuitq; ab eo. Quid tu hic agis Helia? Multo familiarior vox ista: q̄ illa in Genesi. Vbi es Adam? Illa enim pastum terrebat & perdi-

Hieronymus.
Danie. 1.
3. regum. 19
Gene. 3.

7 tum: hæc ieiunanti famulo blandiebatur. ¶Rursus. Per ieiunium: constantia virtutis acquiritur ad faciendum ardua. Quod sacer Ambrosius in libro supra dicto, capite secūdo: hisce verbis comprobat. Magna virtus est ieiunij, deniq; tam speciosa militia est: vt ieiunare delectaret & CHRISTVM. tam valida: vt ad cælum homines eleuaret. Et vt humanis magis q̄ diuinis vtar exemplis: Heliæ ieiuno ore vox emissa, cælū clausit sacrilego populo Iudæorum. Etenim cum a rege Achab, altare esset idolo constitutum: ad verbum prophetæ tribus annis & sex men-

Ambrosius
Matth. 4
3. regū. 17

ſibus ros pluuiæ non cecidit ſuper terram. Idem quoq; propheta ieiu-
4.regum.2 no ore ſtatuit fluenta Iordanis: & redundantem fluminis alueū repen-
te ſiccatū, pulueruleñto tranſmigrat veſtigio. Et paulo poſt: in tertio ca-
pite. Quis humana virtute equos igneos, currus igneos potuiſſet aſcen
dere, & regere currus aereos: niſi qui naturam humani corporis, incor-
ruptibilis ieiunij virtute mutaſſet? ¶ Deinceps. Ieiunium confert virtu
tem ſuperandi aduerſa: ab hoſtibus illata. Quemadmodū in eodem li-
Ambroſius bro, capite ſeptimo: Ambroſius his verbis aſſerit. Eſt quædam creaturę
natura, quam adamantium vocant: nullo facilis igne conſumi. quę im-
poſita focis igneſcit: illico ſublata de flamma, tanquam aquarum infu-
Danie.3 ſione munda reſplendet. Talia erant puerorum Hebræorum corpora:
que de ieiunio in adamantij tranſformata naturā, vapore ignis non ad
Danie.10. diſpendium ſui ſed ad gratiā mutabantur. Et paulo poſt. Daniel quoq;
trium hebdomadarū ieiunio, vir deſideriorū: leones etiam docuit ieiu-
Danie.14. nare, miſſus in lacum. In adamantis rigorē, abſtinentiæ vigore mēbra
durata: non patuerunt vulneri. Sic eum conſtrinxerāt ieiunia: vt in eius
Danie.6. corpore ferarū morſibus locus eſſe non poſſet. Clauſa tenebant feri leo-
nes ora, quæ abſtinentiæ propheticæ ſanctitas comprimebat: vt ea feræ
aperire non poſſent, veluti quibuſdam vinculis alligata. hæc ille. ¶ De- 9
niq; ieiunium tres actus hierarchiæ cæleſtis, purgationē, illuminatio-
nem & perfectionem peragit in iјs: qui ipſum ſancte & religioſe obſer-
uant. Purgationē inquam peccatorum, quæ prius ſordidatam reddide-
runt animam, & expiantur ſacri obſeruatione ieiunij: potiſſimum eorū,
Ieiuniū: purgat, illuminat, & perficit animā quæ ob carnalium deſideriorū illecebras contracta ſunt. Confert & ieiu
nium illuminationē mentis iam purgatæ: atq; idoneæ, quæ diuinæ gra
tiæ fulgore demum illuſtretur. Siquidem aer nebulis & picea obductus
caligine: haud aptus eſt radijs ſolaribus lympide ſuſcipiēdis. ꝙ atræ nu
bes & opacæ ſint impedimento: ſpiculis phœbeæ lucis per aera traijciē-
dis. Vbi vero repurgatis tenebris diſcuſſaque opacitate noctis, ſerenus
aer ſoli obijcitur: ſine aliquo obſtaculo, diurnæ lucis in ſe claritatē rece
ptat. Haud aliter mens humana degrauata delicijs, crapula & ebrieta-
te: nequaq̄ diuinæ illuſtrationis in ſe admittit ſplendorem. Repurgata
vero ab hiſce nebulis ſpiritualibus per ieiunij frequentiā: iam perſpicua
& peruia ſuperno lumini reddita, copioſo eius fulgore rite perluſtratur.
Demum confert & ieiunium ſuis cultoribus, aſſiduitate diuturna par-
ſimoniæ roboratis: perfectionem virtutū. qua, ſubiecta ſpiritui carne &
ſuperatis tentationibus mundi ac ſatanæ: ad perfectionis gradum eni-
titur & euadit. Et hanc triplicem angelicæ functionis gratiam, ieiunij
pręſidio nobis a deo tribui: inſinuat Gregoriana illa de ieiunio præfa-
Pręfatio ſācti Gregorij de ieiunio. tio, hæc ad deum verba dirigens. Qui corporali ieiunio vitia cōprimis:
mentem eleuas, virtutem largiris & præmia. Nēpe ieiunij medicamen-
to, deus in nobis vitia comprimit: per purgationem peccatorum. mētem

vero eleuat: per illuminationem, coniunctam erectioni mentis iam pur gatæ, in deum. Demũ virtutem nobis largitur animi deus, per solidam perfectionem: qua adaugentur in purgatis atq; illuminatis virtutes, atque accrescunt. Et deniq; præmia vitæ æternæ impartit ijs: qui antido-
10 to salutari ieiunij iam purgati sunt, illuminati & perfecti. ¶ Postremo. Beatus Augustinus in quodam sermone, hæc in commendationem ieiunij contexit. Ieiunium (inquit) purgat mentem, subleuat sensum, car- Augustinus
nem spiritui subijcit: cor facit contritum & humiliatũ, quod deus non de laude ie-
spernit. concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinũ ardores extinguit: iunij.
castitatis lumen accendit. verbositatem non amat, diuitiarũ superfluitates abdicat: superbiam calcat, humilitatẽ commendat. Cui astipulatur & Ambrosius in libri sępius ante citati, capite octauo dicens. Ieiunium, Ambrosius
continentiæ magisterium est, pudicitiæ disciplina, humilitas mentis: castigatio carnis, forma sobrietatis, norma virtutis. purificatio animæ, miserationis expensa, lenitatis institutio: castitatis origo, charitatis illecebra, senij gratia, custodia iuuentutis. Ieiuniũ est infirmitatis alleuamẽ-
11 tum: alimentum salutis. hæc ille. ¶ Sed quis (oro) scripturæ sacræ cũ ve- Epilogus
teris tum noui testamenti, quis item receptissimis de vita sanctorũ histo eorum: quæ
rijs: quis deniq; sanctis patribus iam adductis, & alijs (quorum senten- in ieiunij cõ
tiæ, prolixitatis vitandæ gratia, hic prætermittuntur) vno ore ieiuniũ mẽdationẽ
commendantibus, & præclara ipsius præconia mirifice prædicãtibus, hactenus sunt dicta.
non potius crediderit: q̃ Luthero & cæteris hæreticis, voluptatũ amatoribus: ambulantibus secundũ carnem, & ita alijs esse ambulãdum, suadentibus: cum ieiunium improbant, & ab eo amplectẽdo pestiferis suis scriptis alios dehortantur. Certe non videtur is sana esse mente: qui lucem non præfert tenebris, spiritum carni, cælum terræ, aurum luto, & doctrinam CHRISTI doctrinæ dæmoniorum: in hypocrisi loquen- 1. timo. 4.
tium mendacium.

¶ De ieiunio quadragesimæ, in veteri lege præfigurato: & ex apostolorum traditione in ecclesia constituto. necnon de abstinentia a carnibus & lacticinijs: in eodem ex antiqua sanctione, obseruanda. Cap. XIIII.

POst generalem vero de ieiunio sermonem hactenus habitum, exposcit nunc locus: vt ad particularem ordine doctrinali descendentes, de quibusdam specialibus ieiunijs ecclesiastica lege institutis, verba faciamus. Et primũ de ieiunio quadragesimæ, quod & in lege Mosaica fuit præfiguratum: ipsius legislatoris exemplo. Deinde ab Helia eximio propheta: etiam suo ipsius opere insinuatum. Et demum ab euangelicæ legis authore CHRISTO consecratum: atq; postremum ex traditione apostolorum institutum, obseruariq; a fideli-
1 bus iussum. ¶ Siquidem Moyses cum primas legis iam promulgatæ Exodi. 24

populo Israelitico tabulas esset accepturus, iubente domino ascendit in
montem: fuitq; ibidem quadraginta diebus & quadraginta noctibus,
non manducans neq; bibens: vt vicesimum quartũ Exodi caput refert.
Exodi.34. Deinde cum fractis ad radicem montis prioribus illis tabulis, rursum
iussu domini ascendisset in montem, vt alteras ab eo tabulas testimonij
acciperet: fuit iterum illic quadraginta dies & quadraginta noctes, pa-
nem non comedit & aquam non bibit: vt tricesimum quartum Exodi
caput enarrat. Hoc autem geminum ieiunium quadragenariũ, a se di-
Deutero. 9 uerso tempore factũ: ipse Moyses cõmemorat populo Israelitico, Deu-
teronomij capite nono. ¶ Deinceps Helias Thesbites, illustris prophe- 2
3.regum.19 ta domini, zeloq; diuini honoris totus exardescens: cum manducasset
subcineritiũ panem ab angelo sibi subministratũ, aquãq; oblatam etiã
angelico ministerio bibisset: ambulauit in fortitudine cibi illius quadra
ginta diebus & quadraginta noctibus vsq; ad montem dei Oreb, qua-
dragenarioq; suo ieiunio præsignificauit (vt & Moyses) nostrũ quadra
gesimale ieiuniũ: in euangelica lege ordinatũ. Sed & CHRISTVS le-
gifer noster post susceptũ a sancto Ioanne baptisma, secedens in desertũ
Matth.4 duce spiritu sancto: ieiunauit etiã quadraginta diebus & quadraginta
noctibus, vt sacrum refert euangeliũ. suoq; opere dedicauit atq; conse-
crauit huiusmodi solenne ieiunium: & suo exẽplo demonstrauit nobis
esse obseruandũ. Porro non me fugit tria prædicta exempla, de Moyse
scilicet, Helia & domino nostro, prius in hoc libro esse adducta: ad cõ-
probationem ieiunij per sacræ scripturæ testimonia. Nihilo secius non
ociosum videri debet aut inutile, q͞ eadẽ hic rursum sint paucis enarra-
ta: vt figuræ & documenta nostri quadragesimalis ieiunij, de quo præ-
sens agitur sermo. ¶ Post dominicam vero ascensionem & exuberantis- 3
simam spiritus sancti in discipulos CHRISTI effusionem, beatus Pe-
Matth.16 Ioan.21 trus accepta prius a domino gubernãdæ vniuersalis ecclesiæ prouincia,
cum Romę sedis apostolicæ locum delegisset ac constituisset: quadrage-
simale ieiunium (vt probati testantur authores) fidelibus quotãnis ob-
seruandum ad CHRISTI imitationem instituit. Vnde nulli relinqui-
tur ambigendi locus: an illius ieiunii obseruatio, ex traditione apostolo
rum emanauerit, nec ne. cum idipsum, perspectũ iam omnibus esse de-
beat atq; persuasum: tũ ex ijs quæ modo dicta sunt, tum ex testimonio
sancti Ignatij. qui cũ beati Ioannis euangelistæ fuerit discipulus: circa
Ignatius: de ieiunio quadragesimæ. apostolorum tempora haud dubie floruit. Is enim in quarta sua episto
la, quæ est ad Philippẽses: ita scribit. Dies festos nolite inhonorare, qua
dragesimam vero nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet
dei conuersationis, hebdomadam etiã passionis: nolite despicere. Quar-
ta vero & sexta feria ieiunate: reliquias pauperibus porrigẽtes. hæc ibi.
Sed quomodo vir ille sanctus scripto admonuisset non esse aspernandã
quadragesimam: nisi ea tẽpestate (qua adhuc apostolica floruerũt tem-

pora)fuiſſet eius inſtituta obſeruatio,& a populo fideli tum frequẽtari ſolita? Ad hæc,beatus Hieronymus in epiſtola ad Marcellã idem perhibet:quadrageſimam ſcilicet ex apoſtolorum inſtitutione emanaſſe.cũ aſſignans differentiã inter catholicos,& impios Montani aſſectatores: ait.Nos vnã quadrageſimam ſecundum traditionem apoſtolorũ : toto anno,tempore nobis congruo ieiunamus.Illi tres in anno faciunt quadrageſimas:quaſi tres paſſi ſint ſaluatores.hæc ille. Cui accedit & Theophilus Alexandrinus:dicens.Habemus quadrageſimam: ab apoſtolis inſtitutã & ordinatam.Neq; parum etiam ad quadrageſimæ approbationem facit illa ſancti Maximi ſententia:in ſeptimo huius libri cap.iã adducta.quã & hic repetere non piget.Sacrarum(inquit)literarum exẽpla protulimus,quibus approbaremus hunc quadragenariũ numerum non eſſe ab hominibus conſtitutum:ſed diuinitus conſecratũ.nec terrena cogitatione initiatũ:ſed cæleſti maieſtate præceptũ. Et paulo poſt de eodem ieiunio quadrageſimali verba ſubtexens:ait. Hæc autem præcepta(quibus ſcilicet inſtitutũ eſt illud quadragenariũ quotannis ieiunium)non tam ſacerdotũ præcepta q̃ dei ſunt. atq; ideo qui ea ſpernit: non ſacerdotem ſpernit,ſed CHRISTVM:qui in ſuo loquitur ſacerdote.hæc ille.Ex quibus conſtat:inſtitutionem quadrageſimalem,ad deũ tanq̃ primariũ authorem(qui ad hoc,miniſterio apoſtolorũ vſus eſt)eſſe referendam.

Hierony-mus. Theophi-lus. Maximus.

4 ¶Quanto autem ſtudio ſit obſeruanda quadrageſima, & quam ob cauſam præter eas quæ dictæ ſunt:declarat beatus Gregorius in homelia euangelij de triplici tentatione domini a diabolo in deſerto, quod ſecundum eccleſiam, legitur in prima dominica quadrageſimæ. adducunturq; eiuſdem verba in volumine decretorum:de conſecratione,diſtinctione quinta,cap.quadrageſima.in hunc modũ.Quadrageſima,ſumma obſeruatione eſt obſeruanda:vt ieiunium in ea præter dies dominicos(qui de abſtinentia ſubtracti ſunt)niſi quem infirmitas impedierit,nullatenus ſoluatur:quia ipſi dies,decimæ ſunt anni. Quod poſtremum verbũ:in ſequente eiuſdem capitis cõtextu,idem ſacratiſſimus author diffuſe dilucidat.oſtendens explicatius,quonam pacto dies ipſi quadrageſimales ieiunio conſecrati:decima ſunt pars dierũ totius anni. & quoniam iubemur a deo,omniũ bonorum noſtrorũ decimas illi perſoluere:concludens & decimas dierũ anni, in ieiunio & pœnitentia eidem eſſe exoluendas.In eodem quoq; decretorũ codice, de conſecratione,diſtinctione tertia.cap.non oportet. ex concilio Laodicenſi iubetur ieiunium quadrageſimæ integrum ſeruari:abſq; eius ſolutione in feria quinta hebdomadæ ſanctæ,hoc modo.Non oportet in quadrageſima, feria quinta vltimæ hebdomadæ ieiuniũ diſſolui:& totam quadrageſimam inhonorari.ſed per totos dies ieiunare:& eſcis abſtinentiæ conuenientibus,id eſt aridioribus vti.hæc ibi.

Matth.4 Gregorius. Exodi.22

5 ¶At vero q; huiuſmodi quadrageſimale ieiunium,cum vſu aridiorũ eſcarũ(vt modo dictũ eſt)mi-

Ieiuniũ quadrageſimæ cũ abſtinentia a carnibus & lacticinijs eſſe ſeruãdum.

Teleſphorus.

nuſq; ſucculentarũ ſit obſeruandũ:id eſt cũ abſtinentia a carnibus,& cũ
carne quoquo pacto conuenientibus cibis, ouis,lacte, butyro: conſtat
apertius ex ipſius Teleſphori ſummi pontificis decreto, quod in libro
ſanctionũ canonicarum, diſtinctione quarta, cap. ſtatuimus. cõtexitur
in hunc modũ. Statuimus vt ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctum
paſcha, omnes clerici, id eſt in ſortem domini vocati: a carne ieiunent.
quia ſicut diſcreta debet eſſe vita clericorum a laicorum conuerſatione:
ita & in ieiunio debet eſſe diſcretio. Has ergo ſeptem hebdomadas,om
nes clerici a carne & delicijs ieiunent: & hymnis & vigilijs atq; oratio-
nibus inhærere,die noctuq; ſtudeant. hæc ibi. Verũ illa ſeptimæ hebdo
madæ(quę quadrageſimã proxime pręcedit)adiectio ad ieiuniũ,a Te-
leſphoro clericis facta vltra laicos:moribus vtentium nũc in vniuerſum
non eſt approbata,neq; vbiq; obſeruatur. cum illius hebdomadæ qua-
tuor tãtum poſtremi dies, fere apud omnes ſeculares etiam clericos in
vſum ieiunij quadrageſimalis nunc ſint aſſumpti. Abſtinentia vero in
quadrageſima a carnibus & delicijs(quam decernit prędictũ Teleſpho
ri decretum)cõmunis populo fideli & clericis:ſemper ab ipſa quadrage
ſimæ prima inſtitutione obſeruata fuiſſe creditur, aut ſaltẽ ab hac Te-
leſphori ordinatione. qui apoſtolorũ temporibus ſatis fuit vicinus : ſe-
demq; moderatus eſt apoſtolicam circa annum ab incarnatione domi-
ni centeſimũ triceſimũ. Eadem etiam abſtinentia a carnibus & cibis ſuc
culentioribus (qui hic deliciarum nomine ſignificantur) tam a laicis ꝗ
clericis in tota quadrageſima nũc obſeruatur illabefacta:queãdmodum
iã olim & priſcis ſeculis fuerat cõſtituta. ¶Cõſimili quoq; modo cũ ſu 6
pra dicta Teleſphori ſanctione,intelligẽdũ eſt illud beati Gregorij de-
cretũ:quod Auguſtino Anglorũ epiſcoporũ ſcripſit:& recitatur eadem
diſtinctione,ſcilicet quarta,libri decretorũ:cap. deniq;, in hanc formã.

Gregorius.

Deniq; ſacerdotes & diaconi & cæteri omnes,quos dignitas eccleſiaſti-
ci ordinis exornat:a quinquageſima propoſitũ ieiunãdi ſuſcipiãt,& ali-
quid ad pẽſum ſanctæ inſtitutionis adijciãt. & eorũ qui in laicali ordine
conſiſtunt obſeruantiam:ſicut loco,ita & religione præcellãt. Et paulo
poſt,idem. Par eſt autẽ, vt nos qui his diebus a carnibus animaliũ abſti
nemus: ab omnibus quoq; quæ ſementinã trahunt originẽ carnis ieiu-
nemus,a lacte videlicet caſeo & ouis. hæc ibi. Ex quibus Gregorij ver-
bis liquido conſtat,vetuſtam eſſe conſuetudinem & primo naſcentis ec-
cleſiæ ſeculo inductã:ꝙ in ieiunio quadrageſimali a carnibus & lactici
nijs abſtineatur. & non eſſe recentem illam cõſtitutionem, aut poſterio-
re ſancitam ſeculo:vt oblatrant quadrageſimæ improbatores, ſanctæq;
in ea abſtinentiæ dãnatores. Proinde non eſt negligenda huiuſmodi,cũ
ieiunio prædicto,abſtinentia:vt quæ cum ipſa quadrageſimæ prima in-
ſtitutione,aut ſaltem paulo poſt,fuerit eccleſiaſtica authoritate,introdu
cta:& hactenus intemerate obſeruata.

Antiquã eſſe conſuetudinẽ: i quadrageſima abſtinẽdi a lacticinijs.

¶De quatuor temporum ieiunio, a Calixto primo, in eccleſia ordinato: necnon de alijs particularibus ieiunijs, eccleſiaſtica ſanctione inſtitutis. Cap. XV.

1 IEiunium vero quatuor tēporum, a ſancto Calixto, primo huius nominis ſummo pontifice & martyrij gloria inſignito: conſtitutū eſt quaternis anni partibus, verna, æſtiua, autūnali & hiberna: debere quotānis obſeruari. vt cōſtat ex eius decreto, partim ſeptuageſima ſexta diſtinctione libri decretorum, cap. ieiuniū. poſito: vbi ita ſcribit ad Benedictū epiſcopum. Ieiuniū quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti: cōuenietius nunc per quatuor tēpora fieri decernimus. Vt ſicut annus per quatuor voluitur tēpora: ſic & nos quaternū ſolenne agamus ieiuniū per anni quatuor tēpora. Et ſicut replemur frumento vino & oleo ad alenda corpora: ſic repleamur ieiunio ad alendas animas, iuxta prophetæ Zachariæ vocē, qui ait. Factum eſt verbū domini ad me: dicēs. Sicut cogitaui vt affligerē vos, cū ad iracundiā prouocaſſent me patres veſtri, & non ſum miſertus: ſic cōuerſus cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciā Hieruſalem & domui Iuda. Nolite timere: hæc ſunt verba, quæ facietis. Loquimini veritatē vnuſquiſqꝫ cū proximo ſuo: veritatē & iudiciū pacis iudicate in portis veſtris. & vnuſquiſqꝫ malum contra amicū ſuū ne cogitetis in cordibus veſtris: & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odiui: dicit dominus exercituum. Et factum eſt verbum domini exercituū ad me: dicens. Hæc dicit dominus exercituū. Ieiuniū quarti & ieiuniū quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi: erit domui Iudæ in gaudium & lęticiam & in ſolennitates præclaras. Veritatem tantum & pacem diligite: dicit dominus omnipotēs. In hoc ergo omnes nos vnanimes oportet eſſe: vt ſecundū apoſtolicā doctrinā idipſum dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata. Simus autem perfecti in eodem ſenſu: & in eadē ſcientia. cuius operis deuotione: gratulamur dilectionem tuam eſſe conſortem. Non decet enim a capite membra diſſidere: ſed iuxta ſcripturæ teſtimonium, omnia membra caput ſequūtur. Nulli vero dubium eſt, ꝙ apoſtolica eccleſia, mater ſit omnium eccleſiarum: a cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et ſicut filius venit facere voluntatem patris: ſic & vos voluntatem veſtræ impleatis matris, quæ eſt eccleſia: cuius caput (vt prædictum eſt) Romana exiſtit eccleſia. Quicquid ergo ſine diſcretione iuſtitiæ, contra huius diſciplinam actum fuerit: ratum haberi, ratio nulla permittit. hæc Calixtus. Quæ in primo tomo conciliorum, inter decreta ſummorum pontificum: iuxta hāc verborum formam cōſcripta leguntur. In compluribus præterea alijs capitibus prædictæ diſtinctionis ſeptuageſimæ ſextæ: inſtitutio ieiunij quatuor temporum approbatur, obſeruandaqꝫ diſtrictius præcipitur. vt in cap. con-

Calixtꝰ: de ieiunio quatuor temporum.

Zacha. 8

Ibidem.

1. corin. 1

1. corin. 12.

Ioan. 6

stituimus. in cap. de ieiunio. in cap. statuimus. & in cap. huius obseruā tiæ. ¶ Demum & alia particularia ieiunia, per ecclesiasticas sanctiones 2
Vigiliā pentecostes: ieiunio esse celebrandā.
quotannis obseruari debere sunt constituta: vt vigilia diei pentecostes. quam ex præcepto ecclesię ieiunio celebrari debere: plane innuit cap. de ieiunio. in septuagesima sexta distinctione libri decretorum. & cap. nosse credo. in eadem distinctione. Quod & glossa confirmat in cap. scire debet. eiusdem distinctionis. circa hanc illius capitis particulam. necessario ergo. Eandemque sequitur sententiam Angelus de Clauasio, in sua summa: circa declarationem dictionis, ieiunium. Similiter vigilia natiuitatis dominicæ, & assumptionis sacratissimæ virginis MARIAE: ex instituto ecclesiastico cū ieiunio est obseruanda. vt clare liquet ex tertio libro epistolarū decretaliū. titulo de obseruatione ieiuniorū. cap. ex parte vestra. vbi Innocētius tertius aperte idipsum insinuat. Insuper sanctorum apostolorū vigilię: ex ordinatione ecclesiæ, ieiunio sunt celebrandę. quod de vigilia sancti Matthiæ liquido constat: ex prædicto cap. ex parte vestra. De reliquorū vero apostolorum vigilijs idem manifestatur in cap. consilium nostrum, proxime sequenti in eodem titulo, de obseruatione ieiuniorum. Vbi Innocentius tertius: ita scribit Bracharensi archiepiscopo. Omnium apostolorum vigilię, sunt in obseruatione ieiunij celebrandæ: præter vigilias apostolorum Philippi & Iacobi, & beati Ioannis euangelistæ. quoniam ipsorum solennitas, infra solennitatem paschalem: istius autem, infra natalem domini celebratur. hæc ibi. Veruntamen de aliquorū apostolorū vigilijs: vt sancti Matthiæ si ante quadragesimā euenerit, & sancti Iacobi filij Zebedęi, sancti quoque Bartholomęi & beati Thomę, id vnū obseruandū est: quod quisque suæ regionis cōsuetudinē sequatur. Vt si ex more antiquo seruatur in ea regione ieiunium: debet illud etiā ab incolis illius loci integre custodiri. Si vero vsus illius prouinciæ talis habetur, quod non solitum sit in prædictis vigilijs obseruari ieiunium: non delinquunt habitatores eius, si in illis non ieiunent. quoniam huiusmodi consuetudo: quasi pro lege tenēda est. ¶ Demum 3 vigilia sancti Ioannis Baptistæ: diem festum natiuitatis eius proxime antecedens, vigilia quoque sancti Laurentij, & denique vigilia solennitatis omnium sanctorum: ex præcepto ecclesiastico debent cum obseruatione ieiunij celebrari. Quod tametsi nullo iure (quantum norim) legatur expressum: ratione tamen consuetudinis ab antiquo tempore laudabiliter introductæ, & hactenus a tota ecclesia obseruatæ: idipsum est tenendū. Quoniā in ijs quę pia sunt & honesta: nō minus obligat fideles cōsuetudo, diuturno vsu corroborata, & totius populi cōsensu approbata: quam lex scripta. Quēadmodū satis insinuat Isidorus, vbi quid sit cōsuetudo: diffinitione doctrinali declarat. adduciturque eius sentētia in principio libri decretorū: vtpote in prima distinctione. cap. cōsuetudo. Idem quoque cōfirmat beatus Augustinus ijs verbis, quę afferuntur in eodē de-

Innocētius tertius: de ieiunio in vigilijs apostolorum.

Isidorus.

Augustinus

cretorum volumine,distinctione vndecima,cap.ecclesiarum.& cap. in ijs rebus.Hęc itaq; ieiunia,modo particulatim explicata:religiosa pietate ab vnoquoq; sunt obseruanda:vt obtemperantem se exhibeat filium præceptis sanctæ matris ecclesię,& non recalcitret in mandata pientissimæ parentis.iuxta salutare illud Sapiētis monitum in prouerbijs. Au- Prouer.1.
di fili mi disciplinam patris tui,& ne dimittas legem matris tuæ:vt addatur gratia capiti tuo,& torques collo tuo.Si enim non est dimittēda lex matris nostræ secundum carnem: vt impleatur illud dei præceptū, Exodi.20.
quod de honorandis parentibus est traditum. quanto minus est negligenda lex matris nostræ secundum spiritum: quæ nos regenerauit deo ex aqua & spiritu sancto.cum legis illius contemptor & neglector: diuinæ quoque legis reus fiat & præuaricator.

4 ¶Porro deprehendimus etiam circa nascentis ecclesiæ exordium, feriæ quartæ & sextæ ieiuniū: hebdomadatim fuisse indictum fidelibus.vt ex supra dictis in præcedēte capite beati Ignatij verbis,colligere promptum est: & ex cap.ieiunia sane.de cōsecratione,distinctione tertia. Fuit & priscis temporibus etiā sabbato cuiusq; hebdomadæ indictum fideli populo ieiunium: quemadmodum liquido constat ex canone Innocentij papæ,qui libro decretorum inseritur,de consecratione, distinctione tertia: cap. sabbato vero. (Aliqua prisci tēporis ieiunia:nūc esse relaxata.)
Veruntamen huiusmodi hebdomadaria ieiunia feriæ quartæ, sextæ & sabbati:iam relaxata sunt,& per vsum oppositum diuturnitate firmatū abrogata,quantum ad vim obligatoriam totius populi:solaq; deuotione voluntaria aliquorum,citra præceptum ecclesiæ obseruantur. Consimiliter & illud Innocentij tertij dictum, in tertio libro epistolarum decretalium:prædicto titulo de obseruatione ieiuniorum, cap.consiliū nostrum.Ieiunium etiam apud nos (scilicet Romanos) in aduentu domini agitur.non constringit alios populos Christianam professos fidē: ad obseruandum in toto aduentus dominici tempore ieiunium. Narrando enim solum,illud verbum ibidem dicitur: non præceptum cuiq̄ imponendo. (Innocētius tertius: de ieiunio in aduētu domini.)

¶Itaq; ex his omnibus satis arbitror constare:ieiuniorum obseruantiam,ex ecclesiastica etiam pendere authoritate,arctiusq; tenēdam esse. Quod & in volumine decretorum:de cōsecratione,distinctione tertia.cap.pronunciandum. ex concilio Lugdunensi ita decernitur. Indictum vero ieiunium quando fuerit denunciatum:ab omnibus obseruetur. Et in eodem libro:de cōsecratione,distinctione quinta,cap.ieiunia.idem definit Eusebius papa hoc canone.Ieiunia in ecclesia a sacerdotibus constituta: sine necessitate rationabili non soluantur. (Eusebius papa.) Demum concilij Gangrensis decimum nonum caput, decernit non licere communia ieiunia soluere:hoc verborum tenore. Siquis eorum qui proposito sunt continentiæ:præter necessitatem corporalem superbiat,& ieiunia communia totius ecclesiæ putauerit contemnenda,perfectam in sua scientia vindicans rationem:anathema sit. Ecce sententiam excommuni-

cationis secundum hunc sacrosancti illius concilij canonē incurrūt: qui
tumida mente & insolēte, publica ecclesiæ ieiunia aspernātur & soluūt.
¶ Cæterum, hoc ipsum quod nunc proponitur, non esse scilicet concul- 5
candas ecclesię & priscorum patrum constitutiones, siue in ieiunij obser
uatione, siue alia quauis materia: nō semel in sacris literis nobis insinua
tur, sub symbolo quodam non transferēdorum (quos antiqui cōstitue-
runt patres) terminorum: in agris fixorū. Nempe Deuteronomij deci-
monono, cap. præcepit dominus illud populo Israelitico per Moysem:
Deute. 19. hisce verbis. Nō assumes & transferes terminos proximi tui, quos fixe-
rūt priores in possessione tua: quā dominus deus tuus dabit tibi in ter-
ra, quam acceperis possidendam. Quem locum exponens glossa ordi-
Prouer. 22. naria, ibidem ait: allegorice. Vnde ne trāsgrediaris terminos antiquos:
quos posuerunt patres tui. id est præcedentium patrum regulas, & defi
nitiones viuendi. Rursum Deuteronomij vicesimo septimo cap. cū de-
nunciatione maledictionis in præuaricatores futuræ: idem sic exprimi-
Deute. 27. tur. Maledictus: qui transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis po-
pulus: Amē. Vbi glossa interlinearis. Auaritiam & hęresin detestatur.
Et protinus subiungit. Statuta patrum transierunt hæretici. Glossa ve-
ro ordinaria: in eiusdem loci expositione dicit. Hic est qui nō cōtentus
fide catholica & doctrina: superstitiones & sectas inducit. Præterea, san-
ctus Iob iniquorum violentiam, quam in pauperes exercere solent de-
Iob. 24. scribens: ait in vicesimo quarto cap. Alij terminos transtulerunt: diri-
puerunt greges & pauerunt eos. Quam sententiam mystice exponens
Gregorius. beatus Gregorius in suis super librum Iob commētarijs: inquit. Quos
aliorum nomine, nisi hæreticos designat: qui a sanctæ ecclesiæ gremio
extranei existunt? Ipsi enim terminos transferunt: quia constitutiones
patrum præuaricando transcendunt. de quibus nimirum constitutioni-
Prouer. 22. bus: scriptum est. Ne transgrediaris terminos antiquos: quos posuerunt
patres tui. Qui etiam greges diripiunt & pascunt: quia imperitos ad se
peruersis persuasionibus trahunt, & doctrinis pestiferis ad interficien-
dū nutriūt. hęc ille. Demū Salomon in prouerbijs vicesimo secūdo cap.
idē salubriter admonet, nō esse scilicet trāsiliēda aut negligēda antiquo-
Prouer. 22. rū patrū instituta: cōsimili loquēdi schemate ac modo. Ne trāsgrediaris
(inquit) terminos antiquos: quos posuerūt patres tui. Quod quidē salu
Hierony- mus. tare documentū Hieronymus in suis super prouerbia cōmentarijs: ita
mystice interpretatur. Ne trāsgrediaris terminos fidei: quos catholici ab
initio statuere doctores. Quā sane interpretationē: glossa etiā ordinaria
in eodē prouerbiorū loco fere ad verbū adducit. Ecce quadruplex diui-
næ scripturę testimoniū, diuersis ex locis adductū cū suis explanationi-
bus: quo probe edocemur, nō esse trāscēdēdos limites ātiquarū sanctio-
num ad fidem aut mores spectantiū: quos orthodoxi patres nobis defi-
nierūt, sed queq; intra certos illorū fines iam olim determinatos: cōtine-

re ſe debere. Quod ſi(vti debēt)ſtudioſe factitarēt omnes:nulli amplius
ſupereſſent ieiuniorū eccleſiaſticorū & ſacræ abſtinētiæ improbatorēs.

¶Abſtinentiam a cibo & potu delicatiori:veteris teſtamenti exē-
plis pariter & documētis plurimum cōmendari. Cap.XVI.

AT vero poſt ieiunij commendationem & multiplicem
approbationem : eadem omnino via ſupereſt, abſti-
nentiam a lautiore cibo & potu, quæ religionis cauſa
ſuſcipitur(q̄uis etiam ieiunio non coniungatur:vt in-
terdum vſu venit)commendabilem eſſe monſtrare,ſcri-
1 pturę ſcilicet ſacrę multiplici teſtimonio. ¶In primis
ſane,in ipſo conditionis humanæ exordio,quædam abſtinētiæ lex præ-
ſcripta cernitur:quando non carnes aut piſces,ſed ipſæ tātum fruges &
fructus qui e terra naſcebantur:in vſum cibi protoplaſtis cum primum
conditi fuere,propoſiti deſcribūtur. Ecce(inquit dominus illis) dedi vo Gene.1.
bis omnem herbā afferentem ſemen ſuper terram:& vniuerſa ligna quæ
habent in ſemetipſis ſementem ſui generis,vt ſint vobis in eſcam. Et hoc
alimenti genere vſi traduntur fuiſſe homines: vſq; ad ipſam diluuij ſu-
2 per terram,inundationem. ¶Quinimmo vt & in ipſis arborum fructi-
bus abſtinentia locum haberet,& meritum ex obedientia:pręſcripta eſt
primis parentibus noſtris lex,ne de ligno ſcientiæ boni & mali comede Gene.2.
rent. Quam,quia male ſuadenti ſerpenti obtemperantes, ſunt præuari-
cati:paradiſo voluptatis facti ſunt extorres,& in hanc miſeriarum vallē Gene.3.
deiecti. Videmus itaq; abſtinentiæ diſciplinam,a domino in ſtatu natu
ræ recte inſtitutæ & in paradiſo inchoatam:eiuſq; tranſgreſſionem,gra
3 uiſſima pœna etiam in poſteros traducta mulctatam. ¶Poſt imminu-
tas vero aquas diluuij,quoniam non habuerunt priſtinam ſalubritatē
fructus terra prolati,& prius in cibum conceſſi : adiecit dominus hu-
mano generi in vſum cibi carnes & piſces, cum ait. Omnes piſces ma- Gene.9
ris,manui veſtræ traditi ſunt: & omne quod mouetur & viuit, erit vo-
bis in cibum. Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia:excepto ꝙ carnē
cum ſanguine non comedetis. Vbi ab ijs,qui carnibus ſemper volunt ſa
ginari:indigneq; ferunt piſcium vſum nobis interdum (interdicto car-
niū eſu)indici,percontari non fuerit abſurdum:ſi ſolis carnibus(vt con-
tendunt)vtendum ſit in cibum,cur hoc in loco deus omnes etiam piſces
maris,hominum manibus tradidit in vſum alimenti? cur tam diuerſa
piſcium genera ipſe in ſua ſapientia condiderit: mariaq; & flumina, &
ſtagna piſcibus impleuerit? Non enim fruſtra tantam piſcium multitu Diuerſa pi-
dinem conditam eſſe a deo,cauſari poterunt: nec dicere , tam diuerſas ſcium gene
aquatilium ſpecies nequicquam eſſe productas. Vſum igitur illorum ra : homini
aliquem, ad hominis adminiculum tendentem : aſſignent oportet. Sed ad eſum eſ-
quem aſſignabunt: niſi vſum alimēti & edulij,hic in litera expreſſum? ſe producta
Non igitur ſolis carnibus erit vtendum in cibum : ſed & piſcibus eden-

dis locus & tempus relinquatur,oportet.¶Cæterum vt lex illa laxior 4
de quibuſuis carnibus & piſcibus manducandis:in ipſa mundi renoua-
tione,lata,quibuſdam conſtringeretur habenis: protulit deinde domi-
Leuiti.11 nus quandam abſtinentiæ diſciplinam in populo Iſraelitico tenendam,
cum animalia munda eſuique permiſſa,& piſces itidem & aues:ſecreuit
ab immundis,atque in vſum cibi minime aſſumendis.Vbi plane regu-
lam quandam abſtinentiæ indixit ſeruandam a populo, quem peculia-
riter delegerat:volens & illum certa diſcretione ciborum ſanctimoniam
comparare,immunditiamque deuitare.¶Quem quidem populum,ru 5
ptis temperātiæ habenis,effreni cupiditate abreptum ad appetēdas car-
nes in deſerto(contēpto cibo illo cæleſti:qui angelico illi quotidie præ-
Nume.11 parabatur miniſterio)deus ad iram prouocatus: grauiſſima plaga per-
cuſſit.Vt in monumētū illatæ vltionis diuinæ,locus ille quo fuere con
dita illorum corpora qui hac flagrarunt concupiſcentia, diraque morte
Ibidem. ſunt proſtrati:appellatus fuerit,ſepulchra concupiſcentiæ.Prouocat igi
tur iram dei feruensappetentia in cibum inconceſſum: ſicut ipſam pla-
cat ſpontanea diuiniſque ſubiecta legibus abſtinentia.¶Præterea,lex 6
ipſa Nazaręorum,cum quis ſpontaneo voto ſe voluit ad tempus conſe-
crare domino,atque a cæterorum in conuictu diſſeparare conſortio:etiā
Nume.6 in quadā abſtinentiæ diſciplina cōſiſtebat.Nempe a vino & omni quod
inebriare poteſt:eos abſtinere,illa iubebat.Acetum etiam ex vino & ex
alia qualibet potione,& quicquid de vua exprimitur:in vſum potus ſu
mere vetabat.Vuas etiam recentes & ſiccas comedere,omnibus diebus
ſuæ conſecrationis,& quicquid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſque
ad acinum : eoſdem manducare prohibebat.Sed quid ex his colligere
recte poſſumus? certe abſtinentiam arctiorem a cibo aut potu lautio-
re: ſingularem quandam vitæ ſanctimoniam,obſeruātibus eam afferre.
¶Neque ſupprimenda ſilentio eſt illa Dauid inclyti abſtinentia: qua 7
2.regū.23. aquam de ciſterna Bethleem,quam concupiuerat,allatam opera trium
fortiſſimorum principum eius(qui cum periculo ſui capitis irruperant
in caſtra Philiſtinorum:vt eam haurirent)noluit bibere:ſed libauit eam
domino.Siquidem ita ſuo indulgere noluit animo:vt illam cum diſcri-
mine vitæ aliorum comparatam,ſumeret in potum.ſed frenum ſuæ im-
ponens concupiſcentiæ, voluit potius erga ſe, abſtinentiæ vti habenis:
illamque diuino nomini in libamen offerre.q̄ ſanguinem illorum viro-
rum fortium haurire:& animarum ipſorum(vti ait)periculum bibere.
¶Quid præterea dicent, qui carnibus ſemper vtendum prædicant:ad 8
Tobię.6 factum Tobiæ iunioris?quem ſacra refert ſcriptura hortatu Raphaelis
angeli domini,exenteraſſe piſcem: qui ad ipſum deuorandum annata-
uerat. eundemque ſale condiſſe, & ſuſtuliſſe in via ad vſum cibi quo-
tidiani:quouſq; peruenirēt ambo,in Rages ciuitatem Medorum.Ecce
non hedum aut agnum,ſed piſcem in viaticum ſecum ſuſtollit Tobias:

admonitore cælesti duce. quo intelligamus non esse improbandã a car
nibus abstinẽtiã: quam nouimus a viris probatissimis esse frequẽtatã.
9 ¶ Heliseus etiam propheta, duplicato in se Heliæ spiritu insignis: filios 4. regum. 2
prophetarum tẽpore famis non carnibus pauit, sed herbis agrestibus, 4. regum. 4
ex quibus pulmentũ fieri curauit. Cũq; ob permixtas cæteris herbis co
loquintidas, amaritudinem pulmentarij, tetrũq; saporem ferre nõ pos
sent qui manducaturi erant: inspersione solius farinæ in ollã, vir dei to
tum illũ amarorem cibi decocti conuertit in dulcorem. Videmus igitur
& hoc exemplo: viros deo deditos per abstractioris vitæ disciplinã (qua
les erant tunc filij prophetarũ) abstinentiam auidius amplexatos fuisse.
10 ¶ Insuper commendantur a domino filij Ionadab de domo Rechab, q
Hieremia propheta ipsis porrigente vinum in potũ iussu dei: responde Hiere. 35
runt se præceptum accepisse a patre suo, q toto vitæ suæ tempore absti
nerent a vino. Quod quidem paternum præceptum ad vnguẽ se perpe
tuo seruaturos contestati sunt: neq; vnq vino vsuros. Ob quã memora
bilem abstinentiam obedientiæ coniunctã: dominus apud eundem pro
phetam pollicetur Rechabitis perpetuã posteritatis eorum successionẽ Ibidem.
in conspectu suo. Vt ex diuina hac promissione intelligamus, huiusmo
11 di abstinentiam non fuisse inuisam deo: sed admodũ acceptam. ¶ Adde
q Daniel & socij eius, posthabito cibo potuq; regio qui fuerat eis in an
nonam quotidianã atq; alimoniã a rege Babylonis constitutus: legu Danie. 1
mina in cibũ & aquam in potum sibi exhiberi a præposito eunuchorũ
petierunt. Quibus cũ diutius essent vsi: & elegantiore præ cæteris appa
ruerunt vultu, & sapientia rerũq; omniũ disciplina præstantiores. quã
deus illis largiter infudit: ob insignem abstinentiam a cibo potuq; lau
12 tiore. ¶ Ad hæc. Daniel sanctus domini propheta iã ætate prouectior, Danie. 10
cum semel triũ hebdomadarum ieiunio se affligaret ad intelligendam
visionis sibi factæ reuelationem, comitem ipsi ieiunio asciuit & abstinen
tiam, a carnibus & vino totos illos dies se continens. & demum impetra
13 uit a domino: quod huiusmodi parsimonia consequi exoptauit. ¶ Au
dienda quoq; sunt hic & verba Hieronymi ad Eustochium: exemplum Hierony-
Heliæ atq; Danielis nobis ad imitationẽ proponentia. Helias (inquit) mus.
cum Iezabel fugeret & sub quercu iaceret: adueniente ad se angelo susci 3. regum. 19
tatur, & ecce ad caput eius panis subcineritius & vas aquæ. Reuera pò
terat ei deus conditum vinum mittere & electos cibos: & carnes contu
sione mutatas. Potuit & Danieli de regijs ferculis opulẽtior mensa trãs
ferri: sed Abacuc ei messorum prandium portat, arbitror rusticanum. Danie. 14
hæc ille. Ecce vterq; dictorum prophetarũ a domino cibum accepit: sed
abstinentiæ consentaneum. vt hinc colligamus: virtutem hanc magnope
14 re a deo probari. ¶ Cuius rei & illud argumentũ est: q in Leuitico scri
bitur dominus dixisse ad Aaron. Vinum & omne quod inebriare po Leui. 10.
test, non bibetis tu & filij tui: quando intrabitis in tabernaculum testi

monij,ne moriamini. quia præceptũ sempiternũ est in generationes ve-
stras:& vt habeatis scientiã discernẽdi inter sanctũ & prophanum,inter
pollutũ & mũdũ,doceatisq́ filios Israel omnia legitima mea:quæ locu
tus sum ad eos per manũ Moysi. Quibus verbis interdicitur a domino
vsus vini sacerdotibus veteris ritus: pro tempore ministerij eorum in ta
bernaculo ipsius.vt per huiusmodi abstinẽtiam,sit in eis & exactior re-
rum sacrarum a prophanis discretio:& melior ad docendum populum
mentis dispositio. ¶Demum abstinentiam a lautitijs cibi & potus,viã 15
esse conuenientem ad consequendam animi sapientiam: testificatur Ec-
Eccles.2. clesiastes,cum ait. Cogitaui in corde meo,abstrahere a vino carnẽ meã:
vt animũ meum transferrem ad sapientiã,deuitaremq́ stultitiã.& recte
quidem. Nam cũ corpus saginatur delicijs cibi & potus: animus, horũ
deprimitur copia,languetq́ famelicus. Vbi vero corpus abstinentia mo
derata atteritur: vigor animi maior emicat, & acies eius efficitur pene-
tratior ad capessendã doctrinam salutarem,peculiare suum pabulum.
Iob.28. Quod & beatus Iob perhibet dicens. Sapientia vero vbi inuenitur:&
quis est locus intelligentiæ? Nescit homo precium eius:nec inuenitur in
terra suauiter viuentium. Vbi suauiter viuentes vocat ipse Iob,volupta
tibus cibi & potus deditos: indulgentesq́ ventri, & quicquid suggerit
concupiscentia,illi subministrantes. Confirmat idem & Esaias prophe
ta,post explicatã domini indignationem contra ebrietatẽ sacerdotum:
Esaię.28. subiungens. Quem docebit dominus scientiã:& quem intelligere faciet
auditũ? ablactatos a lacte,auulsos ab vberibus. Per quos, mystico ser-
mone eos intelligit:qui per abstinentiam,a delicijs cibi & potus se con-
tinent,& a lautitijs eduliorum suauium se abdicarunt.

¶In nouo etiam testamento,& scripturæ sacræ testimonio & san
ctorum patrum exemplis: probari abstinentiam a cibo & potu
lautiore:necnon a carnium esu continentiam. Cap. XVII.

IN ipsis etiam euangelicæ legis foribus: beatus Ioan- 1
Lucę.1. nes Baptista,miræ forma abstinentiæ,velut illustre iu-
bar emicuit.qui secundum angelicã prænunciationem
Matth.3 vinum & sicerã non bibit: locustisq́ & melle syluestri
in cibum vti solitus erat,quemadmodũ euangelistæ
de eo referunt. Vnde a carnibus q̃diu in eremo est di-
uersatus:perpetuo temperasse aperte dinoscitur. Quod & Augustinus
Augustinus testatur contra Faustum,dicens. Vnde dictus est Ioannes non mandu-
cans neq́ bibens:nisi quia illo victu quo Iudæi vtebantur,ipse non vte-
batur? Constat autem:ꝙ Iudæi carnibus vescebantur.nisi forte quis ita
Hieronymus. desipiat:vt dicat Ioannem carnes manducasse in lege prohibitas. Hie-
ronymus etiam contra Iouinianum: idem attestatur dicens. Præcursor
domini & præco,locustis alitur & cælesti melle:non carnibus. Et Raba
Rabanus. nus super illud verbũ Matthæi. Esca eius locustæ,ait. Habitatori soli-

tudinis congruum erat: vt non delicias ciborum sed necessitatem huma
nę carnis expeteret. Vnde refert Arnulphus, insignis episcopus, mini- Arnulphus
mum genus locustarũ fuisse in deserto Iudeæ, quo pastus est Ioãnes Ba
ptista: & vsq; hodie ibi apparere. quæ corpusculis in modum digiti ma-
nus, exilibus: in herbis facile capiuntur, coctæq; in oleo: pauperẽ præ-
bent victũ. hæc ille. Hoc ipsum autem ad magnũ præclarę cõmendatio-
nis cumulum illi accedit: q̃ tãtam in victu tenuerit austeritatem. tantũ
abest: vt illud ei crimini aut probro detur. quod tamen fieri oporteret:
si abstinentia a carnibus & vino, aut sponte suscepta aut superioris pote-
statis authoritate præcepta, dãnanda foret. vt volunt hi voluptatũ præ-
2 dicatores: contra quos aciem instruimus. ¶ Præterea, ad elidendã eorũ
frontem: qui ne puncto quidem temporis carnes sibi negari subtrahive,
aut vna diecula, æquo animo ferunt: plurimum id facit, q̃ dominus no
ster cũ ex quinq; panibus & duobus piscibus diuina virtute multipli- Ioan. 6.
catis: satiauit quinq; milia hominum. nequaq̃ carnes tantæ multitudini
subministrauit in additamentum cibi cum pane sumẽdi: sed pisces. Cũ
etiam alio tempore sed eadem virtute immensa, ex septem panibus qua- Matth. 15
tuor milia hominum saturauit: paucos itidem pisciculos, qui tũ habebã Marci. 8.
tur teste euangelista, multiplicauit, in adiectionem edulij cum pane mã
3 ducandi. Vbi etiã de carnibus: nulla prorsus fit mẽtio. ¶ Insuper, post
gloriosum suæ resurrectionis triumphũ CHRISTVS discipulis suis
apparens, cum interrogasset eos, haberent ne aliquid ad manducandũ: Lucæ. 24.
obtulerunt ipsi, domino partem piscis assi & fauum mellis. De quibus
oblatis cibis, in argumentum veræ suæ resurrectionis: dignatus est co-
ram ipsis aliquid manducare. Cum etiam post admirãdam piscium ca-
pturã paulo post factam, descendissent e naui in terram discipuli: quan Ioan. 21.
do apparuit illis piscãtibus ipse dominus, in littore maris consistens: in-
uenerunt ipsi prunas in terra positas & piscem superpositum. Quem in
prandio illo discipuli a domino inuitati: simul cum eo mãducarũt. Vn-
de non futile sumitur argumentum, CHRISTVM cum in hoc mundo
diuersaretur: interdum assuetum esse esui piscium, & a carniũ vsu absti-
4 nuisse. ¶ Rursum, beatus Paulus eandem approbauit abstinentiæ disci
plinam: cum ait. Bonũ est non manducare carnem: neq; bibere vinum. Roma. 14
Quod autem bonum est: citra reprehensionem fieri potest. & si fiat: com
mendabile est. Et idem alio in loco. Quapropter si esca scandalizat fra 1. corin. 8
trem meum: non manducabo carnem in æternum. Vbi vnam assignã-
uit apostolus causam, propter quam expedit interdum ab esu carnium
abstinere: vtpote scandalum infirmorum, qui ex huiusmodi manduca-
tione impingerent fortasse pedem in lapidem offendiculi. Propterea di-
cit alio in loco: idem euangelicæ veritatis prædicator. Qui autem infir- Roma. 14
mus est: olus mãducet. Quod vtiq; faciundum non suaderet: si mãduca-
tio carnium interdũ prætermitti recte non posset. Verũtamen scandali

Non ob ſolum ſcandalũ vitandũ: a carnibus eſſe abſtinẽdum.

in fratribus euitatio,non ſola eſt cauſa aut tota:quare ſit a carnibus aut
vino abſtinendum. Alioqui ſemotis arbitris &vbi nullus ſpectator ad-
eſſet,nullus item ſcandalo daretur locus:impune quis ſemper carnibus
veſci poſſet. quod nullus ſanæ mentis & pietate Chriſtianæ religionis
recte imbutus:admitteret vnq̃. Sed & aliæ ſunt cauſę rationabiles & le-
gitimæ:quæ ad huiuſmodi abſtinentiam inducere pie affectos queant.
vtpote publicum eccleſiæ ſtatutum, præpoſiti præceptum, emaceratio
carnis:ſpontanea ſui afflictio in expiationem peccatorum,liberiorꝗ ſpi
ritus in cæleſtia intentio,& cęteræ conſimiles. ¶ Ad eãdem quoꝗ diſci 5
plinam abſtinentiæ,beatus Paulus agoniſtarum exemplo cunctos pro-
1.corin.9 uocat milites Chriſtianos:cũ ad Corinthios ſcribit. Omnis qui in ago
ne contendit:ab omnibus ſe abſtinet. & illi quidem,vt corruptibilem co
ronam accipiãt:nos autẽ incorruptã. Deinde eodem in loco,eãdem ſuo
Ibidem. ipſius cõmendat exemplo:cũ protinus ſubiungit. Caſtigo corpus meũ:
& in ſeruitutem redigo. Illa vero caſtigatio corporis:nimirum per arcti
Gala.6 tudinem abſtinentiæ facta fuiſſe debet exiſtimari. Si itaꝗ ipſe cui mun-
dus crucifixus erat & ipſe mundo,& qui cum CHRISTO ſe cruci cõ-
fixum teſtatur,abſtinentiæ rigorẽ eſt amplexatus: quid facient alij qui
adhuc viuunt in carne,& eius plærunꝗ deſideria ſequũtur? Nonne va-
Gala 5. lentiore iure debent & ipſi non abhorrere frena abſtinentiæ:vt carnẽ ſuã
crucifigant cum vitijs & concupiſcentijs,& ſpiritu facta carnis mortifi-
cent? ¶ Adde ꝙ in illo apoſtolorum cõcilio quod in actis ſcribitur apo 6
ſtolicis capite decimo quinto,etiam præſcripta eſt quædam abſtinentię
regula:quando ijs qui ex gentilitate ad fidei veritatem conuerſi fuerãt,
Actuũ.15 poſita eſt lex:ꝙ abſtinerent a ſuffocato & ſanguine. Et id quidem,pro-
pter tranquillam & diſſenſionis immunem conuerſationem conuerſorũ
ex gentibus,cũ conuerſis ex Iudaiſmo:qui ex more legis Moſaicæ a te-
neris annis abhorrebant huiuſmodi cibũ. Non igitur laxatæ ſunt ha-
benæ in illo primo legis euangelicæ exordio cuiuis,ad manducandum
pro ſuo arbitratu carnes:ſed arctioribus loris conſtrictæ ſunt,cũ præci-
piuntur ex paganiſmo conuerſi,a ſuffocato & ſanguine(propter cauſam
ſupra dictam)abſtinere. ¶ Ad hæc,circa ipſa naſcentis eccleſiæ primor- 7
dia & deinceps,in frequenti vſu fuiſſe abſtinentiam a carnibus,& a cæ-
Hieronymus. teris menſæ indulgentioris delicijs:prodit in primis id quod ex Egeſip-
po memorat beatus Hieronymus in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis,
Egeſippus. Iacobus apoſtolus. de ſancto Iacobo apoſtolo,qui frater domini cognominatus eſt: eccle-
ſiæ Hieroſolymitanę primo epiſcopo. ꝙ ſcilicet ex vtero matris ſanctus
fuit,vinum & ſiceram non bibit,carnem nullam comedit: nunq̃ atton-
ſus eſt,nec vnctus vnguento,nec vſus balneo. ¶ Cõuincit idem & illud: 8
quod ex Philone narrat Euſebius Cæſarienſis,in eccleſiaſticæ hiſtoriæ
Euſebius. libro ſecundo,capite decimoſeptimo, de fidelibus qui in Alexandrina
Philo. eccleſia a beato Marco euangeliſta inſtituta,cõuerſabantur in mira vitæ

ſanctimonia. Siquidem de illis inter cætera, hæc refert. Vinum quidem
nemo omnino nec guſtu contingit: ſed nec quamlibet carnem. Tan-
tum autem aqua eis eſt poculum: & panis cũ ſale vel hyſopo, cibus. Sic
ille. Hæc ſane erant illius eccleſiaſticæ congregationis documenta: hæc
ſacra abſtinẽtiæ inſtituta. quæ deinceps a viris ſanctis anachoriticæ cœ-
nobiticæque profeſſionis, etiam & a plærisq; qui populo fideli mode-
9 rando præerant epiſcopis: in exemplũ traducta ſunt. ¶ Enimuero Hie
ronymus ad Euſtochium ſcribens: cum vitam cõmendaſſet cœnobita-
rum, referens ꝙ inter eos viuitur pane & leguminibus & oleribus, quæ
ſale ſolo condiuntur: interiectis quibuſdam verbis ait. Ad tertiũ genus Hierony-
veniam, quos anachoritas vocant: qui de cœnobijs, exeũtes excepto pa- mus.
ne & ſale, amplius ad deſerta nil proferũt. Huius vitæ author Paulus:
illuſtrator Antonius fuit. Qui etiam beatũ Paulum eremitã (quem hu-
iuſmodi vitæ anachoriticæ: aſſerit fuiſſe authorem) his effert abſtinẽtiæ
præconijs: cum eius deſcribit vitam. Omnem in oratione, in ſolitudine Paulus pri-
duxit ętatem: cibum & veſtimentũ ei palma præbebat. Quod ne cui in- mus eremi
credibile videatur: IESVM teſtor & ſanctos angelos, vidiſſe me mona- ta.
chos, e quibus vnus per triginta annos pane hordeaceo & aqua lutulẽ-
10 ta vixit. ¶ Beatus etiam Baſilius monachis orientalibus qui ad perfe-
ctionis faſtigium nitebantur euadere: carnium eſum inhibuit. Sanctus Sanctus
itidem Martinus (vti de ipſo refert Sulpitius) in ſuo monaſterio ſecũ de- Martinus.
gentibus monachis: vini potũ permittere noluit. Et beatus Benedictus,
monaſticæ diſciplinæ pater egregius: ſanis monachis eſum carniũ inter-
11 dixit. ¶ Demum vt innumeros alios prætercam: ſanctus Germanus, Sanctus
Antiſſiodorenſis epiſcopus, poſtꝙ in pontificali dignitate illius eccleſiæ Germanus
ſancto Amatori ſucceſſit: totos triginta annos (vt vitæ ipſius refert hiſto Antiſſiodo-
ria) ita corpus ſuum afflixiſſe traditur: vt nunꝙ panem frumenti, nõ vi- renſis.
num, non oleum, in ciborum condimentum ſumpſerit. Pane tantũ hor-
deaceo veſcebatur, ſemper ieiunãs: & ad veſperã duntaxat cibũ ſumens.
Bis etiã tãtũ quotãnis, in feſto ſcilicet ſancto paſchę & natiuitatis domi
nicæ: vinum ſumpſit in poculũ, ob reuerentiã earum ſolennitatum. ſed
vſqueadeo vinum illud aqua diluit: vt ſaporem magis aquæ ꝙ vini prę
12 ſe ferret. ¶ Similiter eximia virgo Genoueſa (cuius cineres ſacri & reli- Sancta Ge-
quiæ, apud Pariſios, vbi ſanctiſſimam tranſegit vitã, reconditę: debita noueſa.
veneratione honorantur) a decimo quinto ætatis ſuæ anno vſq; ad quin-
quageſimum: panem hordeaceum & fabas aqua mollitas in cibum ac-
cepit. a die dominico in quintam feriã aſſidue ieiunãs: & deinde a quin-
ta feria in diem dominicũ. Vinũ & quoduis poculum inebriãs: non gu- Mira ſanctę
ſtauit. Poſt quinquageſimum vero annum vſq; in diem ſuę reſolutionis: virginis ab-
ſuadentibus epiſcopis, piſces & lac cũ pane hordeaceo ſibi in cibum de- ſtinentia.
ſumpſit. vt referunt probati authores: qui vitam eius & mores ſanctita-
13 te ſpectabiles, conſcripſerunt. ¶ Cæterum in nimiã prolixitatem ſuſce-

ptus extenderetur sermo:si memoratu digna reliquorum sanctorũ exempla(quæ rigorem abstinentiæ eorũ apertius declarent) recensere pergerẽ. Proinde illa, ex historijs de vita singulorũ memoriæ proditis, exquirenda relinquens cuiq; studioso lectori:id vnum ab aduersarijs percontari velim, an putent a delicijs huius mundi se transituros ad delicias paradisi:& hic ventrẽ se repleturos atq; illic mentẽ, quod impossibile esse contestatus est Hieronymus. cũ videant electos dei, per viã abstinentiæ, parsimoniæ & sobrietatis suos tulisse gressus:quibus ad æternę felicitatis regionẽ peruenirent. Certe idẽ nobis tenendũ est iter, eademq; calcanda vestigia quæ posteris reliquerunt:si ad eandem volumus metam quam assecuti sunt, demum pertingere.

Hieronymus.

¶Authoritate orthodoxorum patrum, scriptorumq; illustrium, etiam commendari abstinentiam a delicijs victus:& quæ vtilitates homini ex ea proueniunt. Cap. XVIII.

ACcedant etiã his scripturæ testimonijs & sanctorũ exemplis supra memoratis, authorũ sacrorũ authoritates oportet:quæ manifeste declarent, q̃ cõmendabilis sit & animæ salutifera in cibo potuq; abstinẽtia. vt demum his adductis:patronorũ voluptatis ora prorsus occludantur. ¶In primis proferatur in mediũ beatus 1
Ambrosius:libro tertio hexameron dicens. Ab initio seculi, simplicem victum & naturalẽ debuit deus reliquis cibis anteferre : quoniã iste est sobrietatis cibus, reliqui voluptatis. In hoc datur nobis frugalitatis exemplũ & parsimoniæ magisterium:vt herbis & simplicis oleris victu aut pomis contenti simus, quẽ natura obtulit, quem liberalitas dei primo donauit. hęc ille. ¶Cui astipulatur & Hieronymus:ad Demetriadem virginẽ ita scribens. Conceduntur quidẽ nuptiæ, carnis esus, vsus vini:sed horũ abstinẽtia, consilio perfectiore suadetur. Idem etiam contra Iouinianum inquit. Si vis perfectus esse:bonũ est carnes non manducare, & vinum non bibere. Nam si vis perfectus esse:melius est saginare animam q̃ carnẽ. hæc ille. Quinimmo idem in toto progressu confutationis tertiæ propositionis Iouiniani, saturitatẽ ieiunijs & abstinentiæ adæquantis, quantum ad meritũ:abstinentiã præclaris commendat dignisq; laudibus. Proinde tota illa confutatoria Hieronymi elucubratio, in secundo contra Iouinianũ libro posita:integre percurratur. vt ijsdem argumentis & rationibus:cognoscantur & nostræ tempestatis dogmatistæ, in ipso Iouiniano quem assectãtur, elisi. Ita sane pro materia precedentis libri, continentiã sacerdotũ astruentis:perlegatur totus primus liber eiusdẽ sacri authoris. in quo acerrime confutat primam Iouiniani propositionẽ:nuptias cęlibatui, quantum ad meriti gradum & pręmij, coæquantẽ. Iisdem enim telis confodiendi sunt, immo iam confossi, si modo id sentiant:qui sacros altaris ministros addicere nuptijs &

Ambrosius

2

Hieronymus.

Idem cõtra Iouinianũ.

3 vxores ducere nunc volunt. ¶Præterea, beatus Auguſtinus in libro de fide ad Petrum: abſtinentiæ diſciplinam his approbat verbis. Humiles Auguſtinus
ſerui CHRISTI qui cupiunt domino abſq; impedimento ſeruire: coniugia non appetunt, a vino & carnibus abſtinent, quantū corporis valitudo permittit. non ꝙ peccatū ſit: aut coniugē habere, aut carnes vinūque percipere. Idem quoq; in libro de diffinitionibus orthodoxæ fidei: Idem.
& eccleſiaſticis dogmatibus. Bonum eſt (inquit) in cibo cum gratiarum actione ſumere: quicquid deus edendū præcepit. abſtinere autem ab aliquibus non quaſi a malis, ſed quaſi non neceſſarijs: non eſt malum. Moderari vero carnium vſum, pro neceſſitate & tempore: proprie Chriſtianorū eſt. Et paulo poſt, idem. Sacratę virginitati nuptias coęquare: aut pro amore caſtigandi corporis, abſtinentibus a vino vel carnibus nil cre
4 dere meriti accreſcere: non hoc Chriſtiani, ſed Iouiniani eſt. ¶Subſcribit prædictis tribus ſacris doctoribus & beatus Gregorius, ſacratum Gregorius.
complens ordinis illius quaternarium: in tertio libro moralium dicēs. Nullus palmā certaminis ſpiritualis apprehendit: qui non prius in ſeipſo per afflictā concupiſcentiā, carnis incētiua deuicerit. Neq; enim ad conflictū ſpiritualis certaminis conſurgitur: ſi non prius intra noſmetipſos hoſtis mentis poſitus, gulæ appetitus edomatur. hæc ille. At quomodo edomabitur inteſtinus ille hoſtis, & penitus nobis adhærens: niſi per abſtinentiam & frenationem moderatā voluptatū cibi & potus, atq; per ſubductionem eorū cum mediocritate: quæ in victu lautitiam
5 ſapiunt, delicatioraq; & delectabiliora ſunt? ¶Porro ꝙ ex ipſo eccleſiæ inſtituto indicta ſit abſtinentia in victu: iam oſtenſum eſt in capite decimo quarto libri præſentis, ex decreto Teleſphori papæ: quod recitatur Teleſphorus.
quarta diſtinctione. cap. ſtatuimus. decernitq;, in quadrageſimali ieiunio, a carnibus eſſe abſtinendum. Necnon ex decreto beati Gregorij pa Gregorius.
pæ: in eadem libri decretorū diſtinctione, cap. deniq;. recitato. vbi conſtituit: in quadrageſima a lacticinijs eſſe temperandū. Præterea, abſti Leo quartus
nentia ab vſu carnium hebdomadatim feria quarta & ſexta, indicitur ex decreto Leonis quarti: in eodem decretorum volumine, de conſecratione, diſtinctione tertia, cap. de eſu carniū. Attamen quantū ad quartā feriā, illud decretū non eſt vſq; ad tempora noſtra receptū in vſu, tanꝗ præceptum eccleſiaſticū: ſed per oppoſitū vtentium morē exoletum, &
6 ſoli fideliū peculiari deuotioni relictū. ¶Rurſum, diebus ſabbati ſingula quaq; hebdomada, a carnibus eſſe abſtinendū: conſtituit Gregorius ſeptimus in eo canone, qui adducitur in eodē decretorū codice, de conſecratione, diſtinctione quinta, cap. quia dies. in hunc modū. Quia Gregorius
dies ſabbati apud ſanctos patres noſtros, in abſtinentia celebris eſt habi ſeptimus.
tus: nos eorundē authoritatē ſequentes ſalubriter admonemus, vt quicunq; ſe Chriſtianæ religionis participem eſſe deſiderat: ab eſu carnium eadē die (niſi maiori feſtiuitate interueniente: vel infirmitate impediēte)

abſtineat.hęc ibi.Nihilo minus de manducandis carnibus aut prætermittendis,in ſingulis diebus ſabbati qui intra natiuitatem dominicã& feſtum purificationis beatæ MARIAE virginis occurrunt: vnuſquiſq; ſuæ regionis morẽ ſequatur & vſum,atq; ita reatũ præuaricationis tutus euadet.Demũ abſtinentia etiã a carnibus,in tribus diebus rogationũ ſolenniũ qui proxime celebritatem aſcenſionis dominicæ antecedũt: indicta fuiſſe declaratur,de conſecratione, diſtinctione tertia,cap.rogationes.Et ita de alijs legibus eccleſiaſticis,abſtinentiam vniuerſo populo Chriſtiano indicentibus:in diebus ieiuniorũ ab eccleſia præceptorũ (qui particulatim capite decimo quinto libri huius:ſunt latius explicati)ferendum eſt iudiciũ.eas ſcilicet leges recte & rationabili ex cauſa latas eſſe,eaſdemq; obligandi vim & authoritatem habere: & deniq; illas ab omnibus qui ſuam negligere nolunt ſalutẽ,ad vnguem eſſe obſeruãdas.

In diebus rogationũ: a carnibus eſſe abſtinẽdum.

7 ¶Cæterum neq; cenſebitur huic loco incongruũ(vt reor)nec abſonum: nonnullas abſtinentiæ vtilitates annotare, fructuſq; ſpirituales, quos ſuis cultoribus ſolet vbertim afferre.Primum itaq;,effrenem ipſa edomat libidinem:& carnẽ ſpiritui reluctantem coercet. quemadmodũ teſtatur Hieronymus contra Iouinianum:dicens.Fac eſum carniũ cunctis nationibus eſſe communem,& paſſim licere quod paſſim gignitur: quid ad nos, quorum conuerſatio in cælis eſt?qui ſuper Pythagoram & Empedoclem,& omnes ſapientiæ ſectatores,non ei debemus cui naſcimur,ſed cui renaſcimur:quoniã repugnantem carnẽ & ad libidinum incentiua rapientem,inedia ſubiugamus.hæc ille. Et certe abſtinentia, frenum eſt quoddam ſpirituale,quo conſtringitur ipſa caro:ne laſciuiat nimio pabulo, delicatioreque alimento petulaſcat inſolens in ſpiritum.

Hieronymus in Iouinianum.

8 ¶Secundo præſtat eadẽ virtus adminiculum:ad ſeruandum pudicitię candorem.Quod ita comprobat ſacer Hieronymus:ſcribens ad Euſtochium.Solicite prouidendum eſt,vt quos ſaturitas de paradiſo expulit: eſúries reducat.Non q; deus vniuerſitatis creator & dominus : inteſtinorum noſtrorũ rugitu & inanitate ventris, pulmonũq; delectetur ardore:ſed q; aliter pudicitia tuta eſſe non poſſit.Ad eandẽ quoq; ſcribens idem ſacratus pater: alio in loco ait. Siquid in me poteſt eſſe conſilij, ſi experto creditur:hoc primum admoneo,vt virgo CHRISTI vinũ fugiat pro veneno.Quid oleũ flammæ adijcimus?quid ardenti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus?hæc ille.

Hieronymus ad Euſtochium.

9 ¶Tertio,non paruũ præbet adiumẽtum frugalitas in victu & abſtinentia:ad cuſtodiã perfectæ paupertatis.Quod apertius innoteſcit ex hiſce verbis beati Hieronymi ad Saluinam.Vbi(inquit)vile oluſculũ,cribrarius panis, & cibus potuſq; moderatus: ibi diuitiæ ſuperuacuæ.Idem quoq; contra Iouinianum. Grandis animæ exultatio eſt,cũ paruo contentus fueris: mundum habere ſub pedibus,& omnem eius pompam & epulas ac libidines (propter quæ,diuitiæ conquiruntur)vilibus cõmutare cibis.hæc ille ibidẽ.

Hieronymus.

10 ¶ Quarto, præstat ipsa abstinentiæ virtus, animi vigorem, & ad acquirendam interioris hominis fortitudinẽ: non parum conducit, iuxta illud sancti Bernardi verbum. Quomodo corpus nostrũ quotidie crescit & decrescit: sic necesse est spiritum semper proficere aut deficere. sed interest ordinis. Nam semper in robusto & vegeto corpore: animus mollior atq; tepidior est. & rursum in corpore debili ac infirmo: fortior viget promptiorq; spiritus. Quod se expertum testatur apostolus: dicens. Quãdo infirmor: tũc fortior sum. hæc ille. Ex quibus prõptũ est dinoscere: q̃ cum per abstinentiã vigor attenuatur in corpore, redditurq; per eius exercitationem corpus imbecillius: tũc virtus adaugetur in animo, Bernardus. 2. corin. 12.

11 sitq; ille valentior & alacrior. ¶ Quinto affert etiã moderata abstinẽtia, mentis serenitatem: purgatæ a nebulis carnalibus & caligine voluptatũ corporis. Quod hac Senecæ confirmatur sententia. Non est (inquit) iocunda res: aqua & pulmenta, aut frustũ hordeacei panis. sed summa voluptas est, ex his posse capere voluptatem: & ad id se deduxisse, quod eripere nulla fortunæ iniquitas possit. hæc ille. Illud autẽ quod nullo fortunæ turbine potest ab homine diuelli: mentis est tranquillitas, exutæ curis & solicitudine mundi, ex apparanda lautius mensa oboriri solitis. Hanc autem serenitatem animi & libertatẽ: cõfert hominibus ab Seneca.

12 stinentia. ¶ Postremo, eadem parsimonia in victu: diuturnitatem vitæ etiam corporalis impartit ijs qui moderate ea vtuntur. Quod & Ecclesiasticus his verbis attestatur. Noli auidus esse in omni epulatione: & nõ te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas: & auiditas appropinquabit vsq; ad choleram. Propter crapulam multi obierũt: qui autẽ abstinẽs est, adijciet vitã. hæc ille. Et id certe frequenti experientia compertum est: gulæ deditos & crapulæ, breuem agere vitam. secundũ illud protritum beati Hieronymi verbum. Plures interficit gula: q̃ gladius. Abstinentiæ vero assuetos & frugalitati: in multos annos eam producere. q̃ illa non modo animæ, sed & corpori illabefacta valitudine firmando salutaris est: ac vtriusq; hominis incolumitatẽ operatur. Quod nonnullis insignium virorum exemplis hic corroborare: nõ videbitur ociosum, quo perspectius id omnibus habeatur. Et primo Bragmanarum: qui sapientes & philosophi sunt Indiæ, de quorũ mo- Eccli. 37. Hieronymus.

13 ribus hæc memoriæ prodita sunt. ¶ Gens Bragmanarum: pura & simplici vita viuit, nullis rerum capitur illecebris: nihil appetit amplius, q̃ naturæ ratio flagitat. Sola viuit alimonia: quã tellus sine cultura producit. Hinc est q̃ nulla morborũ genera, nullus apud eos vsus medicinæ: quia parsimonia est illis medicina. sed lõga sanitas vsq; ad mortem: quã meta senectutis demum infert. Vnde nemo parens, filij comitatur exequias: quoniam apud eos, filij parentibus semper manent superstites. Longæuam præterea vitam agunt: centumque & quinquaginta annorum fere explent ætatem, propter continuam in victu parsimoniam, & Parsimonia & lõgitudo vitæ, Bragmanarum

aeris illius regionis salubritatem. Hæc & alia multa, huic non conducentia proposito: de moribus Bragmanarum referuntur in expositione epistolę beati Hieronymi ad Paulinum, de omnibus sacræ scripturæ libris: quæ toti bibliæ tanq̄ prologus præfigitur. Masinissa quoq; Numidarum rex, ad nonagesimū vsq; suæ ætatis annum peruenisse traditur: ob eximiam in victu frugalitatem. Solitus enim erat cū in militia versaretur, vel stans vel ambulans solum in meridie ante tabernaculū suū (vt suos milites, suo ipsius exemplo ad temperantiam formaret) cibum sumere. Vnde argumentū ducitur, ipsum domi suæ vel eandem vel strictiorem parsimoniæ disciplinam tenuisse: & ad hanc venerandam nonagenarię ætatis caniciem, per temperantiam sanitatis authorem, & per sanitatē infractam: temperantiæ comitem perpetuam, eundem esse perductū. Sed ne nostratia prætereamus exempla: Paulus primus eremita authore Hieronymo, centū & tredecim vixit annos. Eodēq; teste, Hilarion etiā cultor eremi: octoginta vitæ suæ cōpleuit annos. Demū beatus Antonius eremita Aegyptius (vt in eius vita scribit Athanasius) cētum & quinq; annorū hic cōsummauit curriculū. Postremū beatus Hieronymus, nonagesimo primo suæ ętatis anno: a probatis authoribus ex hac vita migrasse traditur. Horū autem quatuor, postremo nominatorum loco: tota vita post solitudinis aut monasterij incolatum, erat continuum ieiuniū & assidua abstinentia. Ex his igitur & alijs q̄plurimis illustriū virorum exēplis (quæ studioso lectori perquirēda relinquimus) cōstat aperte: parsimoniā in victu, ad productiorē vitā multū conferre.

Masinissa rex Numidarum: longęuus.

Paulus primus eremita.
Hilarion.
Antonius.
Athanasius
Hieronymus.

❡ Asperitatem vestium atq; vilitatem, cum duritiæ lectisterniorum, & cæteris id genus affligendi corporis modis: in sacris antiqui testamēti literis etiā magnopere cōmendari. Cap. XIX.

Est & aliud affligendi castigandiq; corporis genus, a ieiunio & abstinentia diuersum: magna tamen vtriq; cognatione affinitateq; coniunctum, & in diuina scriptura ambobus sæpenumero sancta societate connexum. vtpote asperitas vestium atq; durities, sponte assumpta ad emacerandam carnis petulantiam: per cilicium, aut aliud quiduis similis generis indumētū. Sub qua & hic comprehendi intelligimus consimiles corporis afflictiones: extra victum illi gratia pœnitētiæ & castigationis inferri solitas. siue in duritie cubitus: vt cum nuda terra aut prædurum aliud quippiā, pro lecto in vsum somni deligitur, aut cum cinis & puluis corpori dormituro substernitur. siue in disciplina moderata corporis per flagellationem secretā: aut etiam publicam, secundū laudabiles antiquorū patrū regulas, monasticæ vitę assignatas. siue in alio quouis affligendi corporis genere: per rationabile obsequiū & maturā discretionem, castigandę carni adhibito. Et quoniā voluptatū carnis hac nostra tēpestate patroni ac prędicatores, sicut ieiu-

nium & abſtinentiā dānant: ita quoq; & omnē vitæ auſteritatē quæ in amictu, cubatione, & diſciplina caſtigatoria corpori infligitur, cōſequēter improbāt. volentes corpus ipſum molliuſcule foueri, indolēteſq; illi durum aliquid aut aſperū ad afflictionem ipſius irrogari: idcirco præſens locus exigit oportune, cōtra hoſce veros animę & corporis hoſtes literariā etiā aciē moueri, & ex ſacrarū literarū prōptuario ſanctorūq; virorū exēplis & teſtimonio: duritiē in amictu & cubitu & cęteras affligēdi corporis vltra victū diſciplinas, approbari.

Aſperitatē veſtiū & diſciplinā corporis: damnant Lutherani.

2 ¶In primis itaq; ſtatim poſt lapſū protoplaſtorū, ſubindicatur nobis cōprobata a deo veſtiū tenuitas & vilitas: cū de ipſo ſacra Geneſeos refert hiſtoria. Fecit quoq; dominus deus Adæ & vxori ſuæ tunicas pelliceas: & induit eos. Potuiſſet quidē ipſe dominus (quoniā ōnipotēs eſt) exhibuiſſe illis tunicas holoſericas, purpureas aut byſſinas: aut ex alia quauis precioſa materia cōpoſitas. Sed ad deſignandā triſtē mortalitatis ſortē, in quā deciderāt: necnō ad propulſandā intēperiē aeris illius regionis, in quā relegādi erāt, deperdita paradiſi amœnitate: nulla eis conueniētior erat veſtis, q̄ quę ex mortuorū animaliū exuuijs cōtexta, perpetuā ipſis ingereret ſuæ cōditionis mortalis memoriā: quęq; accōmodū eſſet munimētū cōtra auræ, ventorū & imbriū inclementiā. Eſt igitur in hoc dei opere: nobis haud obſcure cōmēdata veſtiū ſimplicitas. Gene.3.

3 ¶Rurſum, cū Iacob viſa tunica filij ſui Ioſeph ſanguinolēta, credidiſſet eū a fera deuoratū eſſe & ſublatū e vita: ſciſſis veſtibus (inquit ſcriptura) indutus eſt cilicio, lugēs filiū ſuū multo tēpore. Gene.37. Cuius exēplo, cū quiſpiā animę ſuę cognoſcit interitū, per peccatū & diſſeparationē a deo fonte vitæ: ſi cilicio ſe induit ad lugendū ſpiritus ſui mortē, immo ad illū a morte ad vitā reſuſcitandū: nūquid ille vituperādus eſt, & pro illo bono opere lapidādus? Nequaq̄ profecto: ſed maiorē in modū ob ſalutarē pœnitentiā cōmendādus. ¶Præterea, cū populus Iſraeliticus poſt adorationē vituli cōflatilis intellexiſſet ex Moyſe, ob illā grauē præuaricationē dominū fuiſſe illi cōminatū: q̄ nō aſcēderet cū eo in terrā promiſſionis ad eijciēdos inde Chananęos, quoniā populus eſſet durę ceruicis: audiēs hūc ſermonē peſſimū (inquit) populus ipſe: luxit, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo. honeſtioribus ſcilicet & nitidioribus veſtimētis: in argumentū luctus & triſtitiæ. & vt habitu quoq; (quēadmodū ibidē dicit gloſſa interlinearis) pœnitētiam demōſtraret. Exodi.33. Quæ quidē humiliatio totius populi, abiectiore q̄ ſolitus erat amictu declarata: inflexit deū ad miſericordiā, & placatū reddidit eundē, accedētibus Moyſi precibus, ipſi populo. Et nos quoq; cū grauiter deū offendimus, ſi poſitis cultioribus indumētis abiectiores ſumpſerimus veſtes aut aſperiores: hac etiā via cōciliabimus nobis dei gratiā, & peccatorū veniā ab eo cōſequemur.

4 ¶Inſuper, cū infantulus ipſi Dauid ex Berſabeę natus cōtra fœdera cōiugij, graui morbo langueſceret: ad impetrandā illi ſanitatē a domino, deprecatus eſt Dauid dominum 2.regum.12

(vt secundus Regum liber cõmemorat) & totos septẽ dies ieiunauit ieiunio: & ingressus seorsum iacuit super terrã. Venerũt autẽ seniores domus eius: cogentes eum vt surgeret de terra. Qui noluit: neq; comedit cũ eis cibũ. Ecce relicto cubili regio & stratis mollioribus, ipse rex electus a domino, terræ incubuit: seq; in terrã prostrauit, inuolutus (vt credibile est) cineri super ipsam terrã disperso. ꝙ putauerit & hãc afflictionem congruũ esse adminiculũ: ad impetrãdã a domino infantuli sanitatem. Quidni igitur ita faciẽtes: probãdi sunt? ℭ Cũq; idem rex irã dei cõtra 5
se grauiter concitasset in numeratione totius populi regni sui, ex vano animi tumore iactãtiaq; prodeũte: & data sibi triũ malorũ optione pestiferã delegisset cladẽ, in qua tã sibi q̃ toti populo æquale esset periculũ: eleuãs tũ ipse rex oculos suos (vt primus refert liber Paralipomenon)
1.para.21 vidit angelũ domini stãtem inter cælũ & terrã: & euaginatũ gladiũ in manu eius, & versum cõtra Hierusalẽ. Et ceciderunt tã ipse q̃ maiores natu, vestiti cilicijs: proni in terrã. Ecce rex ipse & seniores domus eius, quia cognouerũt ex denũciatione Gad prophetæ, irã dei efferbuisse in populũ Israel: studuerũt illius indignatiõnẽ mitigare per afflictionẽ cilicij, & illa se armatura pœnitẽtiũ induerũt: vt placabilior ipsis redderetur deus. Ad cuius memorabilis facti imitationẽ, cũ prouocata fuerit in nos ira dei: nõne debemus & illud pœnitẽtiæ insigne assumere? quo retũdantur & hebetentur iacula iræ dei: quę in nostrorũ punitionẽ malorũ seuerius euibrare in nos parauit. ℭ Adde ꝙ Achab rex Israel sacrile- 6
3.regũ.21. gus & impius, cũ post enecatũ iniuste Naboth innoxiũ, occupasset ipsius vineã: & audiuisset ex Helia propheta terribilẽ cõminationẽ, diuino iudicio domui suæ propter hãc cędẽ & rapinã, imminentẽ atq; destinatã: scidit vestimẽta sua, & operuit cilicio carnẽ suã, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, ãbulauitq; demisso capite. Per quã sui humiliationẽ, assecutus est dilationem tantorum malorum sibi denunciatorum: in dies regni filij sui. vt demonstrant ipsa domini verba: ad Heliam deinde facta.
Ibidem. Nonne vidisti (inquit) Achab: humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa: non inducã malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferã malũ domui eius. Qꝫ si ciliciũ & saccus cũ humilitate sumptus a rege nefario & idolatra, qui dinoscitur ex sequẽtis ca-
3.regũ 22. pitis narratione non perstitisse in pœnitẽtia incœpta: reuocarũt diuinã sententiã ad tempus, ab illatione malorũ quæ denũciata fuerãt. nonne si cõsimilium vestiũ vsus & cubationis durities, a quopiã fiat corde integro & perfecto ad promerendã peccatorũ remissionẽ, irãq; dei placandã: efficacius & plenius illa diuinæ pietatis dona hisce vijs assequetur?
ℭ Ad hæc, Cũ Benadab rex Syriæ obsideret Samariã, in diebus Iorã 7
regis Israel & Helisęi prophetæ: audissetq; deãbulans per murũ rex Is-
4.regum.6 rael tantã inualuisse famem in ciuitate, vt mulier in ea obsidione coxerit filiũ suum ad manducandũ: scidit vestimenta sua, viditq; omnis po-

pulus(vt ait ſcriptura)ciliciũ:quo veſtitus erat rex ad carnẽ intrinſecus. Quod ipſe,q̃uis ſequeretur idola domus Achab & vitulos Hieroboã, induerat:ad conſequendã in tanta rerũ anguſtia dei miſericordiã. Neq; ſua tandẽ ſpe falſus eſt:vt ipſe rei probauit exitus. Quid ergo non impetrabunt:qui integra fide,cordeq; cõtrito & humiliato hanc pœnitentiũ loricã & armaturã ſibi aſſument,vt infenſum ſuis peccatis deũ ſibi red-

8 dant placabilẽ? ¶Ezechias quoq; rex Iuda in deũ pientiſſimus, cũ au- 4.regũ.19
diſſet verba blaſphemię ipſius Rapſacis,principis militiæ Sennacherib regis Aſſyriorũ:quæ ore ſacrilego eructauerat corã omni populo Hieruſalem in deũ Iſrael,ſcidit veſtimenta ſua & opertus eſt ſacco. quia (vt dicit ibidẽ gloſſa interlinearis)pro populi & ſuis peccatis eſſe credidit:q; Rapſaces contra dominũ talia ſit locutus. Conuerſuſq; ad ſe humilian dũ in conſpectu diuinæ maieſtatis per hanc contemptibilis veſtis(ſacci inquã)aſſumptionẽ & vſum,humileſq; preces abiectiori adijciens amictui:conſecutus eſt a deo admirabilem ſui & totius populi e manu regis blaſphemi liberationẽ. Nonne igitur & hic rex inclytus & cõmendabilis,nobis eſt exemplo:vt in rebus anguſtis & calamitoſis aſperitatẽ veſtiũ ſumamus in vſum,ad mitigandã dei irã: peccatis noſtris in nos

9 ſuccẽſam,vt auertatur a nobis? ¶Deinceps in diebus Eſdræ ſcribæ le-
gis & Neemiæ ducis inclyti, cũ deprehenſi fuiſſent multi Iudæorũ reduces a captiuitate Babylonica,duxiſſe vxores alienigenas: expleto illius anni feſto tabernaculorũ, in die viceſimo quarto menſis ſeptimi con uenerũt(inquit ſacra hiſtoria)filij Iſrael in ieiunio & in ſaccis,& humus ſuper eos. quod poſtremũ verbũ deſignat, ipſos cũ ieiunij afflictione & veſtis abiectione,etiã capita ſua reſperſiſſe puluere ſiue cinere: in ſignũ veræ pœnitentiæ pro peccato cõmiſſo,& humiliationis corã deo. Vnde & nobis oſtenditur forma recte pœnitẽdi,cõuertendiq; corda noſtra ad dominũ poſt perpetrata grauia flagitia: in aſperitate veſtium & cineris aſperſione. ſemper quidẽ ſpiritualiter facienda:per propriæ fragilitatis mortaliſq; cõditionis memoriã, pulueris ac cineris expreſſæ ſymbolo. Corporaliter etiã interdũ præſtanda, eadẽ cineris ſumptione in capite: quãdo id ipſum ex inſtituto eccleſiaſtico cuiq; faciũdũ iniũgitur,in ipſo

Neemiæ.9.

Quomodo cinere debemus capita noſtra aſpergere.

10 videlicet ieiunij quadrageſimalis exordio. ¶Rurſus cũ terror vehemẽs
Holofernis principis militiæ regis Aſſyriorũ inuaſiſſet Iudęos omnes, quorũ imminebat exitio cũ copioſo exercitu: inter cætera diuinæ miſericordię implorãdæ ſtudia(vt refert liber Iudith)induerũt ſe ſacerdotes cilicijs,& altare domini operuerũt cilicio. ita vt etiã ij qui offerebãt domino holocauſta:præcincti cilicijs offerrent ſacrificia domino,& erat cinis ſuper capita eorũ. Cũq; habitatores Bethulię vidiſſent multitudinẽ exercitus Aſſyriorũ,appropinquantẽ vrbi ſuæ vt eã obſidione cingeret: proſtrauerũt ſe in terrã,mittentes cinerẽ ſuper capita ſua,& deũ ſuppliciter orãtes. Reſpexit autẽ dominus humiles ſeruorũ ſuorũ ad ſe confu

Iudith.4.

Iudith.7.

Iudith.13 gientiũ preces: & admirãda virtute sua prostrauit in manu fœminæ ho
stes eorũ. Sed nonne hoc exẽplo vtiliter edocemur, cũ grauis ingruit tri-
bulatio, hostilis impetus & vastitas: in cinere & cilicio dei protectionẽ
exposcere, & liberationẽ ab impendente periculo? ¶ Insuper spectabilis 11
illa vidua Iudith, cũ in vegeta adhuc & florẽte ætate orbata fuisset ma-
rito: vt viduale suã castitatẽ seruaret integrã & illabefactã, inter alia vir-
Iudith. 8. tutũ sancta exercitia, quæ a scriptura studiose cõmemorantur: traditur
etiã habuisse super lũbos suos ciliciũ, quo petulantiã carnis refrenaret,
edomaretq; lasciuiã. Eadẽ quoq; diuinũ auxiliũ inuocatura ad perficiẽ
dũ animi sui propositũ, quod conceperat pro liberatione totius populi:
Iudith. 9 induẽs se (vt ait litera historiæ de ipsa cõscriptę) cilicio, posuit cinerẽ su
per caput suũ: & prosternẽs se domino, deuotã illi effudit orationẽ, quã
sperabat per asperitatẽ amictus & humiliationẽ animi, aspersione cine-
ris super caput designatã, gratiorẽ deo fore. iuxta hãc sapiẽtis sentẽtiã.
Eccli. 35. Oratio humiliãtis se: nubes penetrat. Neq; aspernatus est dominus hu-
Iudith. 13. miles illius preces: sed per eã superbũ viribusq; suis fidẽtẽ prostrauit Ho
lofernẽ, & totũ eius exercitũ in trepidã fugã conuertit. Videmus igitur
ciliciũ, & ad custodiã castitatis cõferre plurimũ: & orationẽ humilium
reddere acceptã deo. ¶ Præterea, cũ Mardochęus auũculus Hester re- 12
Hester. 4 ginæ, intellexisset Iudæos omnes regnũ Persarũ incolẽtes, ad certũ diem
esse destinatos neci edicto regio, per scelestã suggestionẽ ipsius Aman, in
sublimẽ honoris gradũ a rege Assuero subuecti: scidit vestimenta sua &
indutus est sacco, spargens cinerem capiti. vt historia libri Hester refert.
Cũq; delata illi fuisset vestis cultior iubẽte Hester, vt ablato sacco indue
Ibidem. ret eã: recusauit illã accipere. In omnibus etiã prouincijs, oppidis & lo-
cis, ad quę crudele illud edictũ regis peruenerat: plãctus ingẽs erat apud
Iudæos & luctus, multis sacco & cinere pro strato vtẽtibus. Neq; hæc
omnia, frustra ab ipsis in afflictione positis Iudæis tẽtata sunt. quoniã
Hester. 8. diuina miseratione & prudẽtissimo reginæ Hester cõsilio atq; patroci-
nio: liberati sunt omnes ab imminenti exitio. Cũ itaq; grauis instat no-
bis tribulatio, cũ vastitatis ingruit horror, cũ deniq; nos ingens premit
aduersitas: hoc facto Mardochęi reliquorũq; Iudęorũ, cognoscimus sac-
cũ & cinerẽ non parũ cõducere, ad impetrandã dei misericordiã & ere-
ptionẽ a malo. ¶ Adde q; Niniuitæ audita prædicatione Ionæ prophe 13
tæ de futura vrbis suę subuersione: crediderũt domino, atq; ad veram cõ
Ionæ. 3. uersi pœnitentiã, vestiti sunt saccis a maiore vsq; ad minorẽ. Rex quoq;
illius populi, intellecta eadẽ denunciatione, oraculo prophetico tũ pro-
mulgata: surrexit de solio suo (vt liber Ionæ testatur) & abiecit vestimẽ-
Ibidem. tum suũ a se, & indutus est sacco & sedit in cinere: edixitq; inter cætera
publico mandato, q; operirentur saccis homines. Et prudenter quidem
atq; vtiliter: hæc omnia a rege & toto populo facta sunt. quãdoquidem
per illa pœnitentiæ & humilitatis opera iram dei mitigarunt, & incolu

mitatem ſibi totiq; loco pepererunt. Ex quo illorũ opere manifeſte per-
ſpicimus: aſperitatem veſtis & vilitatem, ſuiq; vſq; ad cinerum ſuper ſe
aſperſionem, coram deo factam humiliationem: efficacia eſſe adminicu-
la ad placandam dei indignationẽ, ob perpetrata ſcelera nos punire pa-
rantem. Quod & ſacer Hieronymus comprobat: in explanatione illius
loci prophetici de Niniuitis. Et prædicauerunt ieiunium: & veſtiti ſunt Ionæ.3.
ſaccis: dicens. Dignus & victus & habitus pœnitentiæ, vt qui offende- Hierony-
rant deum luxu & ambitione: eorum dãnatione placent, per quæ prius mus.
offenderant. Saccus & ieiunium, arma ſunt pœnitentiæ, auxilia pecca-
torum. Ante, ieiunium: & ſic ſaccus. Ante, quod occultum eſt: & poſtea
quod palam. hoc ſemper deo: illud interdum exhibetur & hominibus.
Et ſi e duobus neceſſarijs vnum eſt ſubtrahendum: magis ieiuniũ abſq;
14 ſacco, q̃ ſaccum eligam abſq; ieiunio. hæc ille. ¶ Demũ cum Lyſias prin
ceps militiæ Antiochi, magnum faceret apparatum belli contra Iudam
Machabæum & ſocios eius: ante congreſſum pugnæ congregati ſunt tã
Iudas q̃ ſui milites in Maſphat contra Hieruſalem: & ieiunauerunt il-
la die (vt primi libri Machabæorum refert hiſtoria) & induerunt ſe ci- 1.macha.3.
licijs, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo: & diſſuerunt veſtimenta ſua.
vt hiſce vijs dei impetrarent adiutorium: in bellico conflictu. quod certe
illis minime defuit: præclara victoria contra Gorgiam ducem exerci-
tus Antiochi, poſtridie non ſine diuino præſidio potitis. Et paulo poſt
in eodem libro texitur narratio: quomodo Iudas Machabęus & eius co 1.macha.4.
mites, viſa deſolatione templi Hieroſolymitani per Antiochum ſacrile-
gum ſpurcitijs culturæ idolorum contaminati: ſciderunt veſtimẽta ſua
& planxerunt planctu magno, & impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuũ
& ceciderunt in faciem ſuper terram. Hæc autem omnia teſtabãtur gra
uem illorum dolorem, ob inquinata loca ſancta ſubortum: & ad pro-
merendam dei miſericordiam atq; propiciationem, in expurgationem
15 templi, ordinabantur. ¶ Deniq; cum Timothęus Iudæorũ hoſtis in-
ſtauraret cõtra Iudã Machabęũ & milites eius bellũ ex equitatu Aſia- 2.mach.10.
no, vt ſecũdus illius hiſtoriæ liber refert: Machabęus & qui cũ ipſo erãt
appropinquante illo deprecabantur dominũ, caput terra aſpergẽtes, lũ-
boſq; cilicijs pręcincti, & ad altaris crepidinem prouoluti: vt ſibi propi-
tius, inimicis autem eorum eſſet inimicus, & aduerſarijs aduerſaretur.
Quã ſupplicẽ orationẽ in cinere & cilicio factã, fuiſſe exauditam: prodi-
derũt quinq; illi viri, cęlitus apparuiſſe aduerſarijs viſi: qui armis egre- Ibidem.
gie muniti ducatũ Iudæis præbuere, & hoſtibus terribilẽ incuſſere me-
tũ. Ingruente igitur aliqua neceſſitate aut rerũ anguſtia: cinis & ciliciũ
16 impetrãt hominibus dei ſubſidiũ. ¶ Poſtremũ & ipſe Iob ſuę pœniten-
tiæ cinerẽ adhibuiſſe ſcribitur: cũ ait de ſeipſo. Idcirco ipſe me reprehen Iob.42.
do: & ago pœnitentiã in fauilla & cinere. id eſt, in auſteritate & humili-
tate. Diuinus itẽ pſaltes, cũ moleſtia quapiã affligimur: edocet ieiunio

Psal.34 sociandū esse ciliciū, his verbis. Ego autē cū mihi molesti essent: indue-
Psal.68. bar cilicio. Humiliabā in ieiunio animā meā. Et rursum alio in loco. Et
operui in ieiunio animā meam: & factū est in opprobriū mihi. Et posui
vestimentū meum ciliciū: & factus sum illis in parabolā. Quæ secundū
probatos expositores: ad literā de CHRITO dicta esse intelligūtur. &
hinc argumentū sumūt, vero simile id esse: ꝙ dominus noster vestiū aspe
Nicolaus Lyranus. ritate fuerit interdū vsus. Quod & Nicolaus Lyranus in psalmi tricesi-
mi quarti & sexagesimi octaui expositione, existimat non omnino esse
improbabile: quoniā in alijs vestiū asperitatē cōmendauerit. Ad idem
quoqꝫ pœnitētiæ genus subeundū: Hieremias propheta gentē Iudęorū
Hiere. 6 peccatricē exhortatur, dicēs. Filia populi mei accingere cilicio: & cōsper
Hiere. 25 gere cinere. Et iterū. Vlulate pastores & clamate: & aspergite vos cinere
Hiere. 49. optimates gregis. Et rursum. Clamate filij Rabba: accingite vos cilicijs.
Ex his omnibus vtiqꝫ constat: ieiunio ciliciū & cinerē, sancta quadā so-
cietate apud antiquos patres plærūqꝫ fuisse cōiunctū, vt etiā ante dictū
est. Liquet itidē, hæc tria pœnitētiæ instrumēta, ciliciū saccū & cinerē:
conueniētia esse præsidia ad irā dei sedandā, ad remissionē quoqꝫ pecca
torū obtinēdā, & deniqꝫ ad ereptionē ab imminēte periculo: tēpestiue a
deo consequendā. Vt amplius hiscere non audeāt aduersarij Christianæ
pietatis: neqꝫ hęc tātopere probata pœnitētię opera posthac improbare.

¶Noui etiam testamenti authoritate & exemplis: approbari vestium asperitatem & vilitatem, duritiemqꝫ in cubitu, & similia id genus affligendi corporis studia. Cap. XX.

NOui quoqꝫ testamēti sacra authoritate, documētisqꝫ &
exēplis, nunc reliquū est eandē fulcire assertionē: quæ
in præcedēti capite proposita est. austeritatē scilicet in
amictu & cubitu, & reliquas humani corporis casti-
gationes afflictionē illi inferētes: non esse vituperādas
sed præclaris extollēdas pręconijs. ¶In primis siqui- 1
dē hoc ipsum cōstat exēplo sancti Ioannis Baptistæ pręcursoris domini:
Matt. 3. de quo apud Matthæū legimus. Ipse autē Ioānes habebat vestimentū
de pilis camelorū: & zonam pelliceā circa lūbos suos. Quē locū in suis
Hieronymus. super Matthæū cōmentarijs: exponēs Hieronymus ait. De pilis habe-
bat vestimentū Ioānes: non de lana. Aliud, austeræ vestis indicium est:
4. regum. 1. aliud, luxuriæ mollioris. Zona autē pellicea, qua accinctus fuit & He-
lias: mortificationis cingulū est. hæc ille. Cōsonat ipsi Matthęo & Mar
Marci. 1. cus: ita de eodē domini præcone scribēs. Et erat Ioānes vestitus pilis ca
meli: & zona pellicea circa lumbos eius. Hoc autem vestimēti genus, ex
pilis camelorum cōtextum: aut cilicinum erat, aut certe cilicio asperius.
¶Et quoniam ab annis puerilibus, ipse sanctus ex vtero matris bapti- 2
Lucæ. 1. sta domini, in deserto est diuersatus, vt testatur beatus Lucas: nunquid
ad necessariam naturæ quietem nocturnam illi stragula vestis erat va-

rij generis, aut lectus plumis mollioribus oppletus? Nunquid eidem illic molliusculum erat stratum: aut cubile stramentis vel alijs id genus molliculis stratorijs (quæ illi somnum inituro substernerentur) apparatum? Nequaquã. sed nuda humus ipsi pro lectulo erat, & terra prædura pro strato: lapisq; aut lignũ solidum, pro puluino. deniq; & speluca quæ pluuias arceret & rapidos solis æstus: in quam tanq̃ cubiculum se etiã dormiturus reciperet (vt vero est simile) pro domicilio. Quid ad hæc obtendent, qui duritiem lectisterniorũ ore vipereo dãnant: & non minus nocte q̃ interdiu, mollia duntaxat & suauia volunt corpori indulgeri? Nonne vident ipsum dominici aduentus prænuncium, quo inter natos mulierũ (attestante summa veritate) non surrexit maior: terræ duritiem pro cubitu delegisse? Nonne etiã meminerunt, ipsum Iacob visionem illam mysticã de scala a terra ad cælum vsq; porrecta diuinitus percepisse: non incubantem molliori lecto, sed nudæ humo & sub diuo, supposito pro ceruicali, lapide, capiti suo: vt liber Geneseos refert? Sed & dominus noster cũ totos quadraginta dies quibus ieiunauit, in deserto cõmoratus est: nonne hoc suo facto solitudinem & austeritatẽ domicilij horridioris approbauit? Nonne etiã ibidem non strato molliori incubans ad necessariã naturæ quietem: sed nudæ humo (vt credere dignum est) suo facto approbauit duritiẽ cubiculi, & ipsam corporis afflictionem in austeriore cubitu? Quinimmo & CHRISTVM asperitate vestiũ etiam vsum fuisse: probati authores credibile putãt, & nequaquã refutandũ. vt in præcedentis capitis fine annotatum est: ex psalmi tricesimi quarti & sexagesimi octaui testimonio, qui ambo secundum sanctos patres, ad literã de CHRISTO intelligũtur. Quidni igitur mẽbra suũ sequentur caput: in huiusce vestis conformitate?

3 ¶ Quis itidem illã vestitus asperitatem, qua vsum Ioannem Baptistam diximus: improbare audeat? cũ eam nouerimus summæ veritatis voce non mediocriter commendatã: quando ad turbas de eo verba faciens inquit. Quid existis in desertum videre? hominẽ mollibus vestitũ? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regũ sunt. Quem locũ exponens beatus Gregorius in homelia, illius euangelij apud Matthæum conscripti declaratoria: ait. Nemo existimet in luxu atq; studio preciosarũ vestiũ, peccatum deesse. quia si hoc culpa non esset: nullo modo Ioannem dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esse: nequaq̃ Petrus apostolus per epistolam fœminas a preciosarũ vestiũ appetitu compesceret, dicens. Non in veste preciosa. Pensate ergo quæ culpa sit, hoc etiã viros appetere: a quo curauit pastor ecclesiæ & fœminas prohibere. Sic ille. Vnde quemadmodum de Helia Thesbite, propheta domini, dicit scriptura: q̃ erat vir pilosus (propter vestem hirsutam & asperã: qua vtebatur in amictũ quotidianũ) & zona pellicea accinctus renibus, q̃ erat itẽ incola eremi & morabatur in deserto, fugitans hominum consortia. ita in

[Margin notes: Matt. 11. — Gene. 28. — Matth. 4. — Matth. 11 — Gregorius. — 1. petri. 3. — 4. regum. 1. — 3. regũ 17. & 19.]

vestiū asperitate & incolatu solitudinis, illi non dissimilē Ioannē fuisse:
iam perspectū satis est. vt in ea vitę qualitate, inter cæteras morū & offi-
Lucę.1. cij vtriusq; conuenientias: præcesserit ipse Ioannes dominū in spiritu &
virtute Heliæ, secundū angelicū vaticinium. & ipse Ioannes fuerit etiā
Matth.11. quodā modo (in spiritu scilicet, & non in persona) Helias: iuxta ipsius
domini in euāgelio testimoniū. ¶ Rursus austeritatē vitæ & vestis du- 4
ritiem cū aspersione cineris in humiliationis argumentū, acceptam esse
deo, potissimum cū adhibentur ad agendā pro peccatis condignam pœ-
nitentiam: clare demonstrant illa domini verba apud Matthęū: quibus
exprobrauit nonnullis Galileæ ciuitatibus incredulitatem & duritiē
Matth.11. cordis. Væ (inquit) tibi Corozaim, vę tibi Bethsaida. quia si in Tyro &
Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis: olim in cilicio &
Lucæ.10. cinere pœnitentiā egissent. Quod domini verbū secundū eandem senten
tiam: etiam apud Lucam repetitur. Ecce ciliciū & cinis in vtroq; horum
locorū euangelij, mutua quadam societate iungūtur, vt arma salutaris
pœnitentæ: sicut & in cōpluribus veteris instrumenti locis, præcedenti
capiti insertis. quibus etiā & saccus: inuenitur plærunq; cōnumeratus.
vt ex scripturæ sacræ lectione manifeste deprehendantur hæc tria, cili-
cium, cinis & saccus: accōmoda esse instrumenta agendi pœnitentiā, &
placandi iram dei, aut quippiā ab eo consequendi. Quis igitur post tot
& tanta scripturæ testimonia: audebit asperitatē vestiū & vilitatē, tanq̄
Lucæ.16. rem inutilem adhuc improbare? ¶ Præterea. Diues ille lautis epulis 5
assuetus: a domino etiā singulariter reprehensioni fuisse obnoxius insi-
nuatur, q̄ indueretur purpura & bysso, exquisitūq; vestium splendorē
ad sui ostentationē expeteret. Ex opposito igitur deducta ratiocinatio-
ne, simplicitas vestiū & vilitas quinimmo & asperitas: designatur nobis
amplectenda, & danda laudi. Si enim damnatur diuinæ veritatis iudi-
cio, preciositas vestiū studiose conquisita & mollities: nōne protinus cō
sequens est, tenuitatem vestimentorum & austeritatem ab eadē commē
Gregorius. dari atque probari? Quod & ipse testatur Gregorius in homelia, illius
euangelij de diuite epulone declaratoria: dicens. Sunt nonnulli: qui cul-
tum subtilium preciosarūq; vestium non putant esse peccatum. Quod si
videlicet culpa non esset: nequaq̄ sermo dei tam vigilanter exprimeret, q̄
Lucæ.16. diues qui torquetur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset.
Nemo quippe vestimenta præcipua nisi ad inanem gloriā quærit: vide-
licet vt honorabilior cæteris esse videatur. Nā quia pro sola inani glo-
ria vestimentum preciosius quæritur: res ipsa testatur, q̄ nemo vult ibi
preciosis vestibus indui: vbi ab alijs nō possit videri. Quam culpā pos-
sumus melius etiam ex diuerso colligere. quia si abiectio vilis indumen
Marci.1. ti, virtus non esset: euangelista vigilanter de Ioanne non diceret, erat in-
dutus pilis camelorum. hęc Gregorius. ¶ Insuper, afflictiones & cor- 6
poris & animi beatus Paulus enumerans: quas pertulerat pro euangelij

prædicatione & fide CHRISTI, vt sui apostolatus gradũ ac officiũ cõtra pseudo apostolos vere assereret: inter cætera malorum quę perpessus fuerat genera, se etiam probatũ esse dicit & exercitatũ in frigore & nuditate. Vtrũq; autẽ horũ, ex tenuitate aut penuria vestiũ enascitur: quãdo non sufficiunt integumenta quæ frigus propellãt aut nuditatem adoperiant. Eo igitur verbo significauit apostolus se penuria vestium interdum laborasse: aut sufficientes non habuisse ad propulsandũ circunstantis aeris frigus. At quoniã hæc corporis incommoda æquo pertulit animo & læto, pro sacræ fidei confessione: magna dignus est laude, singularemq; commẽdationis titulũ promeruit. Simplicitas igitur vestimentorũ & vilitas, in rectũ directa finem & per media itidem conuenientia: danda est laudi. q & afflictionẽ inferat corpori: & abiectionem contem 2.corin.11.
7 ptũq; sui, ex humilitate prodeuntẽ, præ se ferat atq; prætendat. ¶ Adde q beatus Paulus in prima ad Timotheum epistola: cõmendat in mulieribus simplicem & decentẽ habitũ. splendidum autẽ & curiose exquisitum damnat: cũ ait. Similiter autẽ & mulieres in habitu ornato (subaudi ex præcedente sententia: volo orare) cũ verecundia & sobrietate ornantes se: & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa. sed quod decet mulieres: promittentes pietatem per opera bona. Cui consonat & beatus Petrus in priore sua epistola canonica: ita de mulieribus fidelibus scribens. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. sed qui absconditus est homo cordis, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus: qui est in conspectu dei locuples. In quibus plane verbis nimium in mulieribus vestium fulgorem & cultũ corporis splendidiorẽ æquo, damnat. Ex vtroq; igitur horum dicto, id recto trahitur consequio secundũ oppositæ rationis legem: q in ipsis mulieribus simplicitas vestiũ immo & asperitas & vilitas (modo exinde non præstetur alijs offendiculum aut scandalũ) est magna commendatione digna. & potissimum quando hac via: spontanea afflictio infertur corpori, ad coercendam carnis lasciuiam aut diluenda peccata. Q; si in mulieribus meretur commendationem ciliciũ, aut queuis alia in amictu asperitas: quanto magis idem quoq; in viris, huiusmodi gestandi asperioris amictus ad pœnitentiam agẽdam 1.timo.2. 1.petri.3.
8 studiũ, est ingenti extollẽdum præconio? ¶ Ad hæc. Apostolus ad Hebræos scribens, sanctorumq; patrum antiquæ legis fidem pariter & sanctimoniã enarrans: in illorũ cõmendationẽ ait. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus nõ erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis: & in cauernis terræ. In quibus verbis primum commendantur prisci illi patres ob vestitus asperitatem & vilitatem: q circuierint, diuersaq; peragrauerint terræ loca, in melotis (id est pellibus ouium. est enim melota, vt testatur Calepinus: pellis ouina) & in pellibus caprinis: more pri Hebræ.11. Quid melota.

morum parentum nostrorū, tunicis pelliceis vtentes. Secundo prædicā-tur in ijsdem verbis ab apostolo sancti illi legis antiquæ patres: ob penuriam rerum corpori necessariarū, quam gaudentes perferebant. & ob angores animi graues: quibus afflictabantur in persecutione ab impijs sibi illata. cum ait, q̄ fuerint egentes, angustiati, afflicti. quodq̄ mūdanorū hominū turba: tantorum ac taliū virorum consortio erat indigna. Deniq̄ tertio ibidem laudantur venerabiles illi prioris testamenti patres: ob horridioris habitaculi asperitatem & cubiculi duritiem. q̄ relicta hominum frequētia solitudines incoluerint, deserta pererrauerint, atq̄ in mōtibus suę habitationis sedem delegerint: specusq̄ subterraneos & cauernas terræ pro domibus & cubilibus habuerint. Tales autē fuerūt, quales iam descripsit apostolus (vt glossa interlinearis exemplorum loco nominatim inibi enumerat) Helias & filij prophetarum, sub Iezabel regina Israel sceleratissima: duram ab ea persecutionem perpessi. Heliseus item propheta & filij prophetarum, eius asseclæ: sub sacrilegis regibus Israel. Demum Matathias & filij eius Machabæi: sub impio rege Antiocho. Quis igitur asperitatē vestium durūq̄ cubile ausit improbare: quæ videt ab apostolo in sanctis patribus tantopere commendari?

Cōmendatio patrum antiquorū: ab apostolo facta.

3. regū. 17.

4. regum. 5

1. macha. 2.

¶ Cæterum obiectabūt nobis aduersarij fortasse illud beati Pauli verbum: ad Ephesios scriptū. Nemo vnq̄ carnem suā odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & CHRISTVS ecclesiam. Atqui cilicio afflictātes corpora sua duroq̄ cubili: carnē suam odio prosequi vidētur, vt quā tantis afficiant malis, & seuera castigatione premant. Non igitur ciliciū & lecti durities & cætera id genus disciplinarū genera: probanda sunt. Quinimmo si ad vlteriora progrediantur hi mollioris vitæ prædicatores: eadem omnino ratione & ieiunia studebūt interimere, & omnē per delectū ciborū abstinentiā a mensa lautiore. ¶ Proinde ipsis adhibenda est responsio ad hanc obiectiunculā, quam assignat ibidem glossa interlinearis: prædicta Pauli verba sic exponens. Etsi sancti carnem macerant: non tamen eam odiunt, sed peccatum quod in ea est. Cui concordat & Nicolaus Lyranus: eundem locū ita explanans. Nemo (inquit) carnem suā odio habuit. Nam & sanctus macerans eam: non facit illud ex eius odio sed amore, vt sit subiecta spiritui sicut debet esse: & sic resurgat cū spiritu immortalis. hæc ille. Ex quibus dictis: gemina colligi potest dissolutio ad propositā obiectionem. Vna quidē, q̄ cilicio & duritie strati edomans corpus: ipsam suæ carnis substantiam atq̄ naturā odio non habet, sed prauas eius concupiscentias & desideria mala, quę militant aduersus animā. Ad quæ duris constringenda lupatis: & cilicium & cætera aspera corpori admouentur, vt hoc modo crucifigatur caro cū vitijs & concupiscentijs suis. Vnde nec Paulus Romanis scribens, prohibuit simpliciter curam carnis fieri: sed vetuit eam fieri in desiderijs & cupiditatibus. Secunda vero prædictę argutiæ reddi potest dilutio. eos

9

Ephe. 5.

Cauilli aduersariorū dilutio.

Nicolaus Lyranus.

Gala. 5

Roma. 13.

quí per rationabile obſequiũ cilicio duriore ve ſtrato affligunt carnem ſuã: non id quidem agere ex odio in eam, ſed ex vero & ſyncero amore. quo expetunt eius ſalutem: vt redigatur in ſeruitutem ſpiritus, vtí debet: & demum in nouiſſimo die reſuſcitetur ad gloriam perennem, ſtolamq; immortalitatis glorioſa cõſequatur. ad quã nõ poterit peruenire: niſi hic excoquatur eius ſcoria & vitioſitas per moderatã & rectã diſciplinam. Caro enim & ſanguis, regnum dei poſſidere non poſſunt: nec corruptio incorruptelam poſſidebit. ¶Ordinãtur itaque cilicium, ſaccus & cinis durumque cubile, ad verum ipſius carnis bonum: ſuntque eidem re ipſa ſalutaria, quamuis ita non iudicent voluptatum amatores. E diuerſo crapula, ſaturitas, mollior veſtis & alia deliciarum genera, præter rectæ rationis iudicium carni adhibita: videntur quidem illi ſuauia & vtilia, ſed reuera exitialia ſunt atque damnoſa. Nam enutriunt & fouent eius rebellionem in ſpiritum, inducunt etiam eandem ad perpetrãda multa flagitia: & tandem demergunt in æternum interitũ. quem ſentiet amariſſime: cum in nouiſſima tuba procedet ſuo coniuncta ſpiritui in reſurrectionem iudicij. Ecce quem parant exitum, immo quod pariunt exitium ſuæ carni, perpetuo duraturum: qui eam nunc delicijs & mollioribus fomentis educandam ſuadent, quique cilicium & duriora ſtrata damnant. Nonne igitur ſatius eſt hic ſuam edomare carnem ſtrictiore diſciplina: vt tandem ſalua fiat in die viſitationis & aduentus domini ad extremum iudicium. q̃ nunc eam mollioribus fouere delicijs, & ita æterno eandem parare incendio gehennæ, flammiſque tartareis? Magnum itaque veræ dilectionis in noſtram carnem eſt argumentum: ſi eam in præſentis vitæ ſtadio moderate affligimus. perinde atque pater prouidus & prudens indiſciplinatos filij ſui caſtigãs mores, eundemque virga percutiens vt recta expoſtulat ratio: eo ipſo opere prodit ſe vero in filium affici amore, ſecundum hanc ſapientis ſententiam. Qui diligit filium ſuum: aſſiduat illi flagella. vt lætetur in nouiſſimo ſuo: & non palpet proximorum oſtia. Q; ſi molliore quadam indulgentia pater omnibus filij ſui deſiderijs obſequitur, nolens eum quoquo pacto contriſtare, aut illius reclamare cupiditatibus: quis rectæ mentis compos cenſebit hunc patrem, filium ſuum diligere? immo e contrario eundem capitali proſequitur odio. quoniam hac via procurat omnimodam morum illius perditionem & corruptelam. Sic ſane, ſic carni ſuæ indulgens, & permittens illi ſine freno quicquid appetit: extremo eandem odio inſectatur, quamuis amare ipſam vulgo dicatur. Verum hic amor, exitialis eſt: & omni odio amarior. Ad quem fugiendum, moderatis diſciplinæ legibus caro nobis eſt nunc caſtiganda: vt demum æternæ gloriæ participationem cu anima percipiat. ſemperq; memori tenendum mente: quod ait diuinus propheta. Qui ſeminant in lachrymis: in exultatione metent.

1.corin.15.

Qui carnẽ ſuã delicate nutriũt: illã odiunt & perdunt.

Eccli.30.

Pſal.125

¶Exemplis itidem ſanctorum virorum & mulierum, qui ſub no
ui teſtamenti decurſu floruerunt: approbari aſperitatem veſtiū,
duritiē cubationis, & cæteras corporis diſciplinas. Cap. XXI.

APprobatior autem reddetur aſſertio noſtra de com-
mendatione vſus cilicij & conſimilium diſciplinarū,
ad corporis afflictionem ordinatarum, ſolidioreque
ſubnixa fulcietur baſi: ſi & exemplis tam virorū q̄ mu
lierum, tempore legis euangelicæ ſanctimonia illu-
ſtrium, ipſa etiam confirmetur. Inter quæ, memorabi 1
le eſt in primis illud exemplum: quod decimus eccleſiaſticæ hiſtoriæ li-
Eccleſiaſtica hiſtoria. ber capite decimo refert, de muliere quadam captiua apud gentem Ibe-
rorum, ſub axe Pontico iacentem. Quæ ſobriam & caſtam illic agēs vi-
tam, ieiunijs & obſecrationibus aſſiduis quotidianū CHRISTO do-
mino impendit obſequium: adijciens & his Chriſtianæ pietatis lauda-
bilibus ſtudijs cilicij aſperitatem, qua carnem ſuam caſtigauit atq; in ſer
uitutem redegit. Verum noluit ipſe deus tantam captiuæ mulieris ſan-
ctitatē religioniſq; ſyncæritatē, diutius ſub modio deliteſcere, abditaq;
manere: ſed miraculis & gratia ſanitatum eandē toti illi populo prodi-
Miracula: per mulierē captiuam facta. dit. Primo ſiquidē infantulum ægrotū ad ſe delatū, vt aliquid remedij
ſi noſſet, illi adhiberet: cilicio ſuo ſuperpoſitū, inuocato CHRISTI no-
mine, continuo ſanum reddidit. Deinde reginam gentis illius grauiſſi-
mo afflictā dolore, & fama prioris facti audita, ad cellā ſuam perlatam,
cū ſimiliter ſuo impoſuiſſet cilicio & orationem ad deum fudiſſet: illico
integræ ſanitati reſtituit, eandemq; admonuit: vt CHRISTVM ſuæ ſa-
lutis authorem, verū deum coleret. Credidit per captiuam regina, iam
ſoſpes effecta: credidit deinceps per reginā & rex in deum, & per regem
totus populus regionis illius. Conſtruitur eueſtigio baſilica ingentis
molis, non ſine diuini oſtenſione miraculi: ad preces captiuæ illius mu-
lieris tum pernoctantis in oratione, omnium oculis exhibiti. Petuntur a
Conſtantinus magnus. Conſtantino magno, tunc imperij Romani ſceptra moderante, epiſco-
pus & ſacerdotes illi genti: qui baptiſmū & cætera eccleſiaſtica ſacramē
ta ipſi adminiſtrent, & catholicæ fidei rationem atq; myſteria plenius
totum populū edoceāt. Tam copioſum plane ſalutis fructū attulit vni-
uerſæ Iberorum genti, auſteritas vitæ & veſtitus aſperitas cum cæteris
pijs ſtudijs, illius captiuæ & vere fidelis mulieris: quæ regionis illius fa
cta eſt (vt ita dixerim) apoſtola & in fidei rudimētis magiſtra. Eant nūc
aduerſarij, & vel vnū exhibeant: qui lauta epulatione, veſtibus nitidis &
fulgentibus oſtro, mollibuſq; ſtratis tā ingentem ſanctæ ad deū conuer-
ſionis attulerit alicui populo fructum. Credo equidē ipſos: illum vnum
nunq̄ inuenturos. ¶Adducatur & in medium ad comprobationem no 2
Sancta Cæcilia. ſtri inſtituti ſacratiſſima virgo Cæcilia, niueo pudicitiæ ſplendore ro-
ſeoque martyrij decore ornatiſſima. quæ ad ſuæ cuſtodiam virginitatis

(quã à tenella ętate deo consecrauerat) inter cætera piorum operũ exercitia, & cilicio sua mẽbra edomuisse: in officio ecclesiastico prædicatur. Quinimmo & in ipsa suarũ nuptiarũ solennitate, cũ desuper aureis induta fuerit vestibus: sub illis tamen cilicio tũ erat adoperta, quod cõtiguum corpori, ipsum ab omni lasciuia reprimeret. O dignũ deo & angelis sanctis spectaculũ, & toti gratissimum cælo: virginem egregiam & nobilẽ in ipsa nuptiarum pompa squalentibus auro vestibus esse mũdo conspicuã. eandemq; cilicina veste introrsum amictam: deo occultorum omnium spectatori gratius exhibere redimiculum. & ita eandem foris hominibus, & intus ipsi deo: fuisse mirũ in modum spectabilẽ. Neq; tã sancta virgo, suo est defraudata (quod tanto studio expetiuit) desiderio. Nempe in ipso nuptiali thalamo, beneuolo sui viri consensu: virginitatẽ suam integrã, illabefactamq; seruauit. Insuper virum suũ Valerianum & fratrẽ eius Tiburtiũ, ab errore gẽtilitatis ad veræ fidei lumen cõuertit: & ambos ad cælũ rosea martyrij corona redimitos præmisit. Demũ & ipsa postq̃ bonũ certamẽ certauerat, cursum cõsummauerat, fidẽq; seruauerat, cũ insigni martyrij tropheo coronam vitæ immarcessibilẽ etiã percepit. vt in opusculo de laudibus eiusdem sacræ virginis: superioribus annis latius hæc ostendimus. Ecce fructum multiplicem & gloriosum, ex amictus asperitate productum: qui merito debeat omnes animare, ad ardens sanctæ imitationis studium.

Magnus salutis fructus: per sanctam Cęciliã procuratus.

3 ¶Præterea beatus Martinus & ante pontificalem gradum in monastica professione degens, & eo suscepto moderationis ecclesiasticę culmine, eandem non deserens: cilicio vsus assidue legitur, vesteq; hispida & despicabili, desuper adiecta. Apud discipulos etiã eius, cum quibus in monasterio vitam egit cœnobiticam post susceptum episcopatus titulum: mollior habitus pro crimine erat. Lectus vero eius quotidianus: nuda fuit humus cum superstrato cilicio. Vnde cum semel ipse in quendam suę diocesis vicum venisset (vt refert Sulpitius: vitæ ipsius & admirandorum operum cõscriptor) & clerici illum comitati lectum illi plurimo stramine confertũ ad molliorem quietẽ præparassent: ipse ibidem requiescens insuetam mollitiẽ perhorruit. quippe qui nuda humo, vno tãtum cilicio superiecto: cubare consueuerat. Itaq; permotus insolita cubandi mollitudine quã auersabatur: surrexit e strato, stramentũq; omne proiecit in mediam cubiculi aream, & se super nudam humũ pro more collocauit. Cũq; circa mediam noctẽ stramentum illud omne fuisset igne correptũ: ipse signo crucis munitus & orationis ad deum præsidio: incendium illud euasit incolumis, & inde eductus est illæsus. Idem quoq; vir dei sanctus extremo laborans morbo, cum aliquãdiu molestia febrium vexatus a suis rogaretur discipulis: vt in lectulo suo (vbi in cilicio & cinere decũbebat ægrotus) stramentum aliquod poneretur: non decet (inquit) filij, Christianũ nisi in cilicio & cinere mori. Ego si vobis aliud exẽplum relinquo: ipse

Sanctus Martinus.

Seuerus Sulpitius.

Asperitas vitę sancti Martini: in ipsa exitus hora.

peccaui. Verum quanti apud deum meriti fuerit ista in vestitu & cubitu austeritas: dignatus est dominus statim post eius obitum aperto demonstrare indicio. Nam protinus post resolutionē animæ ipsius a corpore: vultus eius tanq̄ iam glorificatus miro splēdore refulsit. Vnde in ipsius solennitatis officio: apud nonnullas ecclesias hoc decantatur præconium. Glorificati hominis viderunt gloriam: qui affuerunt. Nam caro, quam cinis semper obtexerat, ita resplenduit: vt quoddā resurrectionis decus & extincta præferret.

Sanctus Germanus Antissiodorensis.

4 ¶ Sanctus etiam Germanus Antissiodorensis episcopus: admirabilem in amictu & cubitu austeritatem tenuisse prædicatur. Euimuero nullam vestem habuisse refertur (vt vitæ ipsius testatur historia) præter cilicium & tunicam, vel cucullā. quæ vestis, nisi forte alicui donaretur, tā diu ferebatur: donec attritione nimia solueretur. Lectus autem eius: cinere, cilicio & sacco ornabatur, Hęc illi erat stragula vestis: hæc stramentorum & plumarum vicem agebāt. Nullum puluinar caput eius dormientis attollebat, pro commodiore quiete: nisi lapis aut lignum vertici suppositum. Idem quoq; cubitū iturus nunq̄ vestimentum deposuit: raro etiam calceamenta & cingulū detraxit. In hac vero asperitate tā vestitus q̄ cubationis, totos triginta annos quibus creditam sibi ecclesiam episcopali authoritate rexit: perstitit immotus. An & hæc admiranda potius q̄ imitanda sancti viri opera, supra communem hominum consuetudinem facta: sugillabunt amatores mollitiei in vestibus & stratis? quæ in singularem illius commendationem eximiamq; laudem memorię prodita sunt: & a posteritate commemorantur ad ampliorem ipsius celebrationem?

5 ¶ Sed & beatus pater Hieronymus: asperitatem pariter & vilitatem vestium, cubiculi duritiem, solitudinis habitaculum, & spelūcam pro domicilio: in vsum pœnitentiæ sibi assumpsit, & his castigandi corporis disciplinis vsus fuisse manifeste dinoscitur, præsertim cum anachoriticam in eremo duceret vitam. Quemadmodū de seipso testatur in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis, siue de institutione virginis: in hūc modum.

Hieronymus de seipso.

O quoties ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine: quæ exusta solis ardoribus, horridum monachis præstat habitaculū, putabam me Romanis interesse delicijs. Sedebam solus: quia amaritudine repletus erā. Horrebāt sacco membra deformia: & squalida cutis sitū æthiopicę carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & siquando repugnantem somnus imminens oppressisset: nuda humo vix ossa hærentia collidebam. De cibis vero & potu taceo: cū etiam languētes aqua frigida vtantur. & coctum aliquid accepisse: luxuria sit. Ille igitur ego qui ob gehennæ metum, tali me carcere ipse damnaueram, scorpionum tantum socius & ferarum: sæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiunijs, & mēs desiderijs æstuabat in frigido corpore. & ante hominem suum iam carne præmortua: sola libidinum incendia bulliebant.

Mira vitæ sancti Hieronymi austeritas.

Itaq; omni auxilio destitutus: ad IESV iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam: & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Non depudesco infelicitatis meæ: quin potius plango me non esse quod fuerim. Memini me clamantem, diem crebro iunxisse cũ nocte: nec prius a pectoris cessasse verberibus, q̃ rediret domino increpãte tranquillitas. Ipsam quoq; cellulam meam: quasi cogitationum mearum consciam pertimescebam. & mihimet iratus & rigidus: solus deserta penetrabam. Sicubi concaua vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam: ibi meæ orationis locus, ibi illud miserrimæ carnis ergastulum. Hæc ibidem Hieronymus de seipso loquitur: quæ admirandam vitæ illius austeritatem, & multiplicem afflictionem castigando corpori suo sponte & frequenter adhibitam: haud obscure testificantur.

6 ¶Ad comprobandam vero castigationem corporis, quæ per moderatã illi infertur flagellationem: aut sponte clanculum factam, aut ex disciplinæ monasticæ regula susceptam: vnicum nobis sufficit exemplũ eiusdem sanctissimi patris Hieronymi, qui id castigationis genus sibi ipsi per flagella & virgas inferre, vsqueadeo frequenter est solitus, cũ hic vitam ageret: vt imago eius in pictura aut sculptura Christiano obiecta populo, plærunq; hanc effigiem flagellantis se Hieronymi, oculis omnium ingerat & repræsentet. Cur hoc? vt hæc species, ob austeriorẽ hãc castigationem, commendatiorem eum reddat vniuersis: & alios ad spõtaneam illius imitationem acrius accendat. Neq; est cur hanc castigandi corporis disciplinam improbare quis debeat: sed approbare potius. vt per eã conformemur ei qui pro nobis in flagella paratus fuit: & atrociter flagellatus, quiq; de seipso per prophetã dicit. Et fui flagellatus tota die: & castigatio mea in matutinis. Cum etiam vt lasciuiens iumentũ caro in spiritum insurrexerit, nolens eius sequi ductum, neq; monstrãtum iter tenere: cur flagello duro & aspero non est hoc nostrum iumentum castigandum? aut ob præteritã in delicijs petulantiã: aut ne postea

(Sanctus Hieronymus: sui ipsius flagellator.) (Psal. 37.) (Psal. 72.)

7 insolescat, & more ferocientis equi præceps feratur in ruinam. ¶Prætermissis autem alijs sanctorum de hoc castigandi genere exemplis, quæ sane complura supersunt: ad astruẽdam vestium vilitatem pariter & lectisterniorum duritiem, quod commendatione digna sint & laudanda in ijs, qui cum discretione & moderata seueritate illis vtũtur: sermonẽ rursum cõuertamus, sanctorumq; patrum alia subijciamus exempla, huic negocio deseruientia. Et in primis beati Pauli primi eremitæ, in cuius vita perhibet Hieronymus: quod tunicam ex palmarum folijs contextam pro solo habuit indumento. Quam a beato Antonio eremita post tumulatum humo sancti Pauli corpus, in vsum vendicatam fuisse & acceptam, tanq̃ hæreditarium bonum: ita in fine illius opusculi narrat Hieronymus. Postq̃ autem alia dies (a sepultura scilicet corporis beati Pauli: ante descripta) illuxit: ne quid pius hæres ex intestati bonis nõ possi-

(Sanctus Paulus: primus eremita.) (Hieronymus.)

deret,tunicam eius sibi vendicauit:quam in sportarum modum de pal-
mæ folijs ipse sibi contexuerat. Ac sic ad monasterium reuersus, disci-
pulis cuncta ex ordine replicauit:diebusq́ solennibus paschæ & pente-
costes,semper Pauli tunica vestitus est. hæc Hieronymus. Qui & nar-
rationem illam historiæ de vita eiusdem primi habitatoris eremi: hoc
claudit sermonis exitu. Obsecro,quicunq́ hæc legis:Hieronymi pecca
toris memineris. cui si dominus optionem daret: multo magis eligeret
tunicam Pauli cum meritis eius:q̃ regũ purpuram cum pœnis suis. hęc
ille. ¶Idem etiam in enarratione vitæ sancti Hilarionis eremitæ: hæc 5
de asperitate vestium eius & cubationis refert. Igitur sacco tantum mem
bra coopertus & pelliceum habens ependytem (id est,intimam vestem:
quã subuculam seu interulam vocant latini)quem illi beatus Antonius
proficiscenti dederat,sagumq́ rusticũ:vasta & terribili solitudine frue-
batur. Et paulo post de eius domicilio & cubiculo texens sermonẽ Hie
ronymus:subnectit. Igitur a sexto decimo vsq́ ad vicesimum suæ æta-
tis annum,æstus & pluuias breui tuguriunculo declinauit: quod iun-
co & carice texerat. Extructa deinceps breui cellula, quæ vsque hodie
permanet:latitudine pedum quatuor,altitudine pedum quinq́,hoc est
statura sua humiliore. porro longitudine paulo ampliore, q̃ eius cor-
pusculum patiebatur:vt sepulchrum magis q̃ domum crederes. Capil-
lum semel in anno:die paschę totondit. Super nudam humum,stratũq́
iunceum:vsq́ ad mortem cubitauit. Saccum quo semel fuerat indutus,
nunq̃ lauans:& superfluũ esse dicens,munditias in cilicio quærere. Nec
mutauit alteram tunicam:nisi cum prior penitus scissa esset. hæc Hiero
nymus de sancto Hilarione. Cæterum mirabilis facta est in hoc sancto
viro & cæteris eius similibus:mutatio dextræ excelsi. Quippe exiguum
illud tugurium & angusta cellula vix corporis eius capax:in amplitu-
dinem cælestis paradisi & spaciositatem supernæ ciuitatis quam nũc ha
bitat,commutata est. Saccus vero eius & cilicium:perpetuam ac fulgen
tissimam immortalitatis stolam eidem peperit. Deniq́ nuda humus &
lectus iunceus:perennes cæli delicias, albicantia lilia, suaueq́ spirantes
rosas amœnissimi in cælesti regione vireti,eidem comparauit. Sic profe
cto quæ hic tristia putantur & dura: in læta & mollia permutantur, in
ætherea beatorum mansione. E diuerso quæ hic suauia censentur & ar-
ridentia:in amaritudinem & duritiem perpetuam conuertuntur in alte-
ro seculo. Quin igitur hic amara & aspera, laborifera & dura libenter
amplectimur:vt postea in alterius vitæ statu,dulcia læta & mollia per-
cipiamus,nullo vnq̃ interitu casura? ¶Deinceps de beato Antonio ere 9
mita celeberrimo,ambobus modo adductis viris sanctis Paulo & Hi-
larioni,magna charitatis necessitudine coniuncto,cũ adhuc mortalẽ de-
geret vitã:refert historia tripartita in libro primo,cap. vndecimo. q́ mo
dos adinueniebat abstinentiæ potioris:& quotidie exercitatione cresce-

Sãctus Hilarion.

Hieronymus de eodem.

Ampla merces asperitatis vestiũ:& disciplinæ corporalis.

Sãctus Antonius.

bat. Tanq̄ ſemper (inquit) incipiens aliquid innouabat: afflictionibus corporis puniendo libidinem, ſacræ vero ſapientiæ voluntate: paſſionibus animæ repugnando. Deinde enarrata ipſius ſingulari abſtinentia & ieiunio, prius in hoc libro explicatis: ſubnectit. Vigilabat (vt ita dicatur) ſemper quidem iugi nocte: & orationibus contingebat quidē die. Si vero ſomnus incumberet, ſtando paulułum dormiebat: plærūq; pauimento iacens, ſolamq; terram ſtratum refectionis habens. Olei ſiquidem vnctionem, lauacrorum atq; ſimilium vſum, modis omnibus euitabat: quia humectatione ſua in mollitiem robur corporis immutaret. hæc ibi. Conſimilia his refert de eodem Athanaſius epiſcopus Alexādrinus, in vita ipſius a ſe cōſcripta: in hunc modum. Diſponens Antonius durioris ſe vitæ lege diſtringere: cū omnes infatigabilem eius mirarentur inſtantiam, ſanctum toleranter ferebat laborem. quia voluntariæ ſeruitutis longum in dei opere ſtudium: conſuetudinem in naturam verterat. Inediæ autem & vigiliarum multum patiens erat: vt credulitatem viribus vinceret. Pernoctabat in oratione ſæpiſſime. Edebat ſemel in die: poſt ſolis occaſum. Nōnunq̄ biduo, triduoq; ſic permanēs: quarta demum die reficiebatur. Sumebat vero panem & ſalem: potūq; aquę paululum. De carnibus vero & vino, reticere melius puto: q̄ quicq̄ dicere. quoniā nec apud plurimos quidē monachorū: iſtiuſmodi aliquid reperiatur. Quieti autem membra concedens: iunco contexto & cilicio vtebatur. Aliquotiens etiam: ſuper nudam humum iacebat. Et hoc viuendi genere ac inſtituto: centum & quinq; annorum expleuit ætatem. Sic Athanaſius. Porro de reliquis huiuſce generis exemplis adducendis, nunc ſuperſedentes: ad inſtitutum de ieiunio & abſtinentia ſermonem, calamum reuocemus oportet.

Cap.12. | Athanaſius in vita ſancti Antonij.

¶Non id tyrannidi aſcribendum eſſe, aut nimiæ auſteritati: q̄ eccleſiaſticæ conſtituantur leges ſub interminatione peccati mortalis, aut æternæ damnationis in tranſgreſſores. Cap. XXII.

NVnc vero reliquum eſt, aduerſariorum occurrere cauillis: quibus ieiunium pariter & abſtinentiam a lautiore menſa, conuellere & improbare contendunt. Vt cum perſpectum fuerit, eorum captioſas argutias nihil habere vigoris aut roboris: probatior euadat atq; firmior vtriuſq; virtutis aſſertio, ſolidiſſimoq; innixa dinoſcatur fundamēto. Sed ante ōnia, geminæ ſunt captiūculę diſſoluēdæ: quibus poteſtatē eccleſiæ obligatoriā in principio huius libri aſſertam, aduerſarij pro viribus oppugnāt. ¶Quarum prima: eſt talis. Paſtores eccleſię præcipui, locū tenent eius: qui quęrit omnes ſaluos facere & perdere neminę, illiuſq; debent benignitatē imitari, & geſtare in ſuos ſubditos viſcera miſericordię. At ſi leges ſuas ipſi cōſtituāt cū obligatione ad labem mortiferā aut æterna ſupplicia in tranſgreſſores: quomodo

1. timo. 2.

illam dei humanitatē imitantur, aut student subditorū suorum saluti, quorū capita deuouent gehēnæ? Hoccine est officiū patris in filios: aut pastoris in oues infirmas? Cur non magis habēt rationem infirmitatis humanæ: quæ nunc per negligentiā, nunc per fragilitatē sepe in malum prolabitur? Hanc plane si attēderent: admonerent quidē constitutiones suas seruādas esse, & ad id fideles adhortarētur. nō autē cū tanta austeritate præcepta indicerēt, aut ferrēt leges: vt earū transgressores definiant lęthiferi criminis aut æternæ mortis esse reos. Non est igitur tā rigida illa legū positio: quoquo pacto tolerāda. ¶ Respōsio. Explicatio pœnę 2
quā incurrāt trāsgressores legis constitutæ: nullo pacto repugnat benignitati diuinæ, neq; pijs misericordiæ visceribus in subditos. Nēpe cū
Gene. 2 deus denūciauit Adæ, q in quacūq; die comederet de fructu ligni vetiti, morte moreretur: nō fuit in ipsum immisericors, sed prouidus denūciatione futuri discriminis vt illud euitaret. Idē quoq; cū in psalmo per
Psal. 88. os prophetę prædixit. Si autē filij eius dereliquerint legē meā, & māda ta mea nō custodierint: visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū. quis immitē deū dixerit: quoniā cōminatus est pœnā?
Deute. 27. Præterea Moyses & Iosue sæpenumero denūciarūt populo Israelitico,
Iosue 23 immo dominus deus per eos: q si terram promissionis ingressus abiret post deos alienos Chananæorū derelicto domino, & sequeretur mores illarū gentiū: cito dispergeretur in terrā alienā, multisq; premeretur calamitatibus. Nūquid tamen idcirco viscera misericordiæ nō gestarūt ipsi in illū populū: cuius erāt duces ac principes? Nūquid & beatus Paulus
1. corin. 6 duro fuit & immāsueto in fideles animo: cū ipsis scripsit q maledici, fures, rapaces, fornicarij, immūdi & adulteri: regnū dei nō essent possessuri? Hoc enim dicēs, explicuit supplicium quod huiusmodi maneret sceleratos: æternę scilicet vitæ exhæredationē & priuationē. Nō itaq; definitio pœnę, a primoribus ecclesię facta: quoquo pacto degenerat a diuinæ bonitatis æmulatione. quoniā ea ipsa determinatio pœnę non fit, vt quis pœnā illā incurrat: sed vt obtēperās ecclesiæ præscripto, eā effugiat & declinet. Q siquis præuaricatus ecclesiasticū præceptū definitā incurrat pœnā: non illū in gehennā detrudūt aut capitalis criminis labē, ipsi ecclesiæ pręsides, qui illā determinarūt pœnā. Sed solus ipse trāsgressor sua ipsius culpa se reū criminis mortiferi & gehēnæ facit: vt qui negligētia sua vel malitia statutū ecclesiasticū violauerit, quod potuit & debuit exacte obseruare. Quocirca sibi soli eā debet ascribere & imputare culpā: nō ecclesiæ rectoribus, qui suo functi sunt officio vt saluti eius cōsulerent. ¶ Adde q non in singulis constitutionibus suis ecclesia & recto- 3
res eius illam adijciunt pœnam: neq; quasq; leges suas volunt sub tam arcta obligatione seruari. sed tantum eas: quæ de rebus arduis magniq; momenti, & ad salutem magnopere necessarijs dantur: & quarū transgressio Christianæ pietati multum incōmodaret, animarūq; profectui.

Pœnā legi adiectā: nō arguere legislatorem crudelem.

In leuioribus vero & minoris ponderis rebus, & vbi non est expressa pœnæ adiectio: non intendit ecclesia talem fieri obligationem ad pœnā tantæ seueritatis. Ad hæc, In ijs etiam legibus vbi explicata est huiusmodi pœna in earum violatores, ꝙ capitali culpæ & gehennæ sint obnoxij: non quæuis transgressio reddit hominem illius pœnæ reum. sed ea tantum: quæ ex contemptu proficiscitur aut crassa negligētia, aut ex concupiscentia vehementi, per electionem pertrahente hominem in præuaricationem talis mandati: aut etiam quæ graue alijs ingerit scandalum. Quemadmodum nec quæuis præceptorum dei solutio, censenda est constituere hominem mortalis criminis reum: cum contingat etiam
4 circa illorū materiam veniali tantum & leui culpa delinquere. ¶Secūda obiectio. Princeps terrenus, qui (vt ait Paulus) non sine causa gladiū portat, & pro suo officio debet populi licentiam terrore pœnarū coercere: nequaq̄ leges suas constituere proponit eo rigore, vt violator earum protinus capite plectatur. Essent enim illæ, persimiles legibus Draconis: quas ob nimiam seueritatem abrogarunt Athenienses, dixeruntꝗ illas sanguine scriptas fuisse: ꝙ in singulis legibus pœnā cōstituerit mortem corporis, earum transgressoribus inferendam. Similiter crudelis habēdus esset ille pater, qui filijs suis potum vini prohibens ne immoderate illud bibentes febre laborarent: hanc decerneret pœnam, ꝙ si vino vterētur pro poculo: statim morte mulctarētur. Igitur ecclesiastici principes, si definiant suorum præuaricatores statutorum incurrere noxam mortalem, gehennæque supplicium: nimia illa seueritate, moderationē & mediocritatem legum latoribus summopere necessariam negligunt, crudelesque habendi sunt parentes: qui filiorum suorum non corpora sed animas æternæ addicunt morti, ob traditionum suarum violationem. Merito igitur ad eos intorquetur illa dei vox: per prophetam imperiosis pastoribus dicta. Cum austeritate imperabatis eis: & cum potentia. Et sunt illi tanquam dominantes in clero: contra beati Petri prohibitionem. immo quandam in suos subditos tyrannidem exercere vi-
5 dentur: ob immoderatum suarum legum rigorem. ¶Responsio. Quæ in præcedentis cauilli dissolutione sunt dicta: ad diluendam etiam præsentem obiectionem admodum conducunt. In qua, admissis duobus quæ assumuntur similibus: declinandum est prorsus quod colligitur. Quippe huiusmodi pœnarum adiectio, non in singulis (vt iam dictum est) ecclesiasticis legibus sed in grauioribus tantum: non ex crudelitate proficiscitur, vt neque in ipso deo, neque Moyse, neꝗ Paulo. sed ex maturitate recti consilij, insignique prudentia: quæ nouit, leges ipsas reipublicæ conseruandæ necessarias, nullam ferme efficaciā aut obligatoriam vim in populum habere: nisi aliqua constituatur pœna in præuaricatores earum, qua coerceatur malorum improbitas, & constringatur ad integram ipsarum obseruationem, saltem formidine pœnæ. Proinde

Roma. 13

Draco: legislator Atheniensiū.

Ezech. 34.

1. petri. 5

Leges sine pœnnarum adiectione: esse inualidas.

vtriusque similium modo adductorum exẽplo: facile poterit hæc argutia in aduersarios ita retorqueri. Princeps terrenus si leges decernat tãtum admonitorias, nullaque adiecta pœna coercentes improbos ad earum custodiam: nullius habebuntur authoritatis, & protinus conculcabuntur. Pater itidem si filijs suis vini prohibeat vsum aut pomorum, sine aliqua comminatione pœnæ: neque ferulam illis intermïnetur neque virgas, si deprehensi fuerint aut vinum bibisse aut poma comedisse: prohibitio illa paterna, modicę erit apud filios efficaciæ. quoniam reiecto pœnæ metu: ex procliuiore in vetitum natura, & horum voluptariorum vsum, ferentur præcipites ad vinum & poma. Ita sane si ecclesia sancta & eius pastores, leges tantum admonitorias sancirent sine obligatione ad pœnam: nequaquam diuturnæ essent leges illæ, neque solidum haberent robur, quoniam carerent refrenatione humanæ improbitatis. Quocirca in huiusmodi legibus ecclesiasticis pœnam sæpius ante dictam decernentibus: neque argui potest austeritas eorum qui ipsas condiderunt, aut imperiosa potestas, aut tyrannica violentia: vt per contumeliam magis q̃ rei conditionem obiectant aduersarij: vti abunde iam est monstratum.

Similiũ inductione: ostendũtur leges cum pœnis esse ferendæ.

¶Porro quod asserunt nonnulli rerum 6
sacrarum tractatores: nullum scilicet prælatum astringere posse subditum suum ad aliquid agendum aut declinandum, sub pœna peccati mortalis: nisi idipsum quod præcipit aut vetat, pendeat a lege diuina. non est omnino approbandum. Siquidem in ijs etiam quæ a lege diuina proxime non pendent, neque determinant diuini præcepti exequendi modum, formam, aut circunstantias: habent etiam prælati potestatem constituendi leges cum obligatione transgressorum ad peccatum mortale. dummodo illa ad Christianæ religionis pietatem attineant, ad animarumque salutem recte conducant: modo etiam bonos forment mores, atque ad ipsius ecclesiæ faciant decorem ac honestatem. Talia siquidem, momentum & pondus in republica Christiana habentia: possunt a præpositis ecclesiæ sub dicta cõditione decerni, quamuis proximam non habeant reductionem ad diuinam legem. Quoniam illorum (vbi constituta fuerint) obseruatio, immo ad ipsorum obseruationem obligatio: reuocatur demum in diuinam legem, & ex ea consequenter dependet. quæ iubet ecclesiam audiri: & prælatis iusta ac recta præcipientibus esse obtemperandum, necnon præpositis suis obediendum.

Matth. 18
Matth. 23.
Hebrę. 13.

¶Neq; prædictis obuiat hæc nonnullorum ratiocinatio: qua colligere 7
moliuntur, ecclesiæ primores non posse decernere pœnam gehennæ, transgredientibus suas leges: quoniam illam non possunt eis inferre. Et nemo (inquiunt) pœnam constituere cuiquam potest: quã non queat illi infligere. Falsa est enim hæc propositio: & nequaquam admittẽda. cum plane sufficiat ad pœnam in legibus condẽdis definiendam: ꝙ ipse qui legem fert, possit illam irrogare pœnam: vel is, cuius au-

Cauillationis nouæ aduersariorum dilutio

thoritate talem ponit legem, & a quo poteſtatem accepit & condendæ legis & definiendæ pœnæ. Nunc autem quamuis eccleſia ſancta & eius ſupremi rectores non poſſint gehennæ ſupplicium infligere ſuarum legum tranſgreſſoribus: deus tamen a quo acceperunt authoritatem ferēdarum legum, & cuius directione atque afflatu leges condunt & talem decernunt pœnam: poteſt illā pœnam tranſgredientibus inferre. quod ſufficit ad ſtabiliendam authoritatē fulciendāqꝫ poteſtatem prępoſitorū

s eccleſiæ: non ſine dei inſpiratione talem pœnam decernētium. ¶ Cæterum propoſita conſecutio atqꝫ collectio in hac aduerſariorum poſtrema argumentatione: prorſus inualida eſſe & eneruis, eo ipſo proditur. Nā prorſus conſimili ratiocinatione quis ſubinferre poſſet, eccleſiaſticos rectores non poſſe aliquod eccleſię ſacramentum adminiſtrare fidelibus. quoniam ipſis gratiam dei conferre non poſſunt vt præcipui authores: cum vere dictum ſit in pſalmo, gratiā & gloriā dabit dominus. Ipſa autem eccleſiaſtica ſacramenta rite adminiſtrata: conferunt gratiam, digne ea ſuſcipientibus. Sed vt infirma eſt hæc ratiocinij forma. Sacerdotes eccleſiæ miniſtri non poſſunt delere peccata nec gratiam largiri: vt primariæ & principales cauſæ abolitionis culpæ & elargitionis gratiæ. ergo non poſſunt fidelibus miniſtrare ſacramenta: per quorū ſuſceptionem & abolentur peccata & gratiarum munera impenduntur, illa rite ſuſcipientibus. Ita hæc omnino perſimilis illatio: prorſus eſt manca. Eccleſię præſides non poſſunt ignem gehennæ infligere violantibus ſuas leges: ergo non queunt in ſuis condendis legibus eam conſtituere pœnā. quādoquidem vt miniſtri ſummi iudicis ac principis: talem definiūt pœnā in tranſgreſſores. quemadmodū tanq̄ miniſtri ſummi dei & æterni ſacerdotis IESV CHRISTI: & abſoluunt a peccatis, & miniſtrant ſacramenta gratiā cōferentia. In his enim omnibus officijs: minſterium a deo eſt ipſis indultum. Porro complures aliæ obiectiones contra hāc eccleſiæ authoritatem, qua obligatorias condere poſſe leges eſt multifariam oſtenſa: in primo Antilutheri libro adductæ ſunt & diſſolutæ, a decimo tertio illius capite: vſqꝫ ad viceſimum ſecundum caput eiuſdem. Proinde illis prætermiſſis: ad cauillatorias argutias, ieiunia improbantes & abſtinentias eccleſiaſticas, eſt progrediundum. Pſal. 83.

¶ Vt deo gratum ſit ieiuniū: ipſum alijs bonis operibus coniunctū eſſe debere. ſicut & e diuerſo alia bona opera eidē non placent: ſi a ieiunij ab eccleſia pręcepti obſeruatione ſeparātur. Cap. XXIII.

i TErtia aduerſariorū obiectio. Dominus per Eſaiam prophetam reprobat ieiunium quod conſiſtit in afflictione carnis: & approbat ſpirituale ieiunium quod verſatur in declinatione a malo & in exercitio bonorum operū, & potiſſimū in ſubleuatione pauperum per officia miſericordiæ: cū ait. Nunquid tale eſt ieiu Eſaiæ. 58

nium quod elegi:per diem affligere hominem animam suam? Nonne hoc est magis ieiuniū: quod elegi? Dissolue colligationes peccati:solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui cōfracti sunt, liberos:& omne onus disrumpe. Frange esurienti panem tuum:& egenos vagosq; induc in domum tuam. Cū videris nudum operi eum:& carnem tuam ne despexeris. Ex quibus verbis plane constat, deū illud commendare ieiunium:quod fit in abolitione peccatorum prius contractorum,& diligēti sui ipsius custodia a peccatis necdū perpetratis. Illud etiam insinuat iisdem verbis sibi gratū esse ieiunium:quod fit in studio operum misericordiæ atq; obsequio in pauperes. Non igitur probandum est corporale ieiunium:vt quod deus ipse auersetur. ¶Respōsio. In prædicto sancti prophetæ loco,dominus non reprobat simpliciter & omnino ieiunium,quod in afflictione corporis exercetur:sed illud solum,quod perperam fit & prauis coniungitur operibus. propter quæ, non est diuinæ maiestati acceptum illud ieiuniū:sicut neq; quodcunq; aliud opus piū, siue sit oratio,siue eleemosyna, siue quoduis alterius generis. Vnde ad interrogationē taliter ieiunantium,factam ab ipsis domino deo in hunc
Esaiæ.58 modū. Quare ieiunauimus & non aspexisti:humiliauimus animas nostras & nescisti? respondet ipse dominus in eodem loco. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem: vt audiatur in excelso clamor vester. Ex quibus verbis dilucidum euadit, dominum ipsum non acceptasse tale Iudæorum ieiunium:quia fiebat cum austera debitorum exactione,cum iurgijs,rixis, dissidijs & violenta percussione. Et idcirco ostendit deinde,quomodo sit ieiunandum: vt acceptum deo præstetur obsequium. vtpote q; declinandum sit ieiunantibus a peccato:& insistēdum operibus misericordie. Neq; præcipit ibidem dominus,q; prætermisso corporali ieiunio tanq̃ inutili & minime salutari: huiusmodi virtutum fiant officia,scilicet abijciātur pondera peccatorum,& pauperes pia erogatione eleemosynæ subleuentur:vt putant aduersarij. Sed iubet q; vna cum corporali ieiunio exerceātur pia illa bonorum operum officia: quibus comitatum ieiunium, acceptabilile sit deo. Cum enim tales habuerit comites corporale ieiunium, abstinentiam scilicet a peccatis,& studium operum misericordiæ:haud dubie oculis supernæ maiestatis gratum erit & acceptum. Q; si aliorum bonorum operum comitatu destitutum fuerit ieiunium: illud deo nequaquam complacere, præter oraculum propheticum supra adductum,testatur etiam canon Pij papæ, qui recitatur de consecratione,distinctione quinta,cap. nihil. in hanc formam. Nihil prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere: nisi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Quod verbū:dictis illis propheticis omnino consonat.

Quare per prophetam reprehēditur Iudæorū ieiuniū.

Pius papa.

3 ¶Ex hoc autem loco etiam eliditur excusatio in peccatis quorundam, ea quæ carnis sunt sapientiũ: & extenuantium obseruationẽ ieiuniorum ecclesiastico quoq; præcepto indictorum, his verbis. Bene ieiunat: qui a peccatis abstinet. & vnũ illud ieiunium est deo gratũ: declinare a malo & facere bonum. Sufficit (inquiunt) bonis operibus & obseruandis dei mandatis animũ intendere: sine huiusmodi corporis afflictione. ¶Quibus respondendũ est, paucis. oportere quidẽ id quod in principio proponunt facere: sed aliud non omittere. A peccatis certe abstinendũ est, & bonis operibus insistendũ: quoniam hæc necessaria sunt ad salutem. sed non sufficiunt: potissimũ cum ex ecclesiæ statuto est ieiunãdum. Superaddendum est enim abstinentiæ a peccatis, etiã corporale ieiuniũ: quãdo obseruari ab ecclesia iubetur. Nisi enim tale ieiunium ad vnguem teneatur: quomodo quis abstinebit a peccatis, qui inobedientiæ incurrit reatum? quomodo recte operabitur ille, & dei mãdata custodiet: qui ecclesiã & deinceps deum contẽnit? ¶Itaq; sicut non sufficit corporale ieiuniũ sine aliis bonis operibus, quemadmodũ in loco iam citato ostendit Esaias: ita nec sufficiunt reliqua bona opera sine corporali ieiunio, quando ad illud obseruandũ nos astringit ecclesiastica sanctio. quoniã illa pia opera, transgressioni præcepti ecclesiæ coniungerentur: & ita nõ conferrent ad salutẽ. Itaq; vtrunq;, ieiunium scilicet & bona operatio circa aliam materiã: per se minus sufficiens, alterum alterius auxilio eget. Proinde ecclesia sancta in suis orationibus quadragesimalibus frequẽter exposcit a deo: vt gratia eius adiutrice, ieiunio corporali coniungatur in nobis etiam spirituale ieiunium, abstinentia scilicet a peccatis. & hoc modo fiat ei gratum, ex vtriusq; consortio & societate: sacrificium. quemadmodũ idipsum expostulat: in hac oratione sua. Præsta quæsumus omnipotens deus, vt qui se affligendo carne, ab alimentis abstinẽt: sectando iustitiã, a culpa ieiunẽt. Et rursum in hac. Ieiunia nostra quęsumus domine benigno fauore prosequere, vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a vitiis ieiunemus in mẽte. Deniq; & in ista. Cordibus nostris quęsumus domine gratiam tuã benignus infunde: vt sicut ab escis corporalibus abstinemus: ita quoq; sensus nostros a noxiis retrahamus excessibus. & in plærisq; aliis. In quibus quidem piis orationibus ad deũ: ipsa ecclesia ieiunium corporale non separat a spirituali, quod est declinatio a malo. sed suppliciter postulat a deo: secundũ ieiunium indissolubili nexu ipsi primo in nobis coadunari ¶Neq; aduersariis prædictam captionem obiectantibus, quoquo pacto suffragantur verba beati Augustini super Ioannem: quæ adducũtur in volumine decretorũ, de consecra. distinctione quinta. cap. ieiunium autem. in hanc formam. Ieiuniũ autem magnũ & generale est: abstinere ab iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium in hoc seculo. Quasi quadragesimam abstinẽtiæ celebramus: cũ bene viui-

Cauillatio ∘ nis aduersariorũ dissolutio.

Sine corporali ieiunio quãdo pręcipitur: reliqua pia opera nõ sufficere.

Orationes ecclesiasticæ: geminũ cõmendantes ieiuniũ.

Augustinus

mus, cũ ab iniquitatibus & ab illicitis voluptatibus abstinemus. Quippe his verbis ipse sacratus pater commẽdat & exprimit ieiuniũ quoddã mysticũ & spirituale: ab omnibus, cuiuscunq; sint ætatis, quotidie per totum huius vitæ curriculũ, studiose obseruandũ: quod consistit in declinatione a malo & fuga peccati. At vero per hunc verborũ cõtextum, non dãnat idem sanctus author corporale ieiunium neq; reprobat: vt colligere annituntur hostes ieiunij & abstinentiæ, contra quos decertamus. quin potius ipsum etiã subinsinuat esse suo tempore obseruandũ: ad procurandam animæ salutẽ. Quomodo enim abstinere quis poterit ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi (quod ad rationem magni illius & perfecti ieiunij: secundum Augustinum exigitur) qui corporale ieiunium ecclesiastica lege indictum proculcat pedibus: & cõtra orthodoxorum patrũ sanctionẽ, ciborũ illecebris inescatur? Nõne qui huiusmodi est: & inobedientiæ incurrit reatum, & vitio etiã gulæ redditur obnoxius? Non potest igitur integre, ieiunium illud perfectum, quod in supra dictis Augustini verbis prędicatur, obseruari: nisi etiam corporale ieiunium suo tẽpore, statisq; & determinatis diebus illabefacte seruetur. Neq; ieiunij illius spiritualis, commẽdatio: est ieiunij corporalis reiectio aut reprobatio, tanq̃ inane esset & superuacuum, vt existimant aduersarij. sed potius est tacita eiusdem approbatio, vt quod in spirituali ieiunio necessario includatur.

Spirituale ieiuniũ: sine corporali, seruari non posse.

4 ¶ Quarta obiectio. Ieiunium de minimo est bonorum genere, quę per hominem possunt exerceri: ingerens solam corpori afflictionem, quæ parum conducit ad salutem, & nemini prodest nisi forte illi qui se ieiunando emacerat. Alia vero bonorum sunt genera: quæ alijs etiam prosunt. vt oratio feruẽs & assidua: cuius fructus etiã in alios per meritorum participationem communicatur. eleemosyna etiam, cuius elargitio in pauperes: eorum succurrit indigentiæ. Hæc igitur potius exercenda sunt: quorum vtilitas in alios quoq; deriuatur atq; extenditur. & nõ ieiunium: quod aridum est quãtum ad porrectionem sui fructus in alios, & sterile.

5 ¶ Responsio. Hæc ieiunij extenuatio in collatione ad alia bonorũ operũ genera: ab aduersarijs vafro fit ingenio & subdolo animo. vt scilicet per huiusmodi attenuationem, minus prouocentur alij ad ipsum ieiunium amplectendũ: immo auocentur potius & retrahantur ab eo capessendo. & ita multos habeant in ieiuniorum solutione sui similes: minusq; peccare videantur quia cum multis peccant. Fit etiam hæc ieiunij depressio ab ipsis voluptatũ patronis, in propriæ eorum culpæ excusationem: quam obtendãt si redarguantur ob solutionem ieiunij, dicentes modicã esse illam culpã & exiguam transgressionem: q non sit magni momenti nec meriti apud deũ, ieiuniũ. Et ita seipsos iustificare contendũt, & ostendere q non sint reprehensioni obnoxij: q tam modici precij (vt aiunt) bonum neglexerint. cuius executio apud deum non magni pẽditur: nec amplum affert

Vafram esse ieiunij ab aduersarijs extenuationem.

fructũ saluti humanæ,vt ferunt.Idcirco nequaq̃ id illis tribuendum:ꝙ ieiuniũ haberi debeat minimũ opus bonũ,quod exercere possit homo, immo vero magnum est & fructuosum.Neq; itidẽ dandum est ipsis,ꝙ ieiunium postremo collocari debeat loco inter ea opera quæ homo sibi ipsi possit exhibere:sed ꝙ excelso gradu inter illa constituendum est, &
6 primis propemodum sedibus reponendum.¶Nempe ipsum ieiunium medicina est salutaris:ad frenandam carnis rebellionem in spiritũ,edomãdamq; cõcupiscentiã.quæ nisi subacta fuerit spiritui, & legibus eius obtemperans:non consequetur homo salutem æternam,cum dicat apostolus ad Romanos scribens.Si secundũ carnem vixeritis:moriemini.si autem spiritu,facta carnis mortificaueritis:viuetis. Ad hanc autem carnis mortificationem:optimũ adminiculũ est ieiunium. Vnde cognoscitur magna eiusdem obseruandi necessitas:vt sine quo salus animæ,commode expediteq; non queat obtineri. Nec minus vtilitas ipsius innotescit eo ipso,ꝙ illa carnis afflictio in magnum cedit profectũ spiritus:qui macie carnis saginatur & pinguescit. quemadmodum ecclesia sancta in vna orationum quadragesimaliũ exposcit a domino:emacerationem carnis sibi conuerti in saginationem animæ,his verbis.Da quæsumus domine nostris effectũ ieiunijs salutarem:vt castigatio carnis assumpta,ad nostrarũ vegetationem transeat animarũ.Neq; solum ipsi ieiunanti,sed & ijs quibus ille spiritualia exhibiturus est officia doctrinæ aut exhortationis sanctæ:magnam affert ieiunij districtio vtilitatem.nam expeditiorem & alacriorem reddit animũ ieiunantis:ad obeũda tam sacra munera.Procul igitur abest a vero,quod assumũt in hoc cauillo aduersarij: ieiuniũ scilicet nihil præstare fructus spiritualis alijs. cum & ieiunanti
7 prosit plurimũ:& in alios etiã trãsfundatur eiusdẽ profectus. ¶Omitto præterea,ꝙ difficultas ipsa tolerandi ieiunij (reluctante ipsi carne, & concupiscente cibi ac potus delicias:cui tamen aduersatur recta ratio,& molestiam ieiunij perfert)nõ modicam etiã affert illi commẽdationem, neq; contennendam meriti rationem.Quippe per illam inediæ tolerantiam,ieiunans sibi ipsi vim infert vltroneam:violentaq; manu (vt ita dixerim)cælũ rapit.dum exigit a seipso castigationem corporis:eandemq; spontaneo impulsu sibi ipsi infligit.Huiusmodi autem violentiam volũtariam & molestiam non sustinet homo:in orationis ad deum effusione aut eleemosynæ elargitione. Quare quantum ad hanc boni operis circunstantiã,ieiunij obseruatio quippiam habet præclarius:q̃ oratio aut hospitalitatis exhibitio.¶Adde ꝙ etiam hæc duo bonorum operũ genera,oratio & eleemosyna,nequaq̃ suo prosũt authori:si voluptatibus defluat,si carni suę indulgeat,si ieiuniũ aspernetur quo corpus edomet. Siquidem vbi insurgunt incentiua libidinum & aculei carnalium voluptatum:necessarium est ibi ieiunium, tanq̃ antidotum salutare contra periculosum hunc morbum.Quod si admouere sibi neglexerit quis-

Roma. 8.

Magnã esse ieiunij obseruãdi necessitatẽ & vtilitatem.

Difficultatẽ exercendi ieiunij: magnũ habere meritũ

Eccli.14. piam:parum illi ad salutem cõferet eleemosyna in alios dispartita. Qui enim sibi nequam est: cui alij bonus erit? vt ait Ecclesiasticus. Et quid homini prodest,aliorum solicitam gerere curam: seipsum vero suamq; salutem negligere? ¶Non igitur enitendum est,vt ieiunium ab eleemosyna diuellamus:per curiosam magis q̃ fructuosam inquisitionem,vtrũ illorum altero sit præstantius.cum vtrũq; habeat,quo alterum excedat: & quo etiam ab altero excedatur.& secũdum diuersam hominum dispositionem,circunstantiamq; rerũ:nunc vnũ sit magis necessariũ, nunc alterũ.nunc itidem vnum sit adhibendum vni: nunc vero, illo prætermisso,alterum sit ab eodem amplectendum. Sed summopere curandũ nobis est:vt vnum alteri tanq̃ indiuiduũ comitem asciscamus.vt & ieiunium sociã habeat eleemosynam:& eleemosyna ieiunij habeat cõsortiũ. Quemadmodũ scriptura sancta duas illas grata societate coniungit virtutes,& tertiam eis germanam orationẽ: cum ait. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna:magis q̃ thesauros auri recondere.

Ieiunium: eleemosynę & orationi esse coniungendum.

Tobiæ.12

¶Multiplex ieiunij fructus & vtilitas: sanctorum patrum testimonio comprobata. vnde commendatior & laudabilior agnoscatur crebra illius ac frequens obseruatio. Cap.XXIIII.

Solent vtiq; medici tanto efficaciora præsentioraque parare summo studio pharmaca & medicamẽta:quãto vehementius inualuisse morbum altiusq; radices egisse nouerint in ęgroto.vt pharmaco maxime prę sentaneo:totam acrioris morbi vim atq; molestiã facilius propellant.Horum autem imitantes morem, laudabilemq; curam,debemus etiam nunc eo studiosius ieiunij virtutẽ & dignitatem prædicare:quo depressius videmus eã ab aduersarijs pessũdari.nec minore opera eãdẽ attollere in sublime: q̃ perspicimus ipsam ab æmulis in ima deijci atq; detrudi.Quod commode quidem præstiterimus,si pręter varios eiusdem spiritualis exercitij fructus,in hoc libro

Cap.13. supra enumeratos : alios quoq; non paucos collegerimus, ex hac sancta radice prodeũtes fructus salutares,& summopere nobis expetẽdos. ¶Primus itaque ieiunij fructus est,q̃ cælestis regni fores adaperit ijs: qui pie & integre illud exercent. Et merito quidem. Nam saturitas vetitiq; pomi esus,primos parentes nostros paradiso expulit: totamq; posteritatem eorum,tristi damnauit exilio,reddens eam clara cęli regione extorrem. Inedia igitur & ieiuniũ,contrariũ prorsus operabitur effectũ: & exules in antiquã reducet patriam,æthereæq; mãsionis ciues constituet. Quod & sancta mater ecclesia in quadragesimali officio:aperte cõtestatur hoc cantico responsorio. Paradisi portas aperuit nobis ieiunij tempus. suscipiamus illud,orantes & deprecantes: vt in die resurrectionis cũ domino gloriemur. Quocirca quicunq; ad supernæ illius ciuitatis aspirant habitaculum:hanc aggrediantur viam oportet, quæ eos ad

Ieiuniũ: viã ad cælũ esse

2 optatam perducat deniq; metã. ¶Secũdus. Animæ vulnera per crapu-
pulam & gulam contracta : salutiferum illud antidotum sanat. Enim-
uero prohibitus protoplastis cibus, dei sumptus iniussu: intulit ipsis & Gene. 3.
toti eorum propagini graue & mortiferum vulnus. mortiq; cum corpo-
ris tum animæ: vniuersum genus humanum reddidit obnoxiũ. Ex op- Ieiunium:
posito igitur, castigatio corporis per ieiunij disciplinam & parsimoniã: medicinam
huiusmodi curandi vulneris & perditam instaurandi sanitatem, habet esse vulnerũ
efficaciam. iuxta illud in tota philosophia receptissimum axioma: quod animæ.
asserit, contrariarũ causarũ contrarios quoq; esse effectus. Et hoc ipsum
etiam attestatur ecclesia sancta: in vna orationũ quadragesimaliũ, hanc
supplicem deo deprecationem fundens. Præsta quæsumus omnipotens
deus, vt dignitas conditionis humanæ per immoderantiã sauciata: me-
3 dicinalis parsimoniæ studio reformetur. ¶Tertius. Ab æternæ damna
tionis interitu animam liberat: frequens & sancta ieiunij exercitatio.
Quod enim de eleemosyna dictum est apud Tobiam: quod ipsa a morte Tobiæ. 12.
liberat, & facit inuenire vitam æternam, & non patietur animam ire in
tenebras. nimirum & de ieiunio haud absurde etiam dicitur: quod a morte
æterna liberat animã, & in vitæ perpetuæ traducit consortium, quodq; nõ
sinit vnq̃ ipsam in tenebras infernas demergi. Neq; illud obscure ex sa-
cro deducitur euangelio: in quo dictũ est. Beati qui nunc esuritis: quia Lucæ. 6.
saturabimini. quemadmodũ & e contrario dictum esse: meminisse de-
bemus. Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Eiusdẽq; rei a CHRI- Ibidem.
STO memorabile oculis nostris obiectũ est exemplũ: de lazaro mẽdico Lucæ. 16
& vlceribus pleno. qui cupiebat saturari de micis quæ cadebant de men
sa diuitis: & nemo illi dabat. Post mortem vero delatus est a sanctis an-
gelis in sinum Abrahæ: & dulcem illic cõsolationem pro inedia & trãs-
actis ærũnis accepit. Diues autẽ ille purpuratus, qui epulabatur quo-
tidie splẽdide: post exitũ ab hac vita mortali sepultus est in inferno, vbi
manet ardoribus sempiternis excruciatus, æternũq; manebit. Et cum
vnicam guttæ aquã expeteret in linguæ suæ refrigerium: eam crepitan-
tibus flammis exæstuans obtinere non potuit. Nũc igitur rogare osores Lazari mẽ-
ieiuniorũ & damnatores abstinentiæ velim: vtrũ deligendũ esse censeãt dici q̃ diui-
amplectiq; malint, vel cum lazaro hic pati inediã & volũtarium exerce- tis epulo-
re ieiuniũ, secundũ præscriptas ecclesiæ leges: & in altero seculo perpe- nis : potius
tuam cũ eodem obtinere cælestis gloriæ requiem. Vel cũ diuite epulo- eligendam
ne hic cibo potuq; ad saturitatem saginari: & deinde cum eodem æternis esse sortem.
deputari gehennæ tormentis. Credo equidem si sapiant, & suæ velint sa
lutis habere rationem: potius lazari q̃ diuitis illius sortem conditionẽ-
que capessendam sentient. Hinc ecclesia sancta in vna suarum oratio-
num quadragesimaliũ suppliciter deum rogat, vt spontanea castigatio
per ieiunij studium: illi prosit & membris suis ad æternæ damnationis
euasionem & effugium, in hunc modum. Cordibus nostris quæsumus

domine gratiā tuā benignus infunde:vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibentes,temporaliter potius maceremur,q̄ ſupplicijs deputemur æternis.Quod certe & cuiꝗ noſtrū intentiſſimo animo frequentius orandū eſt ac poſtulandū:vt cū timore domini & tremore,noſtrā ſalutē digne operemur.
¶Quartus ieiunij fructus eſt & abſtinentiæ, ꝙ a 4
repētino interitu cultores eius eripit.Nempe ſaturitas & ſagina,immoderatuſꝗ voluptatū corporis vſus: ſubitariam ſolet interdū atꝗ inopinatam inferre mortem.Quod ex illo domini noſtri apud Lucā verbo,
Lucę.21. clare conſtat:quo ait,ſalubriter nos omnes admonēs. Attendite autem vobis,ne forte grauētur corda veſtra in crapula,& ebrietate,& curis huius vitæ:& ſuperueniat in vos repentina dies illa.Et in alio apud eundem euangeliſtam loco,duplici exemplo demonſtrat ipſe dominus noſter:inopinatum exitiū ſuperueniſſe ijs qui cibo & potui indulgebant,
Lucæ.17 his verbis.Sicut factum eſt in diebus Noe:ita erit & in diebus filij ho-
Gene.7 minis.Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabantur ad nuptias: vſꝗ ad diem qua intrauit Noe in arcam,& venit diluuium & perdidit
Gene.19. omnes.Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth.Edebant & bibebant, emebant & vendebant:plantabant & ædificabant.Qua die autem exijt Loth a Sodomis: pluit ignē & ſulphur de cælo, & omnes perdidit.Ex quibus verbis liquet,inundationē diluuij primum vniuerſo mundo: & deinde ſubuerſionē horrendā quinꝗ vrbiū imbre ſulphureo igni commixto abſumptarū,incolis earum inſperato ſuperueniſſe:cum non ieiunio & abſtinētiæ,ſed epulis & menſis ſimul & nuptijs eſſent dediti.Fi-
Iob.1. lios quoꝗ ſancti Iob,ſatanas ſubita domus ruina oppreſſit, non intentos inediæ,aut ieiunij tunc addictos diſciplinis:ſed bibentibus vinū in domo primogeniti fratris eorū,& cōuiuia læta celebrātibus.Vnde validū ſumitur argumentū per ratiocinationē ex oppoſito,ieiuniū ſecundū eccleſiaſtica inſtituta obſeruatū,aut ſpontanea deuotione ſuſceptū: præſeruare ſuos cultores ab huiuſmodi repētino mortis inopinatę interitu.
¶Quintus eiuſdē fructus eſt, ꝙ protectionem dei a ſiniſtro incurſu im 5
petrat ijs: qui diuinum implorant ad rectā ſui directionem auxilium. Quod exemplo Eſdræ ſcribæ & Iudæorum,qui cū ipſo reuerſi ſunt de captiuitate Babylonica in Iudæam:protinus euadit cognitū. qui indicto ieiunio deprecati ſunt dominū,vt in ea profectione dirigeret viā eorū:tutareturꝗ ab omni hoſtiū impetu, inuaſione & inſultu. Annuitꝗ deus petitioni eorū ieiunio cōiūctæ:ipſoſꝗ ſoſpites & incolumes perduxit ſuæ protectionis munimine in terrā Iuda. Idipſum autē in primo Eſdræ libro,capite octauo: ita explicat Eſdras, de ſe & ſuis comitibus
1.eſdræ.8. loquēs.Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Hauna:vt affligeremur coram domino deo noſtro,& peteremus ab eo viam rectā nobis & filijs noſtris,vniuerſęꝗ ſubſtantiæ noſtræ.Erubui enim petere regis auxiliū & equites,qui defenderent nos ab inimico in via:quia dixeramus

regi. Manus dei nostri est super omnes qui quęrunt eum in bonitate: & imperiũ eius & fortitudo eius & furor, super omnes qui derelinquunt eum. Ieiunauimus autẽ & rogauimus deũ nostrum pro hoc: & euenit nobis prospere. hæc ibi. Nos quoq; quãdiu versamur in hoc mundi ergastulo: nonne Babylonica quodã modo detinemur captiuitate? ob cõfusionem iniquitatũ & malorum: quæ aut cõmittimus, aut ab alijs cõmitti dolentes conspicimus. Suspiramus autẽ anheli, vt demũ hac liberati duræ captiuitatis sorte: perueniamus incolumes ad supernam ciuitatem Hierusalẽ, & claram perpetuæ pacis visionẽ. At quãdiu in hoc demoramur vitæ mortalis incolatu: cõsistimus in via, qua tendamus ad illam Hierusalẽ mysticã. & quotidie sedulis bonorũ operum gressibus progredi debemus: vt relicta Babylone perueniamus ad illã felicitatis æternæ patriam. Nonne igitur exẽplo Esdræ cæterorumq; Iudæorum edocti, & frequẽti ieiunio & oratione a domino postulare debemus: vt in conspectu suo dirigat viam nostrã, vt etiam spiritus eius bonus deducat nos in terram rectã: vt deniq; ab omni hostium cũ visibilium tũ inuisibilium incursione atq; molestia, nos defendat innoxios? Obsident enim hi, nobis nequaq̃ conspicui hostes, vias nostras: & latrunculorum more insidiantur nobis, in ipso ad nostram futurã ciuitatem progressu. In via hac qua ambulamus, laqueos nobis multiplices abscondũt & tẽdunt: & iuxta iter nostrũ ponũt viatoribus scandalum. Neq; ab eorum manibus eripi possumus: nisi adiutrix nobis assit dei gratia. quã vt impetremus: ieiunio & oratione sedula opus est.

Ieiunium prosperã in cælum reddit viam.

Psalmo. 5.

Psal. 142.

Psal. 141.

Psal. 139

6 ¶Sextus. Efficax est remedium ieiunij disciplina: ad impetrandã a domino veniam peccatorum, eundemq; ad misericordiã inflectendũ. Quod beatus Hieronymus in cõmentarijs suis super Danielem: exponens hunc literæ locũ de Dario rege, supra modũ contristato q; missus esset ipso inuito Daniel in lacum leonũ. Et abijt rex in domum suam, & dormiuit incœnatus, cibiq; non sunt allati coram eo: insuper & somnus recessit ab eo. his verbis testatur. Quanta regis beneuolentia: vt cibũ nec die nec nocte caperet, somnum oculis non concederet: sed cũ periclitante propheta ipse pẽderet affectu. Si autẽ rex nesciens deum hoc facit pro altero, quem vult de discrimine liberari: quanto magis nos pro peccatis proprijs inedia & vigilijs debemus deum ad clementiã flectere? hæc Hieronymus. Quę plane indicãt: inediam & ieiuniũ, conueniens essemediũ: ad consequendam apud deũ peccatorũ nostrorum remissionem. Quod & multis supra adductis ex sacra scriptura exẽplis est patefactũ: quæ non opus est hic nunc repetere.

Danie. 6

Hieronymus.

Cap. 9. & 10 huius libri.

7 ¶Septimus. Rorem salutiferũ præstat ieiunium corpori & animæ humanæ: quo restinguãtur incendia carnis, & ebullientes libidinũ ęstus. Siquidẽ legimus in Daniele, q; cum rex Babylonis misisset tres pueros Hebræos in fornacem ardentẽ: angelus domini descẽdit de cælo ad eorum præsidiũ in fornacẽ, & excussit flammã de fornace, & fecit medium

Danie. 3.

fornacis quasi ventum roris flantem . quo quidem refrigerio euaserunt illesi tres illi pueri: nec quicq̃ molestiæ senserunt ab ignis ardore. Sed & rex ipse Babylonis & princeps tenebrarũ, confusionisq; tenens imperiũ, non cessat sartaginem in nobis succendere libidinis : & flammã gehennæ continuo flatu suscitare, qua inflammemur, cooperante naturæ nostræ ad mala procliuæ corruptela. Ad hoc autem Babylonicæ fornacis extinguendum incendium, & ad excutiendam huiusmodi flammã carnalis lasciuię: ieiuniũ moderate seruatum est tanquam ros quidam cælestis desuper nobis infusus, cuius temperie refrigerentur in cordibus & corporibus nostris æstus libidinum.

Ieiuniũ extinguit incendia libidinum.

¶ Octauus ieiunij fructus. Libertatem spiritus confert suis obseruatoribus: vt non redigantur in seruitutẽ carnis & peccati. Caro nãq; si indulgenter enutriatur: tanq̃ equus lasciuiens, immo petulans & ferociens, insurgit in spiritum: vt eũ præcipitet in barathrũ malorũ, & seruituti subigat. Ieiuniũ vero tanq̃ frenum est & capistrũ: quo coerceatur caro, subijciaturq; rectæ rationi. Cũq; talibus habenis & loris, inedię scilicet & parsimoniæ, fuerit constricta: nõ insolescit immoderatius in spiritum. sed dominatum illi iure debitum permittit: & libertatem veram atq; syncæram eidem concedit, sobrie pie & iuste viuendi. Vnde beatus Augustinus in libro de hæresibus refert de Aerio hæretico (a quo Aeriani hæretici : denominati sunt) q; inter multa sua deliramenta, asseruit etiam ieiunia ab ecclesia solenniter instituta non esse celebranda: sed cum quisq; voluerit, tum ieiunandũ. ne videantur ipsi Christiani esse sub lege Moysi: & ritibus eius adhuc obnoxij. Autumabat enim Aerius, q; si ieiunia sanctione ecclesiastica constituta quis seruaret: aut sacris ecclesię legibus & institutis obtemperaret: eo ipso in seruitutem redigeretur Christiano homine indignã, & Mosaicæ rursum legis iugo subijceretur. Idcirco non ex decreto ecclesiæ ieiunare aut certis abstinere cibis, quenq; debere censuit: sed pro suo tantũ arbitrio & nutu. Verũ non intellexit ipse & aberrans a vero, & alios in errorem trahens: indicta esse ab ecclesia ieiunia, necnon delectũ ciborũ certis temporibus & diebus: vt per illa, libertas, Christiana professione digna obtineretur. quæ profecto libertas est spiritus non carnis : & per quam morbida caro mortificatur cum vitijs & concupiscentijs suis, spiritus autem viuificatur & vegetatur. Iuxta sententiam siquidẽ apostoli, libertas qua nos CHRISTVS liberauit: libertas est spiritus nõ carnis. Ad quã rite comparandã: magnum habet momentũ moderatus ieiunij vsus & parsimonia in victu. Cæterum cũ perniciosa hæc Aerianorum assertio de non obseruandis secundũ ecclesiasticas sanctiones ieiunijs, iam olim damnata sit & explosa: vtpote ante beati Augustini tempora, transactis nunc plus minus mille & ducentis annis. non satis demirari queam, quid Lutherũ impulerit & affectatores eius, eandem hæresin ab ecclesia quondam reiectam & exibilatam: hac tempestate resusci-

Augustinus

Aerius hæreticus ecclesiastica ieiunia dãnat.

Gala. 4.

Lutherus dãnatã Aerianorũ heresim resuscitat.

tare,cæcisq; abstrusam latebris rursum proferre in auras.Sed id vnum (reor)in causa fuit,q̄ viderint eam admodū consentaneam esse licentiosæ suæ libertati:quæ certe libertas carnis est,nō spiritus.quinimmo ipsius spiritus misera est seruitus:& subiectio sub iugo peccati. Ad efficacem itaq; & solidam huius Lutheranæ doctrinæ de contēnendis ecclesiæ ieiunijs,condēnationem:id vnum nūc monstrasse sufficiat, illā anti-
9 quo iam tēpore priscisq; seculis fuisse dānatam. ¶Nonus eiusdem fructus.Magnam parit securitatē animi ieiunium,secundum ecclesiasticas obseruatū leges,in extremo vitæ exitu cultoribus eius:q̄ ab inedia trāsituri sunt ad æternas immortalis glorię dapes,& a ieiunio ad saturitatem nullo claudendam termino. Enimuero qui sibi conscij sunt,q̄ ieiunia ab ecclesia indicta aut spontanea deuotione suscepta diligenter exercuerint:cū extrema illis imminet huius vitæ mortalis hora, cū quanta(putatis)hilaritate & alacritate animi,internoq; gaudio mētibus eorum infuso:ad illā corporis resolutionē tendent.fiduciam habentes certam,se demum percepturos amplā mercedem: ieiunantibus & carnem suam crucifigentibus repositam. At vero qui ventri & gulæ dediti,ieiuniorum ab orthodoxis ordinatorū patribus disciplinam sunt aspernati & pedibus proculcarunt:quiq; maluerunt desideria carnis sectari,q̄ illis cohibitis ea quæ spiritus sunt & rectæ rationis amplecti,quando ingruet articulus extremus dissolutionis animæ ab hac corporis gleba: quanto quatientur horrore,& surdo conscientiæ verbere flagelloq; aspero cedentur.cū illos subibit memoria neglectorū ieiuniorum & spretæ disciplinæ victus:quā ecclesiasticæ leges illis moderatissima ratione imposuerunt. Tunc certe amara ducentur pœnitudine,sed interdum sera: q̄ exacte non obseruauerint indicta ieiunia,q̄ corpus etiam suum non castigauerint:subtractione mensæ delicatioris,q̄ deniq; ad ecclesiasticarum sanctionum instituta penitus obsurduerint. Tunc itidem execrabūtur transactas cibi & potus delicias,detestabuntur & voluptates: in ferculis & poculis lautioribus ante perceptas.horrescētq; futura supplicia:contemptoribus diuinarum & ecclesiasticarū legū parata.Quorum horrido metu vsqueadeo concutientur:vt quo se vertere debeāt, omnino sint ignoraturi,aut quomodo ab illa liberādi sint angustia.Et quēadmodū in libro Sapientiæ,reprobi æternis addicti tormentis: inter cętera suæ infructuosæ pœnitentiæ lamenta, describūtur & hæc ingemiscentes dicere. Quid nobis profuit superbia: aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierūt omnia illa tanq̄ vmbra:& tanq̄ nūcius præcurrens. Haud secus & contemptores ieiuniorū ac parsimoniæ, cū vltimo decubuerint morbo iam iam spiritū efflaturi:hæc tacito secū corde reuoluent. Quid nobis profuit ingluuies & crapula nostra : saturitasq; panis & vini ingurgitatio quid contulit nobis? Transierūt omnes
10 illæ voluptatū illecebræ:tanq̄ fumus & vmbra euanida. ¶Sed & audiē

Ieiuniū securam reddit animam i hora mortis.

Sapi.5.

dus eſt hoc in loco beatus pater Dionyſius: in ſeptimo capite ſuæ eccle- ſiaſticæ hierarchiæ, diuerſam eorũ qui pie vixerũt & qui impie, ſortem
Dionyſius: de exitu bonorũ & malorũ ab hac vita. in exitu vitæ præſentis, ſic exprimens. Norũt profecto viri ſancti, ſe totos percepturos exactiſſimã ad CHRISTI ſpeciem, requiẽ: cũ ad præſentis finem vitę peruenerint. viamq; ad immortalitatem ſuam e vicino iam clarius intuentes: diuinitatis laudant munera, diuinaq; lętitia geſtiunt. non iam ad deteriora conuerſionem metuentes: ſed parata bona ſe firmiter perpetuoq; habituros, probe noſcentes. Qui vero inquinamẽtis impuriſq; maculis pleni ſunt (ſi quidem aliquid ſacræ inſtructionis hauſerunt: eaq; pernicioſe ab animo abiecta: ad corruptrices libidines ſunt deuoluti) cum ad vitæ huius peruenerint metas: non iam eis æque deſpicabilis apparebit ſcripturæ ſacræ diuina ſanctio. pernicioſaſq; vitiorum ſuorum voluptates alijs aſpicient oculis: beatamq; vitã (qua imprudẽter excidere) laudantes, inuiti miſerabiliter excedunt ſeculo: nulla ſubnixi ſpe, propter deterrimam vitam. Cũ vero nihil ex his contingat in ſanctorum virorum dormitione, is quidem qui ad finem ſuorum certaminum properat: ſancta letitia impletur, magnaq; cũ iucũditate, feliciſſimæ regenerationis iter ſcandit. hæc Dionyſius ibidem. Qui itaq; miſerrimam illam impiorum conditionem hic deſcriptam: in ipſo vitæ exitu volunt effugere, & exoptabilem bonorum ſortem ac ſtatum (qualis hic etiam explicatur) aſſequi laborant: dum tempus ha-
Gala. 6. bent operentur bonum, iuxta apoſtoli monitum, & ieiuniorum leges ac abſtinentiæ prompte exequantur.

¶ Multimoda ieiunij commẽdatio, ex ſanctorum patrum dictis concinnata: quæ vnumquemq; ad ipſum libenter amplectendũ debet ardentius prouocare. Cap. XXV.

SVpra dictis adijcienda quoq; ſunt præclara ieiunij præconia: ex ſacrorum authorum ſcriptis deſumpta. quæ admirabilẽ eius dignitatẽ & pręſtantiã apertius declarent: & queq; ad ipſũ auidius capeſſendũ generoſe cõcitent. ¶ In primis itaq; magnus ille Baſilius, 1
antiquitate & ſanctimonia venerabilis: in primo ſermone ſuo de ieiunio, in celebritate quadã quinq; dierũ ieiunij: his ver-
Baſilius. bis eius vetuſtatẽ antiquũq; decus extollit. Vetuſtũ quidẽ munus eſt ieiuniũ, nunꝗ seneſcens ſeu tabeſcẽs: ſed continuo vigens, florenſq;. Puta ieiunij originẽ longe antiquiorẽ: ꝗ eam quæ ex lege apparet. Idq; ſi me
Leuiti. 16. parũper audieris: ſcies. Noli exiſtimare diẽ propitiationis apud Iſrael
Leuiti. 23 ſeptimi menſis, die ſeptima conſecratũ: hoc eſſe principiũ ieiunij. Hiſtorias paulũ percurre: ipſius veſtigia initiũ. non enim: nouũ inuentũ. Prouerbiũ eſt: omne fieri per antiquitatẽ nobilius. Ieiunij caniciẽ diligenter perſcrutare. Homini primo coæuum eſt: in paradiſo prius inſtitutũ.
Gene. 2. Mandatũ prius Adã accepit, ne bonũ ac malũ cognoſcerẽt: ne comedi-

te. Hoc enim, ne comedite: ieiunij simul & abstinentiæ lex est. Si enim
Eua a ligno abstinuisset: nō profecto hoc opus esset ieiunio. Valētes nā- Matth.9
que, medico nō indigēt: sed male habētes. Ob peccata saucij sumus: per
pœnitentiā vero sanamur. Pœniētia quoq; citra ieiuniū: vana est. Terra Gene.3
nāq; execrabilis: sentes ac tribulos tibi parit. Ad lugendū, nō in delicijs
agitandū cōstitutus es: per ieiuniū deo satisfacies. Et paulo post in eodē
sermone. Ieiuniū prophetas gignit: potētes cōfirmat atq; roborat. Ieiu-
niū legislatores sapiētia refertos facit: animæ optima custodia, corporis
habitatio secura. Fortibus viris munimentū & arma: athletis & certāti-
bus exercitatio. Hoc præterea tētationē expellit: pietatis vnctio, lauacri
familiaritas, pudicitiæ rector, in bellis fortitudo. In pace quietē docet:
nazareū sanctificat, sacerdotē cōsecrat. Neq; enim fas, sine ieiunio sacer-
dotū attingere, nō solū in mystica nūc & vera dei adoratione: sed & in fi-
2 gurata, ex lege introducta. hęc ibi. ¶ Deinceps in eodē sermone inducit
Basilius pulchras rerū similitudines: ad cōmendādā ieiunij alternatio- Basilius.
nē, hoc pacto. Nihil tā desiderabile: q̄ voluptas interposita ac minime cō
tinuata. Nā ea quorū rarus vsus: lōge melius dulciusq; sapiūt. Sic & il-
le qui nos creauit: per vitę mutationē, eorū quæ dedit, gratiā nobis prę-
stantiorē tribuit. Nōne vides solē: post noctē, clariorē apparere? & exer
citatio post somnū dulcior: & sanitas post morbū defūctū lōge charior.
Mēsa deniq;: post ieiuniū optatior. Nō æqua ex domino gratia diuiti-
bus lauteq; victitātibus: atq; illis qui tenui & sine arte mēsa vtūtur. Ti- Lucæ.16
me diuitis illius euāgelici exēplū. Illū nanq;: vitæ deliciæ igni tradide-
runt. Nō enim ob iniustitiā, sed ob mollē victū: ardētis camini flammis
perpetuo obruitur. Hūc itaq; nos ignē: aquæ vsu extinguamus. Vide
miser, ne aquā nūc fastidiēs: post hāc vitā aquæ guttā (vt diues ille) desi
deres. hæc ille. Qui cōtinuo protinus cōtextu multas depromit ibidem
3 vtilitates: ex potu aquę prouenietes, quæ sūt ānotatu dignissimę. ¶ Por
ro idē præclarus author in secūdo sermone suo de ieiunio, pridie diei ci-
nerū: hanc circa principiū eius proponit exhortationē, ad amplectendā
virtutis huius exercitationē. Qui in gymnasijs atq; ludis exercentur ob Basilius.
coronā cōsequendā, certaminibus ac palęstris legitime studentes: ciborū
copia corpora sagināt, ad vires cōtra aduersarios maiores faciēdas. No
bis autē quibus nō est certamē aduersus carnē & sanguinē: sed aduersus Ephe.6.
potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū harū, necessariū profecto
fuerit: per ieiuniū & abstinentiā ad certamē prępararī. Nā cū oleū athle Ieiunium,
tas roboret: ieiunium in dei via sese exercētes: ad pietatis studia firmat animę vires
atq; incēdit. Ex quo quantū carnis tibi subtraxeris: tantū spiritualis ha- prędstat con
bitudinis vegetationi addideris. Non enim ex corporis lacertis ac viri- tra hostes.
bus, sed ex animę robore atq; cōstātia, tū in cūctis laboribus & aduersi-
tatibus patiētia: aduersus inuisibiles hostes victoria, potentiaq; oritur.
Est itaq; omni tēpore ieiuniū vtile seruātibus: nec dæmonū malignitas

aduersus ieiunātē audet. Et animæ nostrę custodes angeli, libentius ac studiosius eos curāt: qui per ieiuniū purgati fuerint, multoq; magis hoc tēpore: quādo per vniuersum orbē ieiuniū nūciatur. Nec insula vlla nec terra, nō ciuitas, nō gens, nō deniq; locus vllus tā desertus: vbi hoc mandatum nō fuerit auditū. Sed & exercitus & iter faciētes terra mariq;, & mercatores omnes: similiter audiūt illud, libēterq; suscipiūt. Vnde nullus e ieiunātiū numero se subtrahit: in quo & generationes cūctæ, & sexus omnis, ętas ordo includūtur. Angeli per singulas sunt ecclesias: eos qui ieiunāt, catalogo militū CHRISTI describētes. Vide quęso, ne ob breuē ciborū delectationē plectaris: neu te reū ac desertorē ordinis, angelo describēti cōstituas. Minus sane periculū, aliquē in acie scutū proijcere: q̄ arma ieiunij maxima detrectare. hæc ibi. ¶ Deinde subnectitur cōtinuo præclara ad ieiuniū subeūdū exhortatio: per omnes hominū gradus, ordines ac ætates pulchre progrediēs. quā huic loco inserere prohibuit euitāda summopere nimia prolixitas. Subijcitur & salutaris doctrina, ad castigādā morū hodierni tēporis corruptelā maxime accōmoda: q nō debet ieiunio quadragesimali præmitti præcedētis diei crapula, ne hæc euacuet & tollat sequētis abstinentiæ meritū & coronā. ¶ Porro post nōnulla ibidē interposita: subijcit idē grauissimus author. Quā ob rē ieiuniū pueros custodit: graue ac sapiētē iuuenē reddit, senē ornat. Canicies nāq; ieiunio decorata: lōge venerabilior. Mulieribus ornamentū aptissimū, vegetorū valētiūq; frenū: cōiugij custos, virginitatis nutritor. Talis enim per singulas domos abstinētiæ diligentia: totā publice vitā quodā modo gubernat. Omnē etiā ciuitatē ac populū: ad bonū traducit statū. Rixas ac strepitū sopit: exterminat lites, cōtumelias cōprimit. Quemadmodū enim magistri alicuius præsentia, tumultū sedat: sic ieiuniū, ciuitatis turbationē frenat. Quis lasciuus aut perditus: ex ieiunio prodit? Quis chorus inhonestus cōsistit? Molles risus, lasciui cantus, insanæ saltationes, ex stulta & impudēti exeūt ciuitate: vnde veluti iudex quidā seuerus, ieiuniū fugatur. hæc ille: & cōsequēter alia multa pręclara. ¶ Deinde nōnullis interiectis, in eodē sermone epilogū quēdā de ieiunij laude cōstringēs idē venerādus author: hęc subnectit. Ieiuniū, angelorū imago, iustorū cōtubernalis. hoc & Moysem legislatorē cōstituit. Ieiunij fructus: Samuel fuit. Ieiunās orauit Anna mater deū. Adonai domine, Eloi Sabaoth, si vidēs respexeris super seruā tuā, & mihi semē virile dederis: dabo ipsum corā te munus. Vinū & sicerā nō bibet: vsq; in diē mortis eius. Hoc itē & magnū Sāsonē nutrijt. quod dū ille seruauit: milia in bello cecidit, portas ciuitatis submouit, vim leonū, robore lacertorū superauit. Quādo vero & vini & scorti illecebris est captus: in hostiū facile potestatē peruenit. Deinde oculis priuatus: pueris alienis ludibrium est factus. Helias tribus annis & sex mēsibus: cælū præclusit. Postq̄ enim vidit multā ex saturitate nequitiā prouenietē: necessariū po

Marginalia: Angeli sancti: ieiunantium nomina describūt. — ¶ 4 — Ieiuniū: omni statui & ætati affert ornatum. — ¶ 5 — Exodi. 24. — 1. regum. 1. — Iudicū. 13 — Iudicū. 16 — 3. regum. 17.

pulo ac minime voluntariū ieiuniū intulit. per quod, eorū peccata præter modū gliscētia cōpressit: ieiunio scilicet vt cauterio & gladio quodā vsus, finē sceleri ac malis imposuit. Quā ob rē ōnis ordo ipsum cōplectimini. Pauperes: vt vestrū cōtubernalē & cōuiuā. Serui: vt cōtinui laboris vestri ac ministerij requiē. Diuites: vt saturitatis assiduæ remediū, ac futuri morbi salutare: vtq; dulce interuallū cōtinuæ voluptatis, ob frequētiā fastidiētis. Aegri: vt sanitatis matrē. Valētes: vt vestræ custodiā valitudinis. Percōtare medicos, qui tibi referēt: quēadmodū hæc ad valitudinē via est omniū tutissima. Quā ob rē empiretici & medicorū peritissimi: corporis superfluitatē, per ieiuniū tollere cōtendūt. ne per carnis grauitatē: vires debilitētur. De industria nāq; per abstinētiā & frugalitatē, carnis excessum ac pondus castigātes: renouatione quadā valitudinis & augmēti, in nutrimēti moderati vegetationē præparāt. Sic omni studio & omni corporis habitudini, omnibus similiter & domibus & foris, & ciuitatibus & locis desertis: ex ieiunio prouenit vtilitas. hæc igitur tāta ex eo beneficia bonaq; cōspiciētes, fratres dilectissimi: lætis animis excipiamus. Sic Basilius. Verū vt ex his riuulis ad plenitudinē fontiū, & ex hisce fragmentis ad integros panes mysticos traducantur omnes: duos sermones prædictos de laude ieiunij, à capite ad calcē vsq; percurrant (moneo) studiosi lectores. Nam maxime salutarem & vtilissimā in illis inuenient doctrinam: necnon eximiā & copiosam ieiunij laudem, tanta quidem vbertate, felicitateq; descriptam: vt sufficiat illa animos hominū non praue affectos in illius promptū vsum & studiū concitare. Peruoluant etiā & sacrū eiusdem sancti authoris sermonem proxime sequentē, de ebrietate & luxu vitando: q̄ & is ad horrenda illorū vitiorum monstra deuitanda sit admodū accommodus, & cōmendationi etiā abstinētiæ deseruiens.

Ieiuniū: ad sanitatē corporis confert.

Duo sermones Basilij: de laude ieiunij.

6 tiæ deseruiens. ¶ Insuper Chrysostomus in prima homelia sua super Genesin: hęc in ieiunij cōmēdationē proloquitur. Tēpore ieiunij serua non insurgit aduersus dominā (id est, caro contra rectā rationem) sed libenter fert habenas. facile persuadetur, multā præ se fert obedientiam: incōpositos carnis motus cōpescit, & intra suos manet terminos. Ieiuniū enim est animarū nostrarū tranquillitas, senū decor, adolescentum schola & eruditio, continentiū magister: qui omnem ætatē & sexū quasi diademate quodā ornet. Et rursum, paucis interiectis. Admiror & obstupesco ieiunij vires & potentiā: quomodo in singulorū ingressum conscientias, trāsformarit cogitationes, purificauerit mentē, non magistratuū tantū sed & priuatorū, non liberorū tantū sed & seruorū, non virorū tātum sed & mulierū. Sed quid dico magistratuū & priuatorū? etiā eius qui diadema gestat, similiter vt aliorum, conscientiā: ad hanc obedientiā inflexit. hęc ibi.

Chrysostomus: de laude ieiunij.

7 ¶ Rursum idē in homelia tertia super librū Geneseos: ita ieiuniū cōmendat. Hoc præclarū opus (quo attenti cōueniebāt tum fideles: ad audiendā scripturæ sanctæ expositionē) ieiunio acceptū fero:

hoc remediū, salutē operatur animarū nostrarum. Qꝫ si ab initio statim tantū nobis robur ostēdit: procedētibus diebus quantā nō expectamus vtilitatē affuturā? Vnū hoc vos obsecro, in timore & tremore salutē vestrā operemini: & nullū aditū concedite inimico salutis vestræ. Quia videns nunc spirituales diuitias, insanit & ferocit: & sicut leo rugiens circuit, quęrēs quē deuoret. Verū si sobrij fuerimus: nulli præualebit per gratiā dei. Talia enim sunt arma nostra spiritualia, quibus nos induit spiritus gratia: sicut heri charitatē vestrā docuimus. Si igitur his continuo mēbra nostra muniuerimus: nullū telū ab illo emissum, ad nos pertingere poterit, sed irrita ad ipsū reditura sunt. Adamāte enim solidiores, dei gratia nos effecit: & si volumus, omnino inuictos. Itaqꝫ sicut qui adamantē secat, nihil adamāti nocet: sed seipsum fatigat & robur suū imminuit. & cōtra stimulos calcitrans: suos pedes cruētat. In hūc modum res se habēt nostræ cū aduersario: si armis quæ nobis spiritus sancti gratia exhibet, cōtinuo nos muniamus. Tāta enim illorū virtus est: vt radios inde fulgurātes aduersarius sustinere nō possit, sed illis oculi eius excęcētur. His oro armis semper nos muniamus, & sic in forū nos cōferamus: sic apud amicos simus, sic opera aggrediamur. Et quid dico in forū? etiā in ecclesia occurrētes: instructi illis simus, & domū redeūtes, & dormiētes & euigilātes: neqꝫ vnq̄ per omnē vitā nostrā illa deponamus. Cōmigrāt enim nobiscū: & post hanc vitā, magnā fiduciā nobis pręstabūt. Nō enim sicut sensibilia arma, corpus grauāt: sed leuius reddūt & expeditius ac sublimius, roburqꝫ augēt. Tātū curæ sit: vt ipsa quotidie abstergamus. ita vt fulgida sint, & radijs excæcēt oculos maligni dęmonis: omnia cōtra salutē nostrā machinantis. hęc Chrysostomus. In quibus verbis, armorū spiritualiū nomine: cū præclara aliarū virtutū & bonarū actionum studia, tū maxime ieiunium cōprehendit ac intelligit. ꝙ de hoc, in ipsius sermonis modo adducti principio: particularē fecerit mentionē. ¶ Deniqꝫ idē celeberrimus author in homelia decima tertia super Matthęū: exponēs euangelicā narrationē de ieiunio CHRISTI quadragenario in deserto, & de tētatione eiusdē illud subsequēte: q̄ necessariū sit pariter & vtile ieiunium: his explicat verbis, de maligno loquēs spiritu qui dominū nostrū tētaturus accessit. Cōsidera vero (inquit) cū quāta ad eū arte malignitatis accedat: quodve præcipue tēpus obseruet. Nō enim ieiunātē tētat: sed esurientē. vt scilicet discas, q̄ sit bonū grāde, ieiuniū: & quia hæc aduersus diabolū arma sunt maxima. ꝙqꝫ post baptisma nō delicijs atqꝫ temulētiæ, nō mēsę epulis onustę: sed ieiunio animū debemus intēdere. Propterea enim & dominus ieiunauit, non quia hoc indigeret ipse: sed vt nos vtiqꝫ doceret, quibus peccata ante baptisma dominatio vētris intulerat. Vt enim si aliquis ęgrotū quē ad sanitatē reduxit, iubeat illa nō facere ex quibus morbus ille cōtigerat: ita etiā post baptisma, ieiuniū cōtra vitiū edacitatis induxit. Nā & Adā de paradi-

1. petri. 5.

Arma animę spiritualia: ieiuniū oratio, eleemosyna.

Chrysostomus.

Gene. 3.

so:intẽperãtia vẽtris eiecit.& diluuiũ sub Noe,ista cõmeruit:& fulmina in Sodomitas ipsa deposuit. Etsi enim fornicationis quoq; ibi crimẽ horrebat:sed hinc tamẽ vtriusq; radix supplicij pullulauit. Quod Ezechiel quoq; notãdo dicebat. Veruntamẽ hoc erat peccatũ Sodomorũ:quoniã in superbia, & in saturitate panũ, & in abundãtijs effluebãt. Et sic etiã Iudęi maxima prorsus mala frequẽter operati sunt:& ad impietatẽ delicijs atq; ebrietate cõpulsi. Propterea & ipse quadraginta dies ieiunat: nobisq; ostendit remedia salutis. hęc ibi. ¶ Sed nũc tẽpus adest,& hora vocat:vt omissis alijs sãctorũ patrũ sentẽtijs de laude ieiunij,quę adhuc copiosę supersũt:ad dissoluẽdas aduersariorũ cauillatiões regrediamur. Gene.6 Gene.19. Ezechie.16 Exodi.32. Nume.25.

¶ Ieiunium ecclesiasticum, etiam ab ijs qui nullam patiuntur carnis in spiritum rebellionem, ob diuturnum continentiæ vsum: obtemperanter esse obseruandum. Cap. XXVI.

1 QVinta aduersariorum obiectio. Ieiunium ob eam potissimũ causam est institutũ:vt reprimatur concupiscẽtia carnis & incendia libidinũ restinguãtur,vtq; emaceretur & castigetur corpus. Ergo vbi quis assiduo virtutum exercitio id assecutus est, q̃ caro in eo prorsus subiecta est spiritui & nullã in eũ suscitãs rebellionẽ: non est amplius illi necessariũ ieiuniũ. cum frustra sumatur ab eo medicina:qui nullum habet reliquum morbũ. Talis igitur nequaq̃ vlterius obligatur ad ecclesiastici ieiunij districtionẽ: sed ab eo iam liber & absolutus atq; penitus exemptus est. ¶ Responsio. Pro tutanda corporis incolumitate,nõ solũ necessaria est medicina morbi expulsiua:sed & ea quæ sanitatis instauratæ conseruatiua est, ne rursum quis in morbum relabatur:fiatq; posterior ægrotatio deterior priore. Ita sane pro sanitate animæ cõparanda: opus est ieiunio,vt medicamento rebellionis carnis in spiritum. qua sedata: eodem opus est antidoto ad cõsolidandam & continuandam illã carnis subiectionem ad spiritũ. ne rursum petulascat,nouaq; moueat bella in animam caro: aut insitis ex corruptione naturæ stimulis, aut molli alimentorũ fomento. Nempe q̃diu vita hic agitur:nemini prorsus est tuta sua castitas. neq; sui securus oscitare debet quisq̃:tanq̃ omnino subacta & edomita carne, & quæ amplius non possit in spiritũ insolescere. Si enim hodie non insurgit in ipsum caro, neq; illi aperto marte aduersatur:cras fortasse aut perẽdie,aut alio quouis tẽpore quo nõ putatur,rursum fera bella mouebit,suaq; exacuet tela quibus spiritum impetat & prosternat. Ieiunium, etiam carnẽ edomitã habẽtib⁹: esse necessariũ.

2 ¶ Hinc sentit Hieronymus, nullũ,dũ hic vitã degit:omnino periculi,ne proruat in libidinẽ,esse immunẽ. Siquis enim dixerit fortasse,hanc ruinã iuuenibus solũ & imperfectis,non autẽ perfectis & prouectis æuo,esse timendam:obuiat illi ex aduerso sacer hic author,in epistola ad Eustochium dicens. Quãdiu in hoc fragili corpore detinemur, q̃diu habemus thesaurũ istũ in vasis fi- Hieronymus ad Eustochium.

ctilibus,& cõcupiſcit caro aduerſus ſpiritũ & ſpiritus aduerſus carnem: nulla eſt certa victoria. Et paulo poſt. Si apoſtolus vas electionis & pręparatus in euangeliũ CHRISTI, ob carnis aculeos & incẽtiua vitiorũ
1. corin. 9 reprimit corpus ſuũ & ſeruituti ſubijcit: ne alijs prædicãs ipſe reprobus efficiatur. & ſi poſt nuditatẽ, ieiunia, famem, flagella, ſupplicia: in ſemetipſum reuerſus exclamat.
Roma. 7 Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? tu te putas ſecurã eſſe debere? Caue igitur: ne de te
Amos. 5 aliquando dicat deus. Virgo Iſrael cecidit: & non eſt qui ſuſcitet eã. hęc ille. Proinde ijs qui ſedatas habent aſſidua caſtigatione corporis, cõcupiſcẽtias carnis: adhuc neceſſariũ eſt ieiunium, quo carnem ipſam iugiter coerceãt, morigeramq́ ſpiritui ſemper teneant. Q[uod] ſiquis dixerit eos qui mitigatos in ſe ſentiunt aculeos libidinis, & carnẽ ſpiritui obſequẽtem, non amplius teneri legibus ieiunij eccleſiaſtici: plane incidit in errorẽ Beguardorũ & Beguinarũ, dãnatũ a Clemente quinto in cõcilio
Cap. 1 Viẽnenſi: de quo circa huius libri principiũ factus eſt ſermo. ¶ Adde q[uod] 3
ieiuniũ non ſolũ ob eã fit cauſam, vt cõprimantur vitia carnis: ſed & ob alias plæraſq́ cauſas rationabiles & honeſtas. vtpote ad expeditiorem mentis in deum eleuationem: quæ paulum exonerata mole corporis ieiunio attenuati, alacrior attollitur in ſublime. ad virtutum etiam cæterarum augmentum diuinorumq́ munerum impetrationem: quibus impinguatur anima, dũ corpus ieiunio atteritur. demũ ad vberius in cælo conſequendũ præmiũ: quod ieiunio ſe caſtigantibus eſt repoſitum. Qui
Ioan. 12. enim odit animã ſuam in hoc mũdo: in vitã æternã cuſtodit eã. Et qui
Matth. 16 hic eam perdit: illic ipſam inueniet. A diebus etiam Ioannis Baptiſtæ,
Matth. 11. regnũ cælorũ vim patitur: & violenti rapiunt illud. Commẽdabilis ſane & magno efferenda eſt pręconio violẽtia: qua per ieiunij diſciplinã quis ſibi ipſi vim infert moderata diſcretione, & ita regnũ cælorũ rapit. Si igitur locũ in aliquo iam propemodũ perfectionẽ aſſecuto, nõ habuerit prima aſſignatarũ cauſarũ, quæ eũ impellat ad capeſſendũ ieiuniũ, quia iã carnem habeat omnino ſpiritui parentem: nihilo ſecius reliquæ modo enumeratæ cauſæ eundẽ adhuc reddunt obſtrictũ ad tenendam ieiunij regulam. & illa potiſſimum, vbi cæteræ deeſſent: q[uod] obligatur ille quantalibet adeptus perfectionẽ virtutũ, ad obedientiã eccleſiæ præſtãdam, quæ præſcripſit ſuis ſubditis illã ieiuniorũ legem. Nemo ſiquidẽ ea teneri debet opinione, qua exiſtimet eos qui ad perfectionem, huic ad ſupernam patriã viæ conuenientẽ, iam euaſerint: amplius non teneri legibus eccleſiaſticis, ſed abſolutos eſſe & exemptos ab obedientia ſanctæ eccleſiæ. Hic nãq́ dãnatiſſimus eſt error Beguardorũ & Beguinarũ: iam olim (vt modo dictũ eſt) exibilatus & exploſus. Quinimmo quãto quis ad maiorẽ cõſcenderit perfectionis apicẽ: tanto ſe diſtrictius reddit obſequentẽ ſtatutis eccleſiaſticis, eaq́ ad vnguẽ obſeruat, exẽplo domini noſtri. Qui cũ in ſupremo eſſet perfectionis culmine conſtitutus, & domi-

Ad perfectionẽ prouectũ: adhuc teneri ad ſeruandas ieiunij leges.

Beguardorũ error impius.

nus legis per Moyſem datæ: illi tamen & ritibus ac cærimonijs eius ſe
reddidit omnino ſubiectum, neq; venit ſoluere legē ſed adimplere. Ex- Matth.5
emplo etiam ſanctorum apoſtolorum: qui eximiam virtutum perfectio-
nem adepti, maxime ſe præſtiterunt morigeros & ſynagogæ inſtitutis
4 & deinde eccleſiæ. ¶ Sexta obiectio. Lex noua a beato Iacobo dicitur Iaco.1.
lex perfectæ libertatis: & a domino noſtro iugum ſuaue & onus leue. Matth.11
Debet igitur ipſa minorem ſarcinam imponere humeris fideliū: q̄ lex
antiqua ſuis olim impoſuerit. Huiuſce autem rei oppoſitum: videmus
in obſeruatione ieiuniorum eſſe introductum. Quippe Moſaicæ legis
alūni pauca admodū habuere ieiunia: diuino iuſſu præſcripta. cū præ- Leui.16.
ter ieiunium in feſto expiationis inſtitutū: quatuor tantum reliqua no-
minet Zacharias propheta, ſcilicet ieiunium quarti menſis & quinti, ie- Zacha.8.
iunium ſeptimi menſis & decimi. Quorum rationē & quare fuerint de-
creta, refert Hieronymus in ſuis commentarijs ſuper illū prophetæ lo-
cum: recitanturq; verba eius in ſeptuageſima ſexta diſtinctione libri de-
cretorū, cap. ieiunium quarti. At vero in noua lege Chriſtiani plurimis
onerantur ieiunijs: vt ipſius quadrageſimæ, in quadraginta ieiuniorum
dies extentę. ieiunijs quoq; quatuor temporum: duodecim dierum ieiu
nia complectentibus. inſuper ieiunijs multarū vigiliarū: dies feſtos cele
briores proxime præcedentiū, vt natiuitatis dominicæ, aſſumptionis ſa
cratiſſimæ virginis MARIAE, omniū ſanctorū, beatorū quoq; apoſtolo
rum, & aliquot martyrum: quæ multos etiam dies in toto anni curricu
lo comprehendunt. Ne igitur tanto ieiuniorū ponderi ſuccūbant imbe-
cilles humeri fideliū, neue tam graui premantur onere: ſatius eſſet ma-
gnam illorū ieiuniorum partem abrogare, paucioraq; indicere ieiunia:
5 quæ integrius & facilius compleātur. ¶ Reſponſio. Euangelica lex re- Quare lex euangelica dicitur lex libertatis.
cte dicitur lex libertatis: quia liberat nos a ſeruitute legis Moſaicæ, &
a graui peccatorū pondere, per vberiorem (quæ in ea conceditur) gra-
tiam: & per ſacramentorū perceptionē, tanq̄ medicamentorū quæ cōtra
peccatorum noſtrorum vulnera ſunt prouide ordinata. Eadem quoque
lex euangelio deprompta, dicitur ſuaue iugum & onus leue, a domino:
quia nequaq̄ ſubigit nos multiplici legalium obſeruantiarum ritui, &
diuerſis cærimonijs antiquæ legis. ſed omnibus illis expedita lex noua:
dilectionem in deū & proximū nobis commendat. quæ omnia noſtræ
legis opera, quantūuis grauia videātur: leuia reddit atq; facilia. Factus
eſt enim dominus ipſe ſub lege Moyſi: vt eos qui ſub lege erant redime- Gala.4.
ret, & nos iugo legis illius eximeret. Et loco grauiſſimi oneris carnaliū
obſeruationum, gratiam nobis & veritatē contulit ſuo aduētu CHRI-
STVS deus noſter: & charitatem dei diffudit in cordibus noſtris, per Roma.8
ſpiritum ſanctū qui datus eſt nobis. & quo etiā adiutore: mandata dei 1.ioan.5.
6 grauia non ſunt. ¶ Cæterum lex ipſa noua: ſpiritualis eſt, perfectiorq;
& ſanctior q̄ fuerit lex vetus, quæ typus erat huius & vmbra. Quare

maioribus eget adminiculis: vt in ea, caro reprimatur & vegetetur spiritus, vt etiam perfectio interioris hominis acquiratur: & sanctimonia tã animæ q̃ corporis diligenti studio comparetur. Ad hæc autẽ omnia cõsequenda, conuenientissimum adminiculum est ieiunium: quod carnis compescit petulantiam, spiritũq; reddit ei dominantẽ. Idem quoq;, magnum est ad perfectionem acquirendam adiumentum: & ad syncæritatem vitæ reiecta omni spurcitia, comparandam. Merito igitur in hac lege, plura sunt Christiano populo indicta ieiunia: q̃ fuerint in veteri. vt horum præsidio, commodius secundum spiritum viuatur: & puritas tã animi q̃ corporis (quæ maxime decet tam perfectæ legis cultores) obtineatur ac conseruetur. Non sunt ergo diminuendi ieiuniorũ ecclesiastica lege institutorum dies, nec in minorem redigendi numerum: vt volũt aduersarij. sed quotquot instituti sunt: cũ magna sedulitate & cura obseruandi pro viribus, atq; cum veneratione debita promptitudineq; alacri sunt amplectendi. quoniam afferunt nobis salutarem (qua plurimũ indigenus) medicinam: præsentaneumq; contra noxias corporis pestes remedium. Neq; grauis est ieiuniorum perferendorum sarcina ijs: qui enixe contendunt vt seipsos abnegent, vt tollant crucem suam & sequãtur dominum, vt odio etiam habeant animam suam: deniq; vt appetitũ carnalem subijciant pedibus rectæ rationis, & dominentur illius. Feruens nanq; in deum amor & assiduum virtutis exercitium, vna cum sedulo curandæ suę salutis studio: omnem quæ in principio insurgere solet, difficultatem molestiamque tollet, callemque illum: planum & facilem reddet.

Cur in noua lege frequentiora sunt ordinata ieiunia: q̃ in veteri.

¶ Quamuis copiosus esse dicatur soluentium indicta ieiunia numerus, aut ea seruantium abusus in copia ciborum aut excessu edendi: non tamen idcirco tollenda esse ieiunia, ecclesiastica sanctione constituta. Cap. XXVII.

SEptima aduersariorum obiectio. Cum ex aliqua lege posita plus mali deprehenditur enasci q̃ boni: lex illa a prudẽte reipublicę moderatore rescindenda est & abolenda, ne diutius persistens: inferat extremam perniciem reipublicæ. Ex ipsis autem legibus ecclesiasticis, pręscribentibus ieiuniorum obseruationem: longe plus incommodi q̃ commodi suboritur. q: vix decimus quisq; ieiunia illa indicta: vt quadragesimæ, quatuor temporum, & vigiliarum solenniũ, obseruet. Et quoniam illorum præuaricatio obnoxios reddit omnes illos soluentes præscripta ieiunia, mortiferæ culpæ supplicioque gehennali secundum definitionem ecclesiæ: q̃ plurimis inijcitur laqueus perditionis, ob illam tam arctam obligationem ad id faciundum, quod pauci admodum agunt. Q2 si admonitoriæ tantum essent leges illæ ecclesiasticæ sine præcepto & obligatione ad pœnam: non tanta immineret

ruina fidelibus, neq; ita passim precipitarentur in gehennam. Tūc enim cuiq; arbitrariū esset, aut ieiunio se affligere: vt exhortatione pia admoneretur. aut sine ieiunio cibum cū moderatione sumere: bina in singulos dies refectione, citra culpam & offendiculum. quoniā eam admonitionem non capessenti: nulla foret constituta pœna. Satius igitur esset precepta illa ieiuniorum abolere, vna cū definitione pœnarū: ne tanta fiat animarū perditio, & solum exhortatoriam ab ecclesia proponi fidelibus ieiuniorum commendationem. quam prosequantur, quibus id cordi fuerit: & prætermittant sine alicuius peccati labe, quibus illud animo

2 sedet. ¶Responsio. Si medicina aliqua a medico foret ægrotis porrecta: cuius vsus, perniciosus esset ægrotis: & ex ipsius sumptione, lāguidi grauius ægrotarent, deteriusve afficerentur: haud dubie sustollenda esset huiusmodi medicinæ confectio, ne extremum inferret laborantibus morbo exitium, tristemq; interitum. Verū si vsus huiusmodi medicinę, salutaris esset languentibus: & ex sola illius sumendæ negligentia, incurrerent illi grauiorem morbum, aut vitæ suæ periculū: quis recte censuerit abijciendum esse illud pharmacū, & non potius solicite ad vsum, ægrotis accommodandum? Quis itidem tunc, ægrotorum deteriorē habitudinem non imputauerit ipsorum negligentiæ: qui tam salutiferum medicamentum (quod optatam eis instaurasset sanitatem) accipere recusarint? Haud aliter circa propositam materiam est hic sentiendū: vtpote q; si vsus ieiuniorum grauia ingereret incōmoda vtētibus, & laqueū illis inijceret perditionis: abolendæ quidem essent leges ecclesiasticæ de ieiunijs, quoniam exitiales forent hominibus. At vero si prætermissio spontanea ieiuniorum, & transgressio legum de ipsis seruandis decretarum, & suapte natura bonarū: ingens infert detrimentum ijs, qui sua sponte & culpa violant positas leges: quis idcirco probe putauerit damnanda ieiunia, aut positas eorum regulas esse tollendas? Planum est autem plus mali enasci q̄ boni, occasione conditarum de ieiunijs legum: non quidem ex integra illarum obseruatione, sed ex sola præuaricatione earundem. quæ quidem preuaricatio: reos capitalis culpæ & æternæ mortis, reddit negligentes, & recusantes datas leges custodire. Non igitur tollendæ sunt leges illæ, neq; detrimenta salutis quæ accidunt: imputanda sunt legibus ipsis, sed soli hominum improbitati, vtiles illas leges conculcantium. Porro latius ac diffusius declaratū est consimile propositū: in præcedentis libri capite vicesimo octauo. vbi circa continentiam sacerdotum haud dispar huic obiecta est cauillatio: & persimilis præsenti adhibita responsio.

Quādo vtēdū est medicina aliqua: & quando non.

3 ¶Q; si dixerit quispiam. vbi positū non esset preceptū ecclesiæ de ieiunio, neq; pœna transgredientibus decreta: non incurrerent soluentes ieiunia, culpæ mortiferæ reatū neq; gehennę supplicīū. Igitur ob tale præceptum & pœnam definitam: incidūt homines in tantū dispendium. Refellam facile hanc argutiam: & infirmitatem eius

Cauillationis aduersariorū dissolutio.

prodam, hoc modo. Si non fuisset parentibus protoplastis datum a deo præceptũ: ne sumerent de fructu arboris scientiæ boni & mali, neq; decreta pœna: ꝙ si interdictũ acciperent cibũ, morerentur: non incidissent illi cũ tota sua posteritate in tantorum malorum barathrũ, in quod sunt postea prolapsi. Igitur præceptũ illud dei & comminatio pœnæ: causa fuit tam grauis iacturæ quam acceperunt. Ecce in consimili prorsus ratiocinandi forma, quod assumitur verũ est: & quod concluditur, falsum. vt exinde intelligamus: eam consecutionem, inualidam esse & mancam. Non enim dei præceptũ de fructu arboris vetitæ non mãducando: causa fuit per se & propria, miseriæ & ęrũnæ, in quam deciderũt primi parentes nostri. sed illius præcepti præuaricatio, suggestione serpentis inducta, & sponte ab eis perpetrata: assignanda est vt causa primaria atq; præcipua, quinimmo & tota, tantarum calamitatũ quæ ipsos sunt consecutæ. Haud secus statutũ ecclesiasticum de ieiunijs obseruandis, & pœna in transgressores illius decreta: non sunt in causa, quare in perditionem corruũt multi, & in lacũ damnationis prolabũtur. Sed tanti animarum detrimenti causa, est transgressio huiusmodi decreti ecclesiastici: sponte a non ieiunantibus facta, qui malunt suæ gulę indulgere q̃ spiritui obtemperare. ¶ Octaua obiectio. Apud plęrosq; ieiunia sunt maioris gulæ irritamenta: & instruendę lautius mensæ occasio. Nam opulenti plura sibi tum comparant ferculorum genera: & splendidius epulantur longeq; sumptuosius, cum piscibus vtendum est ad ieiunium: q̃ quãdo sine ieiunio permittũtur carnes in esum. Tũc etiam plærosq; est inuenire: qui ob denegatam refectionem vespertinam, in prandio diei ad ieiuniũ designatæ, magna ciborum copia se onerant. tantumq; simul alimenti sumunt: quantum in gemina sumpturi essent manducatione, prandentq; pariter & cœnant. postea vero nulli vsui sunt idonei q̃ somno: ob degrauatum pondere ciborum, stomachũ. Pauperes vero vix sibi tantum alimoniæ possunt conquirere: quantum ratio ieiunij & necessitatis humanæ exposcit pro vnica diei refectione. Et ita secundum beati Pauli dictum: vnus quidẽ esurit, alius vero ebrius est. Quis igitur eos ad ieiunij rigorem adegerit: qui inopes ciborum, non cum volunt sed cũ possunt, manducãt? quando scilicet habent: quod in necessariam corporis alimoniam sumant. aut eos, qui quotidianis attriti laboribus grauem inferentibus fatigationem: exhaustum viribus habẽt corpus? Alij interdum occurrunt: qui longã ferre nequeunt inediam: citra graue sanitatis detrimentum. Alij debilitate stomachi laborant, nec multum cibi possunt illi ingerere: ꝙ impotens sit illum concoquere. Alijs vero si cœna subtrahitur: somnus pariter adimitur nocturnus. Et hoc pacto cõplura alia accidunt incõmoda: ex vniuersali & in omnes lata ad ieiuniũ obligatione. Quibus vt mature & prudenter occurratur: potius cuiusq; arbitrio relinquendum esset ieiuniũ. quod exequatur ipse aut omittat,

Marginal notes: Gene. 2. Gene. 3. Leges ecclesiæ: non esse causam perditionis trãsgressorũ. 4 (beside "Octaua obiectio"). 1. corin. 11.

pro suæ valitudinis conditione:& cum placitũ ipsi fuerit.neq; vllo eccle
5 siç prçcepto quispiã obstringatur:ad ieiunij obseruationẽ. ¶ Respõsio.
Non solũ in negocio materiaq; ieiunij:sed & in alijs fere omnibus eccle siæ statutis:inueniuntur prolapsiones a rectitudine, & exorbitationes a via regia. Quæ tamen nequaq̃ suboriuntur ex ipsa præcepti natura & qualitate:sed ex hominum nequitia, præcepto dato abutentium, & ab eius recto tramite in obliquũ declinantium. Sed quis recto rationis iudicio innixus: existimauerit, ob huiusmodi deuiationes hominum ab honesto, tollendas esse leges rectas? & non potius castigandos esse abusus, circa illarũ constitutionũ materiam obrepentes: seruata illarum integritate & incolumitate? Nullus sane suaserit, ob succrescens in agro læto fertiliq;, zizaniũ aut infelix lolium: esse eradicandum triticũ. sed dimittẽdam suo loco segetem triticeam, vt matura colligatur in horreum: & extirpandum tantũmodo zizanium ac steriles auenas. Haud aliter emendanda est illa diuitum mensarũ in tempore ieiunij lautitia: copiosaq; ferculorũ numerositas. sumptuosiores etiã epulæ q̃ recta admittat ratio: prætermittendæ sunt. & castiganda demũ nimia ciborũ ingurgitatio: quæ degrauet animum & corpus iners reddat. hæc enim & consimilia: cũ integra ieiunij obseruatione vix bene conueniunt. Sanctiones vero ecclesiasticæ de ieiunijs, sunt illabefacte in suo tenore conseruãdç:

Propter lapsus q̃ recta lege: eã tolli nõ debere.

6 neq; demutandum quippiam circa illorum ordinationem. ¶ De pauperibus vero & infirmis dicendum, ecclesiam sanctam non omnes sine discrimine obligare velle suis legibus ad ieiunij districtionem: sed eos dũtaxat, quos nec ætas nec paupertas nec necessitas excusat & eximit ab ea regula. Qui vero aut teneriuscula sunt ætate vt pueri, aut decrepita vt senio graues: qui etiam premuntur egestate penuriaq; victus, rursum qui morbi detinentur molestia, aut duris fatigantur laboribus assidue corpus attenuantibus, mulieres itidem grauidæ aut nutriendis intentæ infantibus: excipiuntur secundum ipsam ecclesiæ definitionem ab obseruatione ieiunij. Neque delinquunt huiusmodi generis homines: si moderato vtũtur cibo plusq̃ semel, in vno diei curriculo. immo interdum grauiter peccarent: si proprio innitentes sensui ieiuniũ seruare ten tarent, ob graue corporis incommodũ: quod ex indiscreta atq; immoderata illa abstinentia possent incurrere. Siqui vero alij, his modo explicatis hominũ conditionibus non comprehensi, experimento didicerunt: aut inediam diuturnam se ferre non posse, aut debilitate stomachi laborare, per interualla temporũ cibum modicũ admittentis: & diuersis vicibus illum postulãtis, aut alio quouis se teneri incommodo, quod obseruando ieiunio repugnat: ostendãt se suo sacerdoti & pastori ecclesiastico, suũ illi detegãt imperfectum, petẽtes ipsius iudicio declarari non astricti ieiunio ab ecclesia indicto. Quod vbi annuerit præpositus: tum sine scrupulo animi cibũ sumãt cũ gratiarũ actione, ieiuniũq; soluant.

Nõ omnes indifferẽter obligari ad ieiuniũ.

¶ Non ex particulari aliquorum deuotione aut consuetudine: inductam esse primum ieiuniorum & abstinentiæ districtionem, sed ex ecclesiæ authoritate & legibus eius: circa legis euangelicę initium constitutis. Cap. XXVIII.

Nona aduersariorum obiectio. Plæraq; ieiunia & abstinentiæ a victu lautiore, primū deuotione aliquorū arbitraria & particulari sunt inductæ: qui sponte sua & nulla obstricti lege ecclesiastica, certis anni diebus obseruarunt ieiunium, aut abstinuerunt a carnibus. Horū autem exemplo inducti alij, eidem ieiuniorum & abstinentiæ regulæ vltro se addixerunt: nulla etiam legis authoritate ad idipsum adacti. Illudq; vitæ institutū hoc modo proserpsit in plures paulatim: & inuecta est tandem consuetudo obseruandi in vniuersum talem ieiunij aut abstinentiæ districtionem. Postremum accessit illis pontificalis authoritas, legem statuens in omnes: de huiusmodi ieiunio aut delectu ciborum obseruando. Quæ quidem ecclesiastica lex, quoniam ex consuetudine habuit ortū: non potuit strictius obligare quempiam, q̄ consuetudo, eius parens & origo. Consuetudo vero non potuit aliquos arctius alligare ad quippiam faciendū aut declinandū: q̄ primi consuetudinis authores, ij scilicet qui vltronea obseruatione ieiunijs talibus & abstinentiæ se primum addixerunt. At illi primarij inductores consuetudinis, nequaq̄ voluerūt se aut alios ad talē rigorem astringi: sub pœna peccati mortiferi aut damnationis æternæ, quod neminē puto inficiari velle aut debere. Igitur neq; ipsa consuetudo potuit quēpiam obligare: ad tam rigidam pœnam. quare neq; lex ecclesiastica, suū ex consuetudine robur vigorēq; sortita: talem vnq̄ habuit vim obligatoriam, neq; habere potest. Non est igitur indicenda ieiuniorum aut abstinentiæ regula, sub certæ pœnæ definitione in transgressores: q mortiferi criminis aut gehennæ fiant rei. ¶ Responsio. Abnuendū est in hac ratiocinatione totum eius fundamentū cui innititur: leges scilicet ecclesiasticas de ieiunijs & abstinentia, ex consuetudine solum esse deductas. consuetudinem vero: ex voluntaria primū aliquorum deuotione, originem traxisse. Nam hoc pacto ecclesiastica sanctio tertiū sortiretur & postremum locū: secundū temporis ordinem, quod vtiq; falsum est. quandoquidem illa, primum in ieiuniorum & abstinentiarū ordinatione locum: & authoritate & tempore vt plurimum obtinuit. Quod ex eo facile conuincitur, quoniam huiusmodi ecclesiastica constitutio non recens est aut nouitia: sed antiquissima & ex primitiuæ ecclesiæ tempore deducta. quemadmodū de ieiunio quadragesimali, & quatuor temporū ieiunio: similiter de abstinentia a carnibus feria sexta & sabbato, supra ex sanctorum patrum authoritate & sanctionum canonicarum decretis, est demonstratum. ¶ Quocirca firmiter id tenendum est: hæc districtioris

Leges ecclesiæ de ieiunijs: ex consuetudine nō pēdere.

Cap. huius libri. 14. & 15.

victus instituta;non primũ ex vltronea quorundam parsimonia, deinde ex consuetudine hinc exorta, & demum ex authoritate pōtificia illis accedente emersisse:vt hic nobis obiectant aduersarij. Sed huiusmodi statuta, ex ecclesiastica constitutione in q̄plurimis, immo fere in omnibus huiusce generis obseruantijs:primum habuisse vigorem. Ex qua ecclesiæ ordinatione:particularis cuiusq; hominum prodijt,non quidem arbitraria sed lege determinata, illius obseruatio. Demũ per exactam & diuturnam legis ecclesiasticæ custodiam:inducta est deinceps consuetudo. Vt ecclesiasticũ præscriptum in plærisq;,immo pene vniuersis huiusmodi institutis,dinoscatur antecessisse reliqua duo: peculiarem scilicet & singularem hominum deuotionem ob legem ecclesiæ, & consuetudinem:ex diuturno vsu demum firmatã atq; coalitam. Et idcirco constituta in transgressores pœna, non ex particulari hominum more aut consuetudine suũ accipit robur:sed ex lege ecclesiastica,cui(quando primum constituebatur) adiuncta fuit ipsius pœnæ determinatio. vt non lex,pœnæ antecesserit definitionem:sed simul vtraq; fuerit ordinata. Et ergo sicut lex,ita & pœna legis in transgressores lata:& particularē hominum vsum & consuetudinem ex eo roboratam,tempore præcessit. Obligationē ad ieiunia: non ex sola cōsuetudine, sed & lege pēdere.

¶Veruntamen siqua esset ieiunij aut abstinentiæ disciplina,certis tenēda diebus a toto populo: non lege ecclesiastica inducta quæ nũc in prōptu habeatur,sed sola consuetudine,hactenus obseruata: haud minus illa obligat vniuersos,atq; si adesset lex expressa illã indicens. quoniam consuetudo laudabilis & moribus vtentium approbata:legis habet vigorem. Et beatus Augustinus censet, præuaricatores ecclesiasticarum consuetudinum,vt diuinorum mandatorũ transgressores: esse coercendos. Vt liquido constat ex verbis ipsius:adductis in codice decretorũ, Augustinus

4 vndecima distinctione,cap. in ijs rebus. ¶Decima obiectio. In nascentis ecclesiæ exordio,admodum pauca fuerunt indicta ieiunia:abstinentiæq; ciborũ erant infrequentes. Deinceps succedente temporum decursu:cœperunt illa secundum numerũ adaugeri. prioribus quidem in suo vigore permanētibus:& posterioribus,illis a nouis ecclesiæ presidibus, adiectis. Et ita demum per incrementa temporum vsqueadeo adauctus est dierum ieiunijs assignatorum & certarũ abstinentiæ legũ numerus: vt graui pondere nunc deprimant humeros fidelium. Neq; adaugendi hæc ipsa,erit vnq̄ finis:dum semper posteriores prælati, priorũ ordinationibus circa hanc materiam adijcere quippiam studebunt. Igitur ad obuiandum huic numerosæ multiplicationi ieiuniorum,secundum interualla temporũ sine certo limite crescēti: satius esset rem ipsam ad primitiuæ ecclesiæ formam redigere. & illa tantũ ieiunia indicere populo fideli: quæ tũc dinoscũtur fuisse præcepta ac sancita, sine illorũ semper

5 in numerosiorē copiã absq; aliquo termino,adauctione. ¶Responsio. Non est tribuendum,quod in hoc cauillo assumunt aduersarij: pauca

ſcilicet, circa prima eccleſiæ tempora, fuiſſe conſtituta ex eccleſiaſtica ordinatione ieiunia, & raras abſtinentiæ leges. Immo e diuerſo & maior tunc erat ieiuniorum rigor & crebrior vſus: q̄ in poſterioribus eccleſiæ temporibus fuerit, & nunc habeatur. abſtinentiæq́ꝫ a delicato victu rigidior erat tunc diſtrictio: q̄ hac tempeſtate conſpiciatur. Quod ex forma viuendi apoſtolica, actuum quarto capite deſcripta: & ex eccleſiæ Alexandrinæ norma, ex Euſebio Cęſarieñſi ante citata, quantum ad ieiunium & abſtinentiam plane conſtat. Sicut enim illi apoſtolicæ vitę cultores in abrenunciatione rerum externarum, & ſpontanea paupertate, communitati vitæ communioniq́ꝫ adiuncta, magnam obſeruarunt auſteritatem arduumq́ꝫ inſtitutum: ita credibile eſt eoſdem in ieiuniorum frequentia & abſtinentiæ rigore non minorem tenuiſſe ſeueritatem, curaſſeq́ꝫ vt victus parſimonia reſponderet diſtrictæ paupertati: cui ſe deuouerant.

Actuū. 4

6 ¶ Sed vt quod proponitur, dilucidius cōſtet: planum eſt circa prima illa ſurgentis eccleſiæ tempora, quartę & ſextæ ferię ieiunium hebdomadatim fuiſſe indictum fidelibus cum abſtinentia carnium. Nempe beatus Ignatius ad Smyrnenſes ſcribens: admonet eoſdem feriæ quartæ & ſextæ ieiunium obſeruare. quod nequaq̄ faciundum ſuaſiſſet: niſi id publicus tū habuiſſet vſus eccleſiæ. Præterea in volumine decretorum, de conſecratione, diſtinctione tertia, cap. de eſu. & cap. ieiunia ſane. ſtatutum ponitur eccleſiaſticum: quo abſtinentia carnium pręcipitur quarta & ſexta cuiuſque hebdomadæ feria, ſimul cum ieiunio vtriuſq́ꝫ diei. Nunc vero per vſum oppoſitum, ſublatum eſt apud nos geminum illud ieiunium: & in ſola feria ſexta ſeruatur ex præcepto & lege eccleſiaſtica, abſtinentia a carnibus. Seuerior igitur erat priſcis illis temporibus rigor circa illorum dierum victum: q̄ noſtra ſit tempeſtate. Eodem quoq́ꝫ loco, vtpote de conſecratione: diſtinctione tertia. cap. ſabbato vero. pontificio præſcripto iubetur hebdomadatim obſeruari ieiunium ſabbati: quod nunc obſoletum eſt & ab vſu receſſit, & cū ſola carnium abſtinētia dies ille a fidelibus ex præcepto trāſigitur: ſecundū canonis illius decretum, qui ponitur de conſecratione, diſtinctione quinta, cap. quia dies. Qui ſane canon etſi de ſingulis ſabbati diebus per totum anni circulum occurrentibus intelligatur: in nonnullis tamen regionibus noſtro ſeculo, in ſabbatis intra diem domini natalitiū & diem feſtum purificationis ſacroſanctę virginis MARIAE incidentibus, citra noxam fidelis populus veſcitur carnibus.

Ieiuniorum & abſtinētię quodā maiorem fuiſſe rigorem: q̄ nūc habeatur.

7 ¶ Rurſum in libro decretorum, de conſecratione, diſtinctione tertia, cap. rogationes. iubentur tres dies rogationum ſupplicationumq́ꝫ ſolenniū, qui proxime aſcenſionis dominicæ feſtum antecedunt: celebrari cum ieiunio & ciborū quadrageſimalium vſu. quorum neutrum hoc ſeculo in vſu eſt eccleſiæ: ſed ſola a carnibus abſtinentia. Præterea Teleſphorus adiecit clericis integram quinquageſimæ hebdomadam cū ieiunio tranſigēdam: vltra populum

In diebus rogationū: abſtinētiam nūc ſeruari nō ieiuniū.

laicum. vt liquet ex eiusdem decreto, quarta distinctione libri decreto-
rum. cap. statuimus. recitato. quod tamē eius statutum: hodierno tem-
pore abrogatum est, quantum ad vsum. Rursum fuerunt antiquis tem-
poribus omnium ferme apostolorum vigiliæ institutæ: vt cum ieiunio
celebrarentur. vt testatur Innocētij tertij decretum, quod in tertio libro
epistolarum decretalium ponitur: titulo de obseruatione ieiuniorum,
cap. consilium nostrū. Nunc vero in nonnullis regionibus aliquorum
apostolorum vigiliæ non habēt annexum ieiunium: quæ tamen in alijs
locis peraguntur cum ieiunio. Et fideles, suæ regionis morem sequen-
tes, nequaq̄ peccati labem cōtrahunt: si non ieiunent illis apostolorum
vigilijs, in quibus secundum consuetudinem loci non obseruatur ieiu-
nium. Manifestum est igitur ex his, ecclesiam dei secundum decursum
temporum nō esse progressam ex laxiore viuēdi ratione in districtiorē:
vt nobis solent obiectare aduersarij. quin potius e diuerso ex arctiore &
austeriore victus conditione: in solutiorem atq; remissiorē. Neq; me la-
tet, nonnulla ex ijs quæ modo sunt proposita: sparsim in superioribus
huius libri locis etiā esse dicta. non tamen idcirco repetere eadem hic pi- Cap. 14.
guit, aut ociosum visum est: vt collecta in vnum aceruū, testatiorem red- & 15.
8 derent & perspectiorē rei (quam per illa asserimus) veritatem. ¶ Porro
nulla nunc subest legitima causa: ob quā aduersarij nobiscum expostu-
lent de nimia ieiuniorū multiplicatione, causenturq; illa in dies in ma-
iorem excrescere numerum. Quoniā modo ostensum est latius: illa ieiu-
nia potius nunc decrescere & imminui, q̄ adaugeri. Et raro admodum
hac tempestate noua indicūtur ieiunia: a toto populo quotannis, & ex
præcepto, atq; perpetuo obseruanda, vt ipsa rei docet experientia. Suffi-
ciunt enim: quæ iam sunt imposita.

¶ Abstinentiam a victu lautiore, nequaq̄ astipulari hæreticorum
impietati: contendentium esse temperandum a cibis, quia sua-
pte natura noxij sint & immundi. Cap. XXIX.

1 VNdecima aduersariorum obiectio. Abstinētia a cer-
to genere ciborum, vt carnibus tēpore ieiunij & alijs
aliquot diebus, & a lacticinijs tempore quadragesi-
mali: similiter abstinentia arbitraria atq; vltronea a
potu delicatiore, vt vino: improbatur a beato Paulo
in prima ad Timotheum epistola, damnante pestife- 1. timo. 4.
ram quorundam doctrinam: astruentium esse absti-
nendum a cibis quos deus creauit ad percipiēdum cum gratiarū actio-
ne fidelibus, & ijs qui cognouerūt veritatem. Quia omnis creatura dei Ibidem.
(inquit) bona est: & nihil reijciendum, quod cum gratiarū actione perci
pitur. sanctificatur enim: per dei verbum & orationem. Idem quoq; ad
Titum scribens ait. Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infi Titum. 1.
delibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens & con-

ſcientia. Q̄ꝫ ſi nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: non ſunt reijciendæ carnes quouis etiam anni tempore, quia ſunt creatura dei: & omnis creatura dei bona eſt. Non eſt itidem vnq̄ repudiandus vſus vini: quod etiam eſt creatura dei. Et cum omnia ſint mūda mundis: etiam & carnes & vinum in omne tēpus anni munda ſunt fidelibus, fide & virtute mundatis. Igitur abrogandæ ſunt leges eccleſiaſticæ, quæ determinant abſtinentiam a cibis quibuſdam eſſe certo tēpore obſeruādam: & permittendū eſt cuiqꝫ edulium & poculum, quod ſuæ iudicat valitudini cōgruere. ¶ Reſponſio. Beatus Paulus in dictis 2

Recta verborū Pauli intelligētia.

propoſitionibus contra ſolos agit (qui poſtea venturi erant) hæreticos, prauorumqꝫ dogmatum aſſertores: qui eſum carnium & vini potum abominabilem eſſe aſſeuerarunt, perpetuoqꝫ fugiendum, ꝙ ſuapte natura malę eſſent carnes & vinum malum. Et hoc pacto cum Manichęis creaturas dei infamabant & execrabantur: de quibus ſcriptum eſt, ꝙ vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Quales fuerūt Encratitę, Tatiani, Seueriani: & cæteræ huiuſmodi peſtes hæreticorum. ¶ Hanc autem eſſe beati Pauli in dictis locis intelligentiam: teſtatur beatus Auguſtinus contra Adimantum Manichęum, de diſcipulis illius ſectæ ita loquens. Iſtos (inquit) ſignificauit futuros apoſtolus in temporibus nouiſſimis: prohibētes nubere, & abſtinere a cibis quos deus creauit. Hos enim proprie deſignat, qui non ſe propterea tēperant a cibis talibus: vt aut concupiſcentiam ſuā refrenent, aut infirmitati alterius parcant. Idē quoqꝫ ſanctus pater in libro de fide ad Petrum, capite triceſimo nono: eandem confirmat ſententiā dicens. Firmiſſime tene & nullatenus dubites: omnem creaturam dei bonam eſſe, & nihil reijciēdum quod cum gratiarum actione percipitur. Et dei ſeruos qui carnibus aut vino abſtinent: non tanq̄ immunda quæ a deo facta ſunt, reſpuere. ſed a fortiori cibo & potu pro ſola caſtigatione corporis abſtinere. hæc Auguſtinus. Cui accedit & Hieronymus contra Iouinianum dicens. Reprobat apoſtolus eos qui prohibebant nubere: & iubebant a cibis abſtinere. ſed Martianum deſignat & cæteros hæreticos: qui abſtinentiam inducunt perpetuam, ad deſtruenda & contemnenda & abominanda opera creatoris. Nos autem omnem creaturam laudamus: & maciem ſaginæ, abſtinentiam luxuriæ, ieiuniaqꝫ præferimus ſaturitati. Et a diebus Ioannis Baptiſtæ ieiunatoris & virginis: regnum cælorum vim patitur. hæc ille. Vnde verbum illud apoſtoli ante dictum. omnis creatura dei, bona eſt: Manichæorum impietatem impugnat, non abſtinentiam perfectorum. Idcirco Hieronymus ad Saluinam: recte ait. Scimus ab apoſtolo dictum. Omnis creatura dei bona eſt: & nihil reijciendum quod cū gratiarum actione percipitur. Sed idem loquitur. Bonum eſt non manducare carnē: & nō bibere vinum. ¶ Inſuper beatus Bernardus in ſermone ſexageſimo ſexto ſuper cantica canticorū: prędicta apoſtoli verba, de 3

Gene. 1.

Auguſtinus contra Adimantum.

Hieronymus contra Iouinianū.

Matth. 11.

Hieronymus. 1. timo. 4.

Roma. 14

hæreticis prohibentibus vsum ciborum a deo conditorum tanquam im mundum, intelligenda esse: luculenter insinuat, hoc modo. Superest, vt Bernardus. & de residuo apostolicæ prophetiæ: istos aliquantulum exagitemus. Abstinent nanque hi (vt prędixit ille) a cibis quos deus creauit: ad percipiendum cum gratiarum actione. 1.timo.4. Hinc quoque hæreticos se probantes, non quia abstinent: sed quia hæretice abstinēt. Nam & ego (inquit) interdum abstineo: sed abstinentia mea satisfactio est pro peccatis, non superstitio pro impietate. Num redarguimus Paulum: q castigat corpus suum, & in seruitutem redigit? 1.corin.9 Abstineo a vino: quia in vino luxuria est. Ephe.5 aut si infirmus sum: modico vtor, iuxta consilium Pauli. 1.timo.4 Abstinebo a carnibus: ne dum nimis nutriunt carnem, simul & carnis nutriant vitia. Panem ipsum cum mensura studebo sumere: ne onerato ventre, stare ad orandum tædeat. & ne improperet etiam mihi propheta: Ezechie.16 quia panem meum comederim in saturitate. Sed ne simplici quidem aqua ingurgitare me assuescam: ne distentio sane ventris, vsque ad titillationē pertingat libidinis. hæreticus aliter. Nempe horret lac & quicquid ex eo conficitur: postremo omne quod ex coitu procreatur. Recte & Christiane, si non idcirco quia ex coitu: sed ne ad coitum prouocent. Cæterum quid sibi vult: q ita generaliter omne quod ex coitu generatur, vetatur. Suspitionem generat mihi obseruatio ista ciborum: tam signanter expressa. Veruntamen si de regula medicorum hæc profers nobis: non reprehendimus curam carnis (quā nemo vnquam odio habuit) Ephe.5. si tamen non nimia fuerit. Si de disciplina abstinentium, id est spiritualium medicorum schola: Roma.13 etiam virtutem approbamus, quia carnem domas, frenas libidinem. At si de insania Manichęi præscribis beneficentiæ dei: vt quod ille creauit & donauit ad percipiendum cum gratiarum actione, tu non modo ingratus: sed & censor temerarius immundum decernas, & tanquam a malo abstineas: non plane abstinentiam laudabo, sed execrabor malitiam & blasphemiam. Te magis immundum dixerim: qui immundum quid putas. Omnia munda mundis: ait ille rerum optimus æstimator. Titum.1. Et nihil immundum: nisi ei qui immundum quid putat. Immundis autem & infidelibus, nihil est mundū: sed polluta est eorum & mens & conscientia. Væ qui respuitis cibos quos deus creauit: iudicantes immundos & indignos quos traijciatis in corpora vestra. cum propterea vos corpus CHRISTI quod est ecclesia: tanquam pollutos & immūdos expuerit. Hæc Bernardus ibidem inquit.

4 ¶ Idem quoque attestatur Vigilius summus pontifex in primo decreto, Vigilius. quod ad Eutherum conscripsit cōtra Priscillianistas: Priscillianistæ. esum carnium tanquam immundū execrantes cū Manichæis. In quo sane decreto, hāc improbam illorum vesaniam confutat per prædicta apostoli ad Timotheum & Titum verba: tanquam iuxta Pauli sententiam atque intentionem, contra huiusmodi hæreticorum impietatem prolata: atque ad

Vigilij papæ contra Priscillianos decretum.

illorum confutationem maxime facietia. Vigilij autem verba: sunt hęc. Primum hos, quos Priscillianæ hæresis indicasti vitijs inquinari: sancta & conueniente religioni catholicæ eos detestatione iudicas arguendos. Qui ita se sub abstinentiæ simulatæ prætextu ab escis videntur carnium submouere: vt hoc, execrationis potius animo q̄ deuotionis, probentur efficere. In qua re quia nefandissimis Manichæis esse consimiles approbantur: iuste patrum venerabilium constitutis ab hac superstitione sub anathematis sunt interminatione prohibiti, quando aliquid ciborū: contagione carnium creditur esse pollutum. quia de his omnibus quæ ad humanum victum misericordia dei contulit: nihil catholicis esse videatur immundum. Sic enim Titum, doctor gentium Paulus monet apostolus: dicens. Omnia munda: mundis. coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum: sed polluta sunt eorum mens & conscientia. Deum confitentur se nosse: factis autem negant, abominabiles & increduli: & ad omne opus bonum reprobi. Similiter & alio in loco ad Timotheum: de huiusmodi cauendis erroribus prædicauit dicens. In nouissimis temporibus discedent quidam a fide: attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium & cauteriatam habentium suam conscientiam: prohibentes nubere, & abstinentes a cibis: quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura dei, bona est: & nihil reijciendū, quod cum gratiarū actione percipitur. Hæc igitur sequentes patrum venerabilium constituta, specialiter eos censuerunt esse damnandos: qui cum carnibus abstinerent, ea quoque credebant esse vitanda quæ carnibus fuisse videbantur admixta. Nam & ipse dominus noster IESVS CHRISTVS: ita præmonuit dicens. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quæ procedunt de ore, hæc sunt quæ coinquinant hominem. Quapropter nec abstinentiam deo placitam reprobamus: nec eos qui execrantur domini creaturam, recipimus in nostra societate. Hęc Vigilius: quę primo Tomo conciliorum, decretorumque pontificalium inserta, suo in loco comperiuntur. ¶ In quorum sane verborum postrema sententia, idem primus ecclesiæ præses duas insinuat hæreses: extremum tenentes locum, & inter se ex opposito distantes. Vnam, reprobantium quancunque ciborum abstinētiam: etiam religionis causa susceptam. quales sunt Lutherani: contra quos nunc stamus in acie. Alteram, reprobantium carnium & vini vsum: ex superstitione & impietate. Quales sunt Manichæi, Priscillianistæ: & cæteri ante nominati. Inter has autem duas impietates extremas, ecclesia sancta mediū tenet iter inoffenso pede: quod veritatis est & virtutis. neque damnans abstinentiam ex Christiana pietate profectam: neq; reprobans quorumuis ciborum vsum, tempore & modo debito susceptorum, cum gratiarum actione atq; moderatione.

Marginal notes: Manichæi. — Titum. 1. — 1. timo. 4. — Matth. 15 — Lutherani Manichæis omnino oppositi.

6 ¶Supra dictis omnibus astipulatur & decretum concilij Gangrensis: contra hæreticos improbantes esum carnium. quod recitatur in volumine decretorum, tricesima distinctione. cap. siquis carnem. in hanc formam. Siquis carnem manducantem ex fide cum religione: præter sanguinem, & idolo immolatam, & suffocatam, crediderit condemnādum, tanq̄ spem non habentem qui eam māducat: anathema sit. Eandē quoq; sententiam confirmat canon depromptus ex concilio Martini papæ: & in eodem codicis decretorū loco, cap. siquis presbyter. recitatus: in hunc modum. Siquis etiam non pro abstinentia sed pro execratione escarum, a carne abstinet: placuit sancto concilio vt prægustet. & si sic vult abstinere: abstineat. Si autem spernit, ita vt olera cocta cū carnibus non degustet: iste non obediens, nec suspitiones hæresis a se remouens, deponatur de ordine clericatus. hæc ibi. Quæ omnia, contra Manichæos & reliquos hæreticos damnantes esum carnium: tanquā suapte natura malæ sint carnes, dicta putari debent. & non contra eos, qui delectum ciborum ecclesiastica sanctione ordinatum, seruāt: abstinentq; a carnibus pro castigatione corporis. Horū enim abstinentia: laudabilis est, & deo accepta. Porro in eodem libri decretorum loco, vtpote tricesima distinctione: ponuntur etiam nonnulli canones eiusdem concilij Gangrensis, contra damnantes nuptias & execrantes earum vsum. qui multum conducunt præcedentis libri materiæ: quantum ad eum locum in quo improbātur hæretici nuptiarum damnatores. Ex quibus, exempli gratia: hunc vnum canonem lubet hic afferre. Siquis nuptias in accusationē duxerit, mulieremq; fidelem ac religiosam cum viro suo dormientem: abominandam crediderit, aut etiā accusandam, tanq̄ non posse coniugatos in regnum dei ingredi: anathema sit. Reliqui vero eiusdem materię canones: in prædicto loco perquirantur. Recitantur itidem in eadem distinctione, ex eodem etiam concilio, & aliqui canones, contra ieiunantes die dominico: & alij plæriq;, summopere annotandi.

Cōcilij Gāgrensis decretum: cōtra dānātes vsum carnium.

Cap. 23.

¶Quomodo intelligendæ sunt nonnullæ beati Pauli propositiones: quas aduersarij perperam adducunt ad improbandam abstinentiæ disciplinam. Cap. XXX.

1 MAnifestum vtiq; iam euasit ex sacrorum authorum testimonijs, in præcedenti capite adductis: prædicta beati Pauli ad Timotheum & Titum verba, in postrema obiectione citata, contra hæreticos tantum esse conscripta. qui creaturas dei in abominationē atq; execrationem apud omnes adducere conati: prohibuerunt vsum ciborum, tanquam suapte natura mali forent & immundi, atque contaminationem sumentibus eos, inferentes. Ecclesia autem sancta (vt ad obiectionis postremo propositæ loco dilutionem prosequendam: denique progrediamur) ferens abstinentiæ leges, & a carni-

bus interdum esse temperandum præcipiens, similiter qui certo aliquo tempore aut perpetuo, a vino bibendo se continent: non id faciunt more Manichæorum & cæterorum hæreticorum, cum ipsis in hac materia conspirantium, quia sua ipsorum conditione & natura malæ sint carnes & vinum, aut detestabilis ipsorum moderatus vsus. sed ad castigationem corporis, concupiscentiæque carnalis repressionem: quæ plærunque concitatur in libidinem ex succulentis cibarijs, potuque vini largiore. Igitur sectantes abstinentiam ecclesiasticis sancitam legibus, aut voluntarie aliquam sibi abstinentiæ disciplinam assumentes pio religiosoque animo: non aspernantur carnes aut vinum vt creaturam dei malam, & ex propria conditione abominandam, quemadmodum faciunt hæretici. Sed ab illis suapte natura bonis interdum abstinent, aut etiam perpetuo: quoniam hæc ipsa, carnes scilicet & vinum, sumpta in vsum cibi & potus: prouocant plærunque carnem ad libidinem, suggeruntque fomenta & incendia aculeis carnalibus. Et hæc tam ecclesiæ q̃ fidelium sua sponte abstinentium intentio: recta est & pia, admodum commendabilis & digna laudari.

Magnũ esse discrimen: inter catholicorum abstinentiam, & hereticorum.

¶Veruntamen & aliæ nonnunquam occurrunt causæ honestæ præter refrenationem libidinis: ob quas abstinentiæ districtio a fidelibus recte capessitur, & potest exerceri. vtpote exercitatio virtutis, ad alacriorem mentis in deum erectionem: quam maxime confert abstinentia. similiter satisfactio pro peccatis ante acti temporis, denique exemplum & forma pœnitentiæ: quæ aliorum oculis ad imitationem obijcitur. quemadmodum beatus Ioannes Baptista in deserto, non solum verbo, sed & abstinentissimæ vitæ exemplo: prædicauit pœnitentiam populo Iudaico, ad se confluenti. Et ita de cæteris causis abstinentiæ pijs & rectis: est sentiendum. Quarum duas innuit beatus Gregorius in registro: cum ait. Duobus modis viri sancti a licitis abstinere solent. Aliquando vt merita sibi apud omnipotentem deum augeant: aliquando vt ante actæ vitæ culpas detergant. Hæc ibi. 2

Rationabiles causæ: ad exercendã abstinentiã inducentes.

Matth. 3

Gregorius.

¶Quod si quispiam institerit, secundum illam propositionem Pauli, nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur: nunquam esse reijciendas carnes, modo cum gratiarum actione manducentur. Et quoniam secundum eundem, omnia munda sunt mundis: idcirco contenderit & carnes & vinum semper esse munda sumentibus cum moderatione, neque vnquam illa debere interdici ab ecclesia. Is intelligat, beati Pauli verbum ita accipiendum esse, ꝙ nihil est reijciendum quod cũ gratiarum actione percipitur: tẽpore, & loco, & modo debito, & quemadmodum oportet. Qui autem carnes manducaret tempore ab ecclesia prohibito, & cum earum interdictus est esus: non eas perciperet, quomodo & quando debet, quoniam contra ecclesiæ præscriptum, & tempore non cõgruo illas manducaret. Idcirco ille ipse, inobedientiæ incurreret reatũ: & tetram peccati labem ex hac præuaricatione contraheret. 3

1. timo. 4.

Titum. 1.

Verum est etiam, secundo loco adductum in præsentia, Pauli verbum: omnia munda esse mundis. Sed quomodo mundi sunt: qui inobedientię & rebellionis in suos prępositos scelere polluti sordent & contaminati? Tales autem sunt: qui contra leges ecclesiasticas, omni tempore carnibus vesci volunt: nec vllas abstinentiæ leges, ab antiquis constitutas ecclesiæ primoribus, admittunt. Non sunt igitur illis omnia, quæ in vsum ciborum sumunt: munda. sed cũ infidelibus & immundis (vt Pauli verbis vtar) nihil est eis mundum: pollutaq; est eorũ mens & cõscientia. non quidem ex natura & conditione cibi quem sumunt: sed ex qualitate eum sumendi & peruersa intẽtione.

4 ¶ Duodecima obiectio. Beatus Paulus ad Corinthios scribens ait. Esca nos non commendat deo. 1. corin. 8. Et paulo post ad eosdem. Omne quod in macello venit manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra & plenitudo Psalmo. 23. eius. Siquis vocat vos infidelium ad cœnam & vultis ire: omne quod 1. corin. 10 vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Idem quoq; ad Colossenses scribens ait. Nemo vos iudicet in cibo aut Colossen. 2. in potu, aut in parte diei festi aut neomeniæ, aut sabbatorum: quæ sunt vmbra futurorum. Leges autem abstinentiæ ab ecclesia constitutæ: oppositam his omnibus dictis apostolicis videntur astruere sentẽtiam. vtpote q esca sanctionibus ecclesiasticis definita, nos deo reddat commendabiliores. q item non omnia quæ in macello venalia proponũtur: sint manducanda, cum certis quibusdam diebus interdictæ sint carnes. q deniq; vbi conuiuium alterius accesserimus: non omnia quæ apponuntur sint comednda. Non enim illa: quæ vetita sunt per regulas abstinentiæ determinatas ab ecclesia. Postremum id vnum sequeretur cõtra apostoli doctrinam, q in cibo & potu dijudicandi essemus: quoniã delectum & discretionem faceremus ciborum, vt quondam Iudęi factitarunt in lege Mosaica. Igitur constitutiones ecclesiasticæ de abstinentia ciborũ, tanquã apostolicæ doctrinæ contrariæ: sunt prorsus abolendæ.

5 ¶ Responsio. Ingenue fatendum est: escam ipsam secundum suam substantiam nos non commendare deo. modum tamen eam sumendi, & tẽpus, & intentionem rectam: nos deo cõmendatiores reddere. vt si ipsam cum moderatione sumamus, & secundum regulam ab ecclesia & nostris præpositis (quibus obedientiam debemus) præscriptam: & tempore itidem conguo. Contra vero si immoderate sumamus escam, si contra ecclesiæ statutum carnibus vescamur cum sunt interdictæ, & tempore non oportuno: quis addubitauerit nos exinde fieri deo inuisos & odiosos? Itaq; pisces, quatenus pisces sunt, & nihil aliud attendendo: nos non commendant deo. sed sumpti per obedientiam, quoniam certis quibusdam diebus eorum vsum ecclesia constituit: & tempore itidem determinato, & ob finem rectum, vt reprimatur petulantia carnis per subductionem edulij succulentioris: nos profecto reddũt deo acceptos.

Quomodo esca nos cõmẽdat deo: & quomodo non.

¶ At vero duæ reliquæ ipsius apostoli propositiones, secundo loco in 6
præsenti obiectione propositæ: non de fugienda ciborum discretione loquũtur, qualem ex instituto ecclesiæ faciunt Christiani. sed de cibis aut in macello propositis vt vendãtur, aut in mẽsa infideliũ prolatis vt manducentur, non declinandis ob hunc scrupulum animi occultum: ꝙ idolothyta sint, & in idolorum honorem consecrata. Quãuis enim esculenta illa essent ante immolata idolis: attamen fidelis si ea sumat non in idolorum honorem, sed dei creatoris omnium & cum gratiarum actione: & ex illa manducatione nullus assistentium scandalizetur, iudicãs mãducantem vesci illis cibis in honorem idoli: docet in verbis supra dictis beatus Paulus, intrepide & citra culpam huiusmodi fidelem talibus cibis vti posse. Sin vero fidelis existimet illas escas propositas, idolis esse consecratas: & proinde illas neque a se neque ab alio quouis sumi posse nisi in honorem idoli & cum offensione dei, aut si exinde nascatur scandalum infirmorum: censet idem apostolus, talem cum huiusmodi conscientia aut scandalo fratris non debere tunc escis illis vti. Si esca (inquit) scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Cui accedit & beatus Augustinus: in libro de moribus Manichæorum dicens. Tribus ex causis viri sancti abstinuerunt. Primo propter macerationem carnis: ad edomandas concupiscentias. Secundo propter cautelam scandali infirmorum. Tertio propter euitationem idolothytorum. hæc ibi. Prædictum autem de idolothytis beati Pauli salutare documentum: nihil facit ad infirmandas leges abstinentiæ, quibus ex ecclesiæ præcepto astringuntur Christiani. quoniã illæ circa aliã omnino versantur materiam: & alias, longe diuersas, attendunt circunstantias. ¶ Demum postrema propositio ex eodem apo- 7
stolo in præsenti obiectione ab aduersarijs adducta: edocet cõuersos ad fidem in lege euangelica, non debere esse addictos discretioni ciborum legis Mosaicæ. Quoniam per coruscationem euangelij, huiusmodi discretio in Leuitico descripta: prorsus est sublata. & prohibiti prius cibi tanq̃ illiciti & immundi: facti sunt Christianis & liciti & mundi, vt carnes suillæ & lepores. Nihilo secius per nouas ecclesiæ leges tempore euangelicæ lucis ordinatas, aliqui cibi sunt interdicti ad tempus: non vt immundi de se, sed vt excitantes carnem in rebellionem contra spiritum. Et ab illis cibis abstinendum est pro certo tempore fidelibus: non quidem vigore veteris legis, sed authoritate ecclesiasticæ constitutionis, in noua lege decretæ. quemadmodum proxime sequẽtis obiectionis dilutio: latius explicabit. Ex his itaqꝫ manifestum est, ipsos aduersarios hunc peculiarem habere morem & quotidianam consuetudinem: ꝙ sacras literas perperã adducant ad improborum suorũ dogmatũ confirmationem, easdemqꝫ detorqueant ad sensum suis erroribus accõmodũ: a vera tamen ipsarum & recta intelligentia prorsus alienum.

Quomodo fideles: infideliũ cibis licite vesci potuerint.

1. corin. 8.

Augustinus

Leuiti. 11

¶Delectum ciborum qui per leges ecclesiasticas indicitur: plurimum discrepare a discretione ciborum veteris legis. neq; abstinentiam Christianorum, quoquo modo Iudaismum sapere: vt oblatrant aduersarij. Cap. XXXI.

1 Decima tertia aduersariorum obiectio. Circuncisionẽ, agnum paschalem typicum, ritus oblationum antiquarum, & cæteras veteris legis cærimonias: auersatur Christiana pietas, & merito: nam illa omnia vt figuræ & vmbræ futurorum mysteriorũ, iam antiquata sunt & obsoleta. eorumq; loco successit non inuolucris adoperta: sed nuda omnino, sacramẽtorum nouæ legis veritas. Solum autem ciborum delectum in veteri lege præscriptum, retinet in vsu quotidiano ecclesia: dum carnium vsum certis interdicit temporibus, dũ etiam in quadragesima a lacticinijs abstinendũ esse præcipit. quod certe redolet morem quendam Iudæorum: & ipsum sapit Iudaismum. Et cum beatus Paulus ad Galatas scribẽs, dicat legem Moysi, nostrum in CHRISTO fuisse pedagogum: cumq; per huiusmodi abstinẽtias a carnibus & certis ciborum generibus, obligatoria lege indictas, pœnam transgressoribus definiente: ipsam legem Mosaicam imitemur, in hac ciborum discretione: nonne adhuc sumus sub pedagogo, & non sub magistro libertatis euãgelicæ, domino nostro IESV CHRISTO? Ne igitur videamur in hoc negocio Iudaizare, moresq; Iudæorum iam olim damnatos imitari: sustollendæ sunt prorsus omnes istæ leges per ecclesiam inductæ, de abstinentijs in ciborum delectu consistẽtibus. & cuiq; permittenda facultas, illud sibi in vsum cibi, vendicandi: quod suæ iudicauerit incolumitati accommodum, suiq; corporis habitudini conueniens, sine aliqua certa ciborum determinatione: qua tanq̃ vinculis constringatur. Gala. 3.

2 ¶Respõsio. Delectus ciborum per leges ecclesiasticas apud Christianos institutus, nullo pacto symphoniam habet & similitudinis consortium cum discretione ciborum, in veteri lege præcepta: quinimmo discrepat ab ea magno discriminis lõgoq; interuallo. Nempe discreti o illa legis antiquæ, fiebat in totum vitæ humanę tempus: vt semper fuerint prohibiti & illiciti legis illius alumnis tales cibi. Nunc vero non ita perpetuo fit prohibitio escarum per leges abstinentiæ: sed ad certos aliquos dies. alio vero tempore licitus est illarum vsus: vt carniũ extra quadragesimã, diebus dominicis & aliquot alijs ferijs. ¶Rursum, fiebat in veteri lege huiusmodi prohibitio ad euitandã immunditiam: quam contrahebãt qui cibis illis vetitis vescebantur. immunditiam inquam, non solum animæ per peccatum: sed & corporis, per contactum & vsum huiusmodi ciborum. qui idcirco communes & immundi tunc dicebantur: quia inducebant immunditiam, certa quadam lustratione expiandam. In noua vero lege non eam ob causam cibi interdicuntur: Inter delectũ ciborũ veteris & nouæ legis multũ interesse. Leuiti. 11.

quia immũdi sint secũdum existentem in eis proprietatem, aut secundũ effectum quẽ inducant. sed quoniã subministrant corpori materiam rebellandi in spiritum: & quia ad carnalium voluptatum repressionem, multum facit abstinentia ab illorum vsu. Vt igitur castigetur corpus, reddaturq; rectæ rationi morigerũ, & non petulascat lasciuiens atq; recalcitret in spiritum: subducitur ei alimentũ succulentius & delicatius, reprimitur gula, indulgentiorq; mensa negatur. ¶Vnde scribit beatus 3

Hieronymus.

Hieronymus in vita sancti Hilarionis, q; cum ipse in ætate adhuc puerili vtpote quindecim tantũ annos natus, in eremum secessisset: & suggerente maligno spiritu, cogitationum carnaliũ phantasmatis pulsaretur, incendijsq; voluptatum naturali ætatis feruore obortis nonnunq̃ agitaretur: iratus (inquit) sibi Hilarion, & pectus pugnis verberans, quasi cogitationes cæde manus posset excludere: ego (inquit) aselle faciã, vt non calcitres. nec te hordeo alam: sed paleis. Fame te conficiam & siti, graui onerabo pondere, per æstus indagabo & frigora: vt cibũ potius q̃ lasciuiam cogites. Herbarũ ergo succo & paucis carycis post triduum vel quadriduũ deficientem animã sustentabat: orãs frequenter & psallens, & rastro humũ fodiens, vt ieiuniorũ laborem labor operis duplicaret. Simulq; fiscellas iunco texens: æmulabatur Aegyptiorum monachorum disciplinam, & apostoli sententiam dicentis. Qui autem non operatur: non manducet. Sic attenuatus & intantum exeso corpore: vt ossibus vix hæreret. hæc Hieronymus ibidẽ. Ecce admirabilis ille eremi cultor, corpus suum (quod asellum: per quandã allusionem vocauit) austera maiorem in modũ afflixit abstinentia: vt ipsum a lasciuia (cuius impetebatur tentationibus) coerceret atq; compesceret. Ex quo manifestum sumitur argumentũ: abstinentiã a cibis delicatioribus magnopere conferre ad edomationem carnis. & eã ob causam, ecclesiasticis legibus huiusmodi ciborũ districtionem esse indictã: & quoniam etiã exinde mens ipsa redditur in deũ erectior, liberiorq; & alacrior in cælestia assurgit. Veruntamen id vnum non negauerim, huiusmodi cibos lautiores ab ecclesia ad tempus interdictos, posse dici quodã modo immundos: per solam scilicet occasionem & consequentem quandã efficiẽtiã. quoniã abunde sumpti pertrahunt ad immunditiã carnis: ad petulantiam, & ad spurcitiam libidinis. Sed hic longe alius est immunditiæ modus ab illo, quo veteris legis cibi dicebãtur immundi: q; illi solo vsu inducebãt immunditiã illius temporis, & effectũ talem sumentibus se ingerebant. ¶Est & aliud, discretionis ciborũ in veteri ac noua lege discerniculum: q; illius legis cibi, prohibiti erant authoritate illius instituti, & diuino præcepto tunc dato: quod in nouæ legis promulgatione est abolitum. Delectus vero ciborum huius legis, nequaq̃ habet robur aut pendet ex præscripto legis Mosaicæ aut ritibus eius: sed ex legibus ecclesiasticis, post noui testamenti exordium constitutis, vt syncæ 4

Hilarion: eremita sanctus.

2. thessa. 2.

Quomodo cibi delicatiores: dici possunt immundi.

Leuiti. 11.

rius & integrius seruentur euangelica documenta. ¶Demum quæ tũc
prohibita fuerunt esculenta: nunc citra noxam permittuntur Christia-
nis & tanq̃ licita cõceduntur, vt carnes suillæ & leporinæ. quemadmo-
dum testatur beatus Augustinus in libro contra Faustũ his verbis. Ma Augustinus cõtra Faustum.
chabęos cum ingenti admiratione efferimus: ꝙ escas quibus nunc licite
Christiani vtuntur, attingere noluerunt: quia pro tẽpore prohibito eis
non licebat. E diuerso qui nunc interdicti sunt ad tempus cibi: ipsis an-
tiquæ legis cultoribus concedebantur impune, vt carnes veruecinæ &
5 bubulæ per totum anni spacium. ¶Deniq; in lege Mosaica, tanta di-
strictione erant prohibita ea ciborum genera, quæ in vndecimo Leuiti- Leuiti. 11.
ci capite depromuntur: vt potius illis mors obeunda foret qui ea vitam
agebant tempestate: q̃ paterentur se compelli ad talium ciborum esum.
In cuius rei argumentũ, legimus in libro Machabæorũ nõnullos eua- 2. macha. 6
sisse martyrio claros & mortem oppetisse: ꝙ noluerũt adacti a tyrãnis, 2. macha. 7
vesci cibis in lege vetitis. At vero non tam rigida seueritate: ecclesiasticis
legibus est indicta ciborum in euãgelica lege discretio. Quoniã vbi ne-
cessitas aliqua occurrit vt grauis morbi: cõceditur infirmis carniũ vsus.
Vbi etiam penuria est ingens olei aut piscium, aliorũve ciborum qua-
dragesimalium: indultu pontificio conceditur indigentibus vsus buty-
ri, & interdum lactis aut casei aut ouorum: cũ exposcit idipsum necessi-
tas. Vt lex ipsa ecclesiastica, mira benignitate dinoscatur esse temperata:
qua eius conditores elaborarunt cum discreta humanitate condescẽde-
6 re infirmitati & necessitati humanæ. ¶Quocirca, tota profecto aberrãt
via & prorsus delirant, qui obgarriunt hunc ciborũ delectum Christia
nis indictum: subolere Iudaismum, a quo, prorsus ex diametro distat.
quiq; discretionem hãc ciborum ecclesiasticis legibus sancitã, eiusdem
esse ponũt conditionis & qualitatis: cuius est circũcisio, & cætera id ge-
nus veteris legis scita cærimonialia. connumerantes eam circũcisioni: &
in eodem cum illa gradu & sorte, ipsam ciborum abstinentiã ab ecclesia
inductam reponentes. Discrepat enim hæc a circuncisione & a cæteris
Mosaicis ritibus, iam antiquatis: atq; nouũ testamentum ab antiquo, &
ipsa veritas a sua vmbra. Nec minus hallucinantur: qui dicunt ob hanc
ciborum abstinentiam nos adhuc esse sub pedagogo. cum hæc abstinen
tiæ præcepta non ex veteris legis prodeant aut pendeant instituto (quæ Gala. 3.
apud Paulum, pedagogi nomine designatur) sed ex spiritus sancti ma-
gisterio & schola euangelica. In qua diuersati primores ecclesiæ recto-
res, hæc ædiderunt abstinentiæ statuta: quæ ad integriorem euangelij
obseruationem magnopere conducerent. & ad sui ipsius abnegationẽ,
suæque crucis baiulationem, & deniq; ad odium animæ suæ (quæ om-
nia: præcipit euangelium) efficacius vnumquenque fidelium induce-
rent. Et reuera dinoscuntur ea ipsa ecclesiæ præcepta: ad comparandam
animæ suæ salutem, cuiq; congruentissima esse adminicula.

&. v.

¶Ad legis euangelicæ perfectionem, idipsum attinere: ꝙ in ea sit districtior disciplina in delectu & abstinentia ciborum, q̄ fuerit olim in lege Mosaica. Cap. XXXII.

DEcima quarta obiectio. Apud Christianos in ciborum 1
delectu durior est conditio & arctior obligatio: q̄ fue-
rit apud Hebræos, secundum Mosaicum viuentes ri-
tum. Etenim hi certis gressilium, volatilium, & aqua-
tilium generibus (quorum vsus illis erat interdictus)
abstinentes: reliquis omnibus pro arbitrio vescebantur
absque vlla noxa. & ita per totum anni spacium potuerunt carnibus
vesci: ipsorum esui permissis. Adde ꝙ carnes illæ prohibitę aut piscium
species, non delicatæ erant aut vsui corporis admodum congruæ: sed
insalubres, & (vt multi scriptores sentiunt) grauium morborum mate-
riam subministrantes ijs, qui abunde talia sibi in victū desumpsissent.
Ad quod incommodum declinandum, vtq; sanitati eorum consuleret
deus: prohibuit populo sibi peculiari, illorum ciborum, minus incolu-
mitati humanæ congruentiū, vsum. Nobis vero Christianis sub euan-
gelio viuentibus, in magnam anni partem interdicitur carnium esus: nō
insalubrium tantū & durarum, quales sunt suillæ aut leporinæ, sed om-
nium sine discrimine: quantūuis sint salubres. Et quod multo grauius
est, per totum quadragesimæ tempus, non tantū carnium: sed & ouorū
& casei, lactis & butyri prohibetur vsus, quę tamen in veteri lege nullo
anni tempore leguntur prohibita. Sunt igitur sustollēdæ leges ecclesia-
sticæ, quæ tam durum onus abstinentiæ nostris imponūt humeris: gra
uioreq; populum in libertatem a CHRISTO assertū premunt ponde-
re, q̄ fuerint oppressi Hebræi. ¶Respōsio. Hæc ita cauillātium verba: 2
haud multum discrepant a verbis illis populi Israelitici, suspirātis post
ollas & carnes Aegyptias. cum cibum haberet delicatissimum, cæleste
manna: angelico ministerio sibi præparatum. Verbis inquam huiusmo
Exodi. 16 di. Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti: quā-
do sedebamus super ollas carnium: & comedebamus panem in saturita
Numeri. 11. te. Et rursum. Quis dabit nobis ad vescendum, carnes? Recordamur
piscium: quos comedebamus in Aegypto gratis. In mētem nobis veniūt
cucumeres & pepones: porriq; & cepe & allia. Haud secus qui hæc quę
modo proposita sunt obiectant, tanto videntur desiderio carniū flagra-
re: vt conditionem Hæbraicæ gentis (quantū ad ciborum discretionem)
sentiant meliorem, q̄ sit Christianorū sors: ꝙ illa sit indulgentior & ma-
gis laxet habenas vsui carnium delicatioribusq; cibis, & hanc libenter
cum illa commutarent. non satis attendentes, ꝙ si vni legis Mosaicæ ri-
tui obseruando se submittant: toti in vniuersum illi legi custodiendæ se-
ipsos reddunt pariter obnoxios. Quemadmodum ad Galatas scribens
Gala. 5. apostolus: idipsum hisce verbis subindicat. Testificor rursus omni ho-

mini circuncidenti se:quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. De circūcisione autem, & ciborum delectu Iudæis definito diuina iussione, quantū ad hoc:idem ferendū est iudiciū.
3 ¶Itaq; ipsis, quæ modo dicta sunt obiectantibus satisfaciendū est, legem euangelicam sicut perfectior est Mosaica: ita & sanctiorem esse, syncærioremq; & magis spiritualem, q̄ fuerit antiqua lex. Proinde ipsa talibus magis indiget adminiculis: quibus ad perfectionem spiritus tendant homines & viuant secundū spiritum, & demum ipse spiritus supra carnem erigatur ac subuehatur. Ad hoc autem assequendum: magnopere conducit abstinētia a carnibus, & alijs cibis lautioribus, qua reprimatur lasciuia carnis, red daturq; subiecta spiritui per victus parsimoniam. Nam vt ait Sapiens. Qui delicate a pueritia sua nutrit seruū suum: postea sentiet eum contumacem. Caro autem: serua debet esse spiritui, eidemq; famulari. Nō ab re igitur maior indicta est per leges ecclesiasticas abstinētia fidelibus in nouæ legis decursu: q̄ fuerit in veteris instituti tempore, prescripta. vt huiusmodi adiumento, præsidioq; & auxilio: purior vitæ sanctimonia & spiritualior conuersatio (quam noua lex exigit) commodius acquiratur. Quare non sunt abolendæ huiusmodi leges de abstinētijs decretæ: sed in suo vigore conseruandæ, assiduoq; vsu magis ac magis roborandæ.

Quare in noua lege maior est abstinentiæ disciplina: q̄ in veteri.

Prouer. 29.

4 ¶Vnde & id compertū ex sacris (qui de sanctis conscripti sunt) annalibus habetur: eos qui ad sublime sanctitatis culmen post nouæ legis exordium sunt euecti, insigni quadam & memorabili in victu abstinētia effulsisse. Quod in præsentia de sancto Hilarione comprobare annitemur ex Hieronymo: qui in vita ipsius (quam præclare & diffuse conscripsit) per omnes ferme ætatis illius gradus, ita admirandā illius abstinentiā cōmemorat. A vicesimo primo (inquit) anno vsq; ad vicesimū septimū, tribus annis dimidiū lentis sextariū madefactū aqua frigida comedit: & alijs tribus panem aridū cū sale & aqua. Porro a vicesimo septimo vsq; ad tricesimum: herbis agrestibus & virgultorū quorundam radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo autem primo vsq; ad tricesimū quintum: sex vncias hordeacei panis & coctum modice olus absq; oleo, in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos suos, & totū corpus impetigine & pumicea quadā scabredine contrahi: ad superiorem victū adiecit & oleum. & vsq; ad sexagesimū tertiū vitæ suæ annū, hoc continentię cucurrit gradu: nihil extrinsecus aut pomorū aut leguminis, aut cuiuslibet rei gustans. Inde cū se videret corpore defatigatū & propinquam putaret imminere mortē: a sexagesimo quarto anno vsq; ad octogesimū pane abstinuit, incredibili feruore mentis. vt eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutem domini: quo cæteri solēt remissius viuere. Fiebant autem ei de farina & comminuto olere sorbitiūculæ: cibo & potu vix quinq; vncias appendentibus. Sicq; cōplens ordinem vitę: nūquā ante solis occasum, nec in diebus festis nec in grauissima valitudine,

Mira sancti Hilarionis in victu abstinentia.

Hieronymus de Hilarione.

soluit ieiunium. hæc Hieronymus ibidem. Per quam quidem abstinẽ-
tiam singularem cæteris comitatam virtutibus: sanctus ipse pater Hi-
larion ad tantum perfectionis est subuectus fastigium: vt & viuens mul
tis claruerit miraculis, & admirabilem in dæmonibus eijciendis pote-
statem atq; gratiam a domino fuerit consecutus. quemadmodum Hie-
ronymus late prosequitur: in descriptione vitæ eiusdem. ¶ Sed & ex eo- 5
dem sacro authore lubet hic & alterum proferre testimonium de memo

Hieronymus de sancta Paula.

rabili etiam sanctæ mulieris abstinentia: beatæ scilicet Paulæ. In cuius
vita Hieronymus inter cætera virtutum ipsius præconia: & hæc de illa
commemorat. Scimus plærosq; dedisse eleemosynã, sed de proprio cor-
pore nihil dedisse: porrexisse egentibus manum, sed carnis voluptate su-

Matth. 23.

peratos, dealbasse ea quæ foris erant: & intus plenos fuisse ossibus mor
tuorum. At non Paula talis, quæ tantę continentiæ fuit: vt prope men-
suram excederet, & debilitatem corporis, nimijs ieiunijs & labore con-
traheret. Quæ exceptis diebus festis: vix oleũ in cibo caperet. Vt ex hoc
vno æstimetur: quid de vino & liquamine & piscibus, & melle & ouis
& reliquis quæ gustui suauia sunt iudicarit. In quibus sumendis: qui-
dam se abstinentissimos putant. & si his ventrem ingurgitauerint: tutã
pudicitiam suspicantur. Et paulo post in eodem opere: de eadem refert
sacer Hieronymus. Cumq; alijs languentibus large præberet omnia: &
esum quoq; exhiberet carnium. siquando ipsa ægrotasset, sibi non indul
gebat, & in eo inæqualis videbatur: ꝙ in alijs clementiam, in se duritiã

Admirabilis sanctæ Paulę inuictu abstinẽtia.

commutabat. Nulla iuuenum puellarum sano & vegeto corpore, tantę
se dederat cõtinentiæ: quantæ ipsa fracto & senili debilitatoq; corpuscu-
lo. Fateor in hac re pertinacior fuit: vt sibi non parceret, & nulli cede-
ret admonenti. Referam quod expertus sum. Mense Iulio feruentissi-
mis æstibus: incidit in ardorem febris. & post desperationem cũ dei mi-
sericordia respirasset, & medici persuaderẽt ob refectionem corporis vi-
no opus esse tenui & parco: ne aquam bibens in hydropem verteretur.

Epiphani9.

& ego (inquit de se Hieronymus) clam beatum papam Epiphanium ro
garem: vt eam moneret, immo cõpelleret vinum bibere. illa (vt erat pru-
dens & solertis ingenij) statim sensit insidias: & subridẽs, meũ esse quod
ille diceret, intimauit. Quid plura? Cũ beatus pontifex post multa hor-
tamenta exisset foras: quærenti mihi quid egisset, respondit. Tantum
profeci: vt seni homini pene persuaserit, ne vinum bibam. hæc Hierony-
mus ibidem. ¶ Ad quantam autem vitæ spiritualis perfectionem tam 6
seueræ abstinentiæ præsidio fuerit deniq; prouecta venerabilis illa ma-
trona, & q̃ sublime virtutum omnium culmen conscenderit: percurren-
ti totam eiusdem vitam, a beato patre Hieronymo eleganter & egre-
gie conscriptam, protinus obuium erit & perspectum. Porro hæc duo
in vtroq; sexu adducta sunt hic exempla: vt ex ipsis persuasum habea-
mus, abstinentiam a victu lautiore mirum in modum conferre ad obti-

nendam ſpiritus perfectionem, quam potiſſimum meditatur & exquiſrit lex euangelica. & ergo perrecte in eiuſdem legis inſtituto arctiores eſſe poſitas abſtinentiæ regulas & crebriores: q̃ in veteris ritus decurſu. quod eſt ſumma dilutionis: præſenti obiectioni adhibitę. Porro ſiquis plura expetit exempla de memorabili ſanctorũ anachoritarum abſtinẽtia, & perfectione virtutis per illam obtenta: legat totum primum caput octaui libri hiſtoriæ tripartitæ, in quo latius admirabilem enarrari in victu illorum parſimoniam, liquido comperiet.

¶ Superſtitioſam ciborum diſcretionem, a domino noſtro improbatam, eſſe damnandam: religioſam vero & quam ſancta inſtituit eccleſia, maxime commendandam. Cap. XXXIII.

1 Decima quinta aduerſariorum obiectio. Q̃ execranda ſit & deteſtanda ciborum diſcretio, quam abſtinẽtia legibus eccleſiaſticis inducta determinat: dominus noſter totius perfectionis diſciplinam verbo & exemplo tradens, hac vna propoſitione dilucide patefacit. Quod intrat in os: non coinquinat hominem. Matth. 15. Ex qua protinus ſubinferre licet, ꝙ ſi carnes intrent in os Chriſtiani: nullam illi inferunt contaminationẽ, quouis etiam tempore ſumantur. Si butyrum etiam aut lac, aut caſeus, aut oua, tempore quadrageſimali ſubeant os manducantis cum moderatione & gratiarũ actione, & ſine ſcandalo: non reddunt contaminatum manducantẽ. Quid igitur contra hanc tam apertam CHRISTI conceſſionẽ, qua indulget nobis omnia in cibum, & perhibet nullã inde contrahi inquinationem mẽtis: imponũtur ab eccleſia certæ leges, quibus ab hoc aut illo cibi genere ſit abſtinendum? Nunquid (oro) maioris authoritatis eſt eccleſia & præſides eius, decernentes certũ quẽdam ciborũ delectum: q̃ ipſe CHRISTVS, omnia in vſum cibi nobis benigno indultu concedens? ¶ Confirmat & hãc rationem idipſum: quod apud Lucam ſcribitur, CHRISTVM ſcilicet diſcipulis ſuis præcepiſſe: ꝙ cum intenti prædicationi euangelij in aliquam ſe conferrent domũ gratia neceſſariæ refectionis ſumẽdę: comederent & biberent quæ apud illos domeſticos eſſent, & apponerentur eis. Vbi nullã eis legem impoſuit: de abſtinentia quorũuis ciborũ. Lucæ. 10. Qua igitur authoritate quod CHRISTVS liberum reliquit apoſtolis: eccleſia deinceps certis conſtrinxit habenis? Quo etiã iure, vſum carniũ aliorumq; ſuauium eſculentorũ: illa certis quibuſdam anni diebus, populo

2 Chriſtiano interdixit? ¶ Reſpõſio. In propoſitione aſſumpta, priore huius obiectionis loco: dominus noſter ſcribarum & phariſæorũ taxauit ſuperſtitionem. qui in certa quadam ciborum obſeruatione, ablutionibuſq; manuum, calicũ & paropſidum: munditiam conſtituebant animi. in aliorum vero ciborum manducatione, prætermiſſioneq; lotionis manuum aut vaſorum, menſæ vſui deſeruientium: immunditiã quandam

Quomodo id intelligitur. quod intrat in os: non coinquinat hominem.

contrahi in mente humana autumabant. Quod & glossa in prædicti loci apud Matthæũ explanatione comprobat: dicens. Vno sermone, omnis superstitio obseruationum eliditur: dũ in discernendis cibis religio putatur. Quod de ea quidem discretione intelligendum est: quæ secundum pharisęorum sententiã, in cibis secundum substantiã, constituit im mũditiæ causam. Nã discernere inter cibaria delicata & aspera, preciosa & vilia, abstinentium more: non repugnat, sed maxime consonat religioni Christianæ. Præterea, Prædicta domini nostri sententia (sicut & propositiones omnes, quippiam ad mores attinens, agendum aut declinandum præcipientes) intelligenda est de eo cibi genere: quod intrat in os corporis, modo & tempore debito, atque etiam ad rectum finem relato. & ita de cæteris circunstantijs: quibus operatio bona debet suffulciri. Nempe si aliqua earũ ad exercendum virtutis officiũ necessariarum, defuerit: neutiq̃ recta erit illa cibi manducatio, quantumuis bona sit & munda cibi natura.

Nõ cibum vetitũ, sed inobedientiam mãducantis: contaminare hominem.

¶ Et tunc non ipsa cibi substantia quæ manducantis ore sumitur: coinquinat animã hominis, atq; obnoxiam reddit peccato. sed præuaricatio quæ ex manducatione contrahitur, ob immoderatam cibi sumptionem aut sinistram intẽtionem, aut tempus importunũ aut prohibitionem, aliamve causam: inquinationem inducit homini, & contaminat animam eius. Exẽpli gratia. Siquis feria sexta aut in quadragesima, nulla adactus necessitate vescatur carnibus vt suę indulgeat concupiscentiæ: non carnes ipsæ secundum suam substantiam contaminant manducantem. sed gulæ peccatum, concupiscentia carnis, & inobedientia in ecclesiam dei: eundem coinquinant quantum ad mentem. Quod & beatus Hieronymus aperte insinuat: circa eum Matthæi locũ qui discutitur, dicens. Opponat autem prudens lector & dicat. si quod intrat in os non coinquinat hominem: quare idolothytis nõ vescimur? Sciendum igitur, q; ipsi quidem cibi & omnis dei creatura, per se mũda sit: sed idolorum & dæmonum inuocatio, ea facit immunda. apud eos scilicet, qui cum conscientia idoli, idolothytum manducant: & conscientia eorum cum sit infirma polluitur, vt apostolus dicit. hæc ibi. ¶ Posterior vero propositio, ab aduersarijs in præsenti obiectione assumpta: nequaquam suffragatur eorum impietati. Præcipit enim ibidem dominus, eos qui euangelicæ prædicationi dediti in aliquam domũ sunt recepti: oblato a domesticis cibo & potu debere esse contentos, neq; delicatiora ab ipsis prædicatoribus esse exquirenda cibaria q̃ ipsis offerantur: vt necessitatem naturæ oblatis cibis subleuare tantum studeant ipsi verbi diuini præcones: non autem voluptatem in illis superfluam expetant. Ait enim dominus noster apud Lucam ad discipulos suos: postq̃ admonuit eos peracto prædicationis labore, in domum aliquam incolarum loci illius conferre se debere. In eadem autem domo manete: edẽtes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius: merce-

Hieronymus.

1. timo. 8.

Quomodo intelligitur, omne quod apponitur: esse manducandum.

Lucæ. 10

de ſua. Et in quancunq; ciuitatem intraueritis & ſuſceperint vos: manducate quæ apponuntur vobis. Vbi Theophilus. Quãuis modica exi- Theophil?
ſtant & vilia: nihil amplius inquirentes. Et Ambroſius his verbis dicit Ambroſius
ſignificari: nos cibo potuq; oblato debere eſſe cõtentos. Inſuper quoniã aliquando futurum erat, ꝙ annunciatores euangelij ſuſciperẽtur in domibus infidelium, & menſis eorum communicarent: hoc documento inſtruxit eos CHRISTVS, ꝙ ſine ſcrupulo conſcientiæ aut curioſa inquiſitione, vtrum quippiam eorum ferculorum quæ menſæ apponerentur, immolatum eſſet idolis: ſumerent citra omnẽ hęſitationem quicquid eis ciborum apponeretur. Quod & beatus Paulus deinde latius 1.corin.10.
explicuit in primæ ad Corinthios epiſtolæ capite decimo. Denique leges eccleſiaſticæ de abſtinentia a carnibus & cæteris ciborum lautitijs: necdum erant eo tempore conſtitutæ, cum dominus noſter adhuc in terris cum ſuis diſcipulis diuerſabatur. Quare ad illas leges in delectu ciborum tenendas: necdum erant tunc obligati prædicatores ſancti euangelij. Nunc autem poſt definitas multis retro ſeculis ab ipſa eccleſia abſtinentiæ leges, & diutino approbatas vſu: hic dies aliam in nobis vitam

5 & alios mores poſtulat. ¶Decima ſexta obiectio. Apoſtolus ad Timothæum ſcribens: in priore epiſtola ait. Exerce autem teipſum ad pietatẽ. 1.timo.4.
Nam corporalis exercitatio: ad modicum vtilis eſt. Pietas autem, ad omnia vtilis eſt: promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futurę. Vbi nomine corporalis exercitationis: ſecundum receptam omnibus & vulgatam expoſitionem, intelligitur caſtigatio corporis per ieiunium, aut abſtinentiam a cibis delicatioribus, per vtrunque enim horum: exercetur corpus & emaceratur, vt ſpiritui morigeretur. Quæ cum ſecundum apoſtoli ſententiam, ad modicum ſit vtilis: quid tantopere prædicant leges eccleſiaſticæ abſtinentiam a cibis ſuauioribus, tanquam in ea conſiſtat ſumma perfectionis? Sunt igitur reſcindendæ leges illæ, aut ſaltem moderandæ: vt non tanto ſtudio ſint homines addicti rei parum vtili. potiuſque exhortandi ſunt omnes ad pia meliorum operum exercitia: vt ad orationem, opera miſericordiæ, hoſpitalitatis gratiam, ſubleuationemq; indigentiæ proximorum: hoc in loco, nomine pietatis deſignatã. Hæc enim cum potiora ſint (ſecundum Pauli ſententiam) virtutum opera, q̃ ſit abſtinentia ciborum: ipſis diligentiore cura eſt inuigilandum, &

Quid corporalis exercitatio: apud Paulũ deſignat.

Quid pietas: apud eundem dicitur.

6 delectus ipſe ciborum vt parũ fructuoſus: prætermittendus. ¶Reſponſio. Prædicta beati Pauli propoſitio, ſecundum materiam ſubiectam intelligenda eſt de exercitatione corporali: ab ijs qui imbecillo ſunt corpore atq; valitudinario, aſſumpta. quique ſancto Timotheo (quem alloquitur ibidem apoſtolus) graui dolore ſtomachi affecto & crebris confecto morbis: ſunt, quantum ad corporis habitudinẽ, perſimiles. Enimuero talibus, abſtinentia & caſtigatio corporis: ad modicum, immo pene ad nihil, eſt vtilis. Et ergo ſuadet in ſequente eiuſdem epiſtolæ loco

1.timo.4 Paulus vt optimus animarum medicus Timotheo:ne aquam adhuc
bibat, ſed modico vtatur vino, propter ſtomachum & frequentes eius
Ad quid: vtiliseſt abſtinentia. infirmitates. Eis vero qui integra ſunt valitudine & vegeto corpore:hu-
iuſcemodi exercitatio corporalis plurimum eſt vtilis. tum ad edoma-
tionem carnis,frenationemque libidinis: tum ad ſatiſſactionem de pec-
catis ante actæ vitæ. tum denique ad liberiorem mentis non impeditæ
ſarcina corporis, in deum eleuationem. & poſtremum ad cætera com-
moda ſpiritualia:diffuſius explicata capite decimo octauo libri præſen
1.corin.9. tis. Neque idipſum inficiatur ipſe Paulus : qui conteſtatur ſe caſtigare
corpus ſuum & in ſeruitutem redigere.qui etiam ſolicitus admonet fi-
Gala.5 deles,non eſſe ipſis ambulandum ſecundum carnem : ſed ſpiritu facta
carnis mortificanda. Quod vt quiſque vtiliter exequatur : magnum ad
id præſtat adminiculum abſtinentia,aut ab eccleſia indicta,aut volun-
tarie & vltro aſſumpta: ſine legis cuiuſpiam præceptione. ¶Porro ſicui 7
hæc reſponſio modo aſſignata non plene ſatiſſacit,ſed videtur arbitraria
& ad ſubterfugium excogitata:alteram audiat prædictæ obiectionis di-
Exercitationē corporalem parū vtilem eſſe: quomodo intelligēdū. lutionem,propoſitioniſque apoſtolicæ intelligentiam.hanc videlicet: ꝙ
exercitatio corporalis & abſtinentia a lautiore menſa,vbi ſolitaria fuerit
& non coniuncta operibus pietatis & miſericordiæ in pauperes:ad mo-
dicum vtilis eſt.quoniam non ſolum nobis ipſis,ſed & alijs : pro facul-
tate noſtra eſt benefaciendum. Cum vero huiuſmodi exercitatio corpo-
ris per abſtinentiæ frena,fuerit pietati annexa & ſubleuationi neceſſita-
tis fratrum noſtrorum:haud dubie magnum affert momentum ad com
parandam animæ noſtræ ſalutem. Hunc autem prædictæ propoſitio-
nis ſenſum ſubindicat beatus Ambroſius: ita prædictum apoſtoli locũ
Ambroſius exponens. Pietati autem operam dandam commonet Paulus:quia grã
dem habet profectum. Qui enim miſericordiæ ſtudent, ſenioribus vi-
cem reddentes parentibus:& in præſenti vita auxilia dei non deerunt il-
lis, & in futuro immortalitatem habebunt cum gloria. Exercitium au-
tem corporale: ad modicum vtile dicit. Ieiunare enim & abſtinere a ci-
bis,manente authoritate creatoris : non multum prodeſt, niſi addatur
huic pietas.cuius opera: multorum precibus adiuuatur ad dominum
promerendum. Denique illos qui fratribus largi ſunt & varijs titulis
Matth.25. obſequentes : in vitam æternam proficere, euangelicus ſermo teſtatur.
diſſentientes autem ab hoc opere: in æternum ignem. Corporis autem
exercitium:nihil aliud q̃ carnis frena ſunt. Siquis ergo quia miſericor-
dia, magna res eſt, lubricum tamen carnis patiatur : huiuſmodi quid
fiet? Sine dubio vapulabit : quia illud oportuit fieri, & hoc minime
prætermitti. Si autem ſolum corporis habuit exercitium: perennes pœ-
nas patietur,ſicut in euangelio dominus repromiſit. Omnis enim ſum-
ma diſciplinæ noſtrę:in miſericordia & pietate eſt. hæc Ambroſius. Ex
quibus oſtēditur caſtigatio corporis pietati cōiuncta:eſſe laudatiſſima.

¶Carnium esum in diebus pisculentis, ex circunstantia & ob scandalum: interdum peccatis quibusdam mortalibus esse grauiorem culpam. Cap. XXXIIII.

1 DEcimaseptima aduersariorum obiectio. Siquis indictum lege ecclesiastica ieiunium soluat, vt quatuor temporum, aut alicuius vigiliæ solennis: nullus obloquitur, aut vocat in ius ipsum ieiunij violatorem. Siquis vero carnibus vescatur feria sexta aut sabbato, in quo id per consuetudinem non indulgetur: protinus omnes in illum vociferantur, ꝙ turca sit aut saracenus, vel ethnicus. Statim etiam ille in ius trahitur: & miseris affligatur modis, vsqueadeo leges de abstinentia ciborum latæ: seueriore districtione tenentur, q̄ leges ieiuniorum. Insuper siquis fratrem odio capitali persequitur, aut flagrat in eum inuidia, & alijs illud crimen certis constet argumentis: conticescunt omnes, & nulla illum pœna afficiunt. Siquis item cōtumelias & conuicia euomit in proximum suum, si deierat, si blasphemat nomen domini sanctum, aut percutit violenta manu fratrem: conniuent omnes ad grauia hæc crimina, neque curant illorum authorem digno pro ipsis plecti supplicio. Siquis vero in quadragesima vescatur carnibus aut ouis aut caseo: habetur infideli deterior, & continuo rapitur ad iudicem plectendus. Quod sane nequaquam est rationi consonum: leges scilicet ecclesiasticas de ciborum delectu positas, pluris a nobis fieri: q̄ dei mandata. illarumque violationem, præsentanea & graui puniri pœna: horum vero transgressionem, conniuentibus oculis impune permitti. Non sunt igitur illæ de abstinentijs ciborum leges ab ecclesia latæ: cum tanta austeritate mordicus tenendæ, sed potius ita relaxandæ: vt cuique permittatur arbitrium eas obseruandi aut omittendi, citra culpam. & huiusmodi indulta libertate: quisque fideliū faciat, quod sibi cordi fuerit.

2 ¶Responsio. Non puniuntur plærunque transgressores ieiuniorum ab ecclesia indictorum: ab ijs qui reipublicæ præsunt ecclesiasticæ. quoniam non certo constat ipsis moderatoribus populi: an illi necessitate adacti ob infirmitatem aut debilitatem corporis, soluerint ieiunium, vel vtrum sola concupiscentia carnis: illecti ad hoc fuerint. Et idcirco propriæ eorum conscientiæ relinquunt huiusmodi non ieiunantes, cum ecclesia indixit ieiunium: diuinoque iudicio & foro interiori eosdem dimittunt discutiendos. vt siquid criminis ab illis in ea ieiunij solutione fuerit admissum: confessione sacramentali illud expietur, & clanculum ab ipsis detegatur sacerdoti. At vero nō ita res est ambigua aut anceps: quam ob causam fiat ab homine sano & integris viribus, manducatio carnium in feria sexta vel sabbato, aut in quadragesima. quoniam e vestigio constat idipsum fieri: ex gulæ intemperantia, aut effreni concupiscentia. Etenim siquis subesset necessitatis aut infirmitatis corporalis

Quare trās gressio abstinentiæ potius q̄ ieiunij: punitur ab ecclesia.

articulus: vtriusque medici tantum consilio, sacerdotis scilicet & cuiuspiam medicæ artis periti, declarata ambobus vrgente necessitate qua premitur, aut debilitate corporis: deberet ille tentare esum carnium in diebus pisculentis. Nunc autem quia neutrum illorum consuluit ille vescens carnibus tempore non debito (vt ex hypothesi supponimus) sed sua solius authoritate, immo temeritate & impudentia, ad manducandas carnes se proripuit, licenterque prosilijt: quis illum non iudicauerit grauis esse peccati reū, meritoque afficiēdum acerbo & duro supplicio?

Mala ex circūstātia interdum esse peiora: q̄ mala ex genere.

¶ Præterea, odium in fratrem & inuidia, conuicium & contumelia, vanum iuramentum, percussio fratris, & similia id genus crimina: grauiora quidem sunt ex genere & natura sua, mala, q̄ esus carnium in feria sexta, aut alio quouis tempore quo interdictus est illarum esus. quoniam sunt de numero malorum suapte natura: & ex directo contra dei mandata. Esus tamen carnium, interdum ex circunstantia deterius est malum: q̄ plæraque prædictorum malorum. ꝙ præ se ferat contemptum in leges ecclesiasticas, & graue ingerat scandalum quamplurimis: qui eo exemplo induci facile queant in contemptionem præceptorum ecclesiæ, & conculcationem eorundem. Vnde huiusmodi manducatio carnium non solum est transgressio statuti ecclesiæ, prohibentis eo tempore esum earum: sed etiam consequenter est diuini mādati præuaricatio, præcipientis ecclesiam audiri debere, & præpositis cum ciuilibus tum ecclesiasticis esse morigerandum. Quare grauius punitur talis esus carnium, propter annexam illi circunstantiam contemptus & scandali: magis noxiam reipublicæ Christianæ, officientemque grauius tranquillitati vitæ fidelium & rectæ ædificationi: q̄ plæraque alia crimina prius nominata, ex genere & secundum suam naturam grauiora. Solent enim medici nocētioribus morbis, & periculū maius ingerentibus: quāuis suapte natura lethales non sint, adhibere præsentiora remedia. 3

Matth. 18.
Matth. 23

Ex vno vitio nō correcto: perperam colligi, reliqua non esse corrigēda.

¶ Adde ꝙ si negligentiores ęquo sunt homines ad aliqua mala pro grauitate sua punienda: id sufficiens non est argumentum, quin alia mala pro qualitatis suæ conditione punire possint & debeant. Vt si probra in fratrem iactata, execranda iuramenta & blasphemias in deum non satis seuere puniant ij ad quos ea spectat authoritas: aut ad illa plectenda conniueant, & idcirco aberrent a rectitudine iustitiæ, sintque merito reprehendēdi: quis propterea vitio dederit aut ascripserit crimini, ꝙ seuere castigēt incōcessum carnium esum? An opus est si in vno aut altero vitio seuere corrigendo stertant aut dormitent iudices aut præsides: eos etiam in cæteris omnibus corripiendis oscitare debere? Nunquid vni malo: addendū est ab ipsis & alterū? Certe satius est eos vel in vno vitio animaduertendo seueritatem tenere: q̄ in omnibus reprehendēdam laxitatem atque remissionem. neque ex vno malo commisso: recte ostendūtur & cętera mala esse perpetrāda. cū scriptum sit, Fili peccasti, 4

Eccli. 21

non adijcias iterum:sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.

5 ¶Decima octaua obiectio. Sicut deo magis oportet obedire q̃ hominibus: ita euangelica præcepta ore dei deprompta, altiore collocanda sunt gradu & pluris facienda:q̃ humana statuta.diligentiore itidem studio custodienda diuina mandata:q̃ quæ sunt hominum. Nunc autem videmus:opposito prorsus modo rem agi.Nam quæ in euangelio continentur eloquia dei & sacra documenta: de charitate in deum & proximum habenda,de subleuanda fratris necessitate,de condonandis iniurijs, & similia: nihili penduntur. Et siquis illa neglexerit aut violarit:nemo id indolet,aut debita animaduersione castigat.Leges vero ecclesiasticæ de ciborum delectu & abstinentia a carnibus, cum sint mere humanæ constitutiones: plurimi fiunt ab hominibus,& accuratiore sedulitate custodiuntur. Q̃ꝫ siquis deprehendatur illas violasse: protinus omnium clamore ad pœnam exposcitur, damnaturq; impietatis. Sed nonne hoc est humana diuinis præferre? & extremam præstare diligentiam vt humana decreta ad vnguem teneantur: exiguam vero aut nullam,vt diuina custodiantur illabefacta? Quod qui faciũt:deum profecto hominibus postponunt.Merito igitur tales,reprehensioni illi sunt obnoxij:qua dominus noster scribas & pharisęos notauit,ꝙ decimarent mentam & rutam & anetum:maiora autem dimitterent, iudicium,veritatem & iustitiam.ꝙ etiam culicem excolarent:camelum vero deglutirent.Est igitur damnanda: tam rigida & seuera statutorum de abstinentia,obseruatio. Actuum. 4 Matth.23

6 ¶Responsio.Q̃ꝫ minus q̃ par sit,diuina ponderentur præcepta:eorumque neglectus,remissius æquo puniatur:humanum est vitium, & prolapsio a rectitudine, nullo modo approbanda,sed pro viribus castiganda.Siqui itidem pluris humanas faciant q̃ diuinas sanctiones,illasque arcte custodiri curent, & has remisse atque languide:hi plane iniqui sunt rerum æstimatores, diuinis derogantes legibus,& humanis abutentes.Proinde vituperandi sunt(fateor) tales: ob hoc impensius in humana scita q̃ diuina,studium. vtque cuique suum reddant,& tantum & tale,prout recta expostulat ratio:admonendi sunt,& benigniter inducendi.Sed nunquid propter hanc hominum a recto exorbitationem, leges ecclesiæ de abstinentia carnium & aliorum id genus eduliorum, sunt sustollendæ penitus: ne amplius pluris habeantur q̃ diuinæ? Nonne potius in suo sunt vigore conseruandæ:& eo quo decet habendæ loco?inferiore scilicet gradu q̃ euangelij proloquia, deique præcepta decalogo contenta. Nihilo secius ita tenendæ sunt sanctiones illæ ab ecclesia decretæ:vt citra iacturam propriæ salutis existimentur non posse violari. Et certe probanda est illa rigida censura:qua transgressores earum seuere puniuntur.ne impunitas ipsa inducat earum paruipensionem:audaciamque suggerat alijs,licenter easdem violandi.& demum ex earum frequenti præuaricatione: conculce- Propter neglectũ legis dei:non esse tollẽdas abstinẽtiæ leges.

tur authoritas ecclesiæ. ℂNeque recipiendum quoquo pacto est illud, 7
quod inter cætera in præsenti cauillo assumunt aduersarij : huiusmodi
scilicet leges ecclesiæ de ieiunijs & abstinentia ciborum, esse constitutiones mere humanas. Nempe ordinationes illæ, mere humanæ dici debent: quæ pure & solum, humano spiritu sunt adinuentæ, sine speciali diuinæ opis concursu. quæ itidem rectæ rationi & bonis moribus, immo & dei præceptis sunt contrariæ. quæ denique ad bonum non promouent: sed ad malum aliquem tendunt finem. Quales erant traditiones pharisæorum: vafro ingenio ab eis excogitatæ ad aucupium pecuniæ, & in diuinorum mandatorum præiudicium. Et idcirco dominus noster in euangelio, eas acriter insectatur : vocans ipsas mandata & doctrinas atque traditiones hominum, voceque prophetica easdem multo ante tempore damnatas esse contestatur. De talibus etiam traditionibus: dictum est a domino per Esaiam. Væ qui condunt leges iniquas: & scribentes, iniustitiam scripserunt.

Quæ sunt constitutiones: mere humanæ.

Matth. 15

Esaiæ. 29

Esaiæ. 10.

ℂLeges autem ecclesiasticæ, de ie- 8
iunijs & ciborum delectu sancitæ: non humano solum spiritu sed & diuino sunt proditæ, & a spiritu sancto, orthodoxis patribus atque ecclesiæ sanctæ, cælitus inspiratæ. Non etiam constitutiones illæ aduersantur sacris literis aut bonis moribus, aut dei præceptis: sed maxime cum illis conspirant atque consentiunt. quinimmo ad euangelicam legem expeditius seruandam : maximum afferunt fidelibus adiumentum & adminiculum. Denique non vergunt huiusmodi sanctiones ecclesiasticæ ad finem aliquem prauum aut iniquum: sed omnino ad bonum ordinantur finem, & in euangelicis apostolicisque scriptis maxime commendatum: scilicet ad mortificationem carnis, castigationemque corporis & repressionem libidinis. per quam spiritus hominis (vt debet) habeat primatum, & dominatum in regno animæ. Alieni igitur sunt a veritate, & procul aberrant a via recta : qui vt authoritatem adimant & iustum pondus hisce legibus ecclesiasticis, immo extenuent eas & parui faciendas innuant: eas falso vocant mere humanas cõstitutiones. Quippe hac nomenclatura, ea quæ a deo prodierunt & dei sunt opera: solis hominibus ascribunt. & nomen, rebus ipsis inferius assignantes: res ipsas indigne deprimunt. quod sane non leue est iniustitiæ genus: immo grauis in deum contumelia. Siquidem ea quæ solius sunt hominis, & deo minime conueniunt, siquis diuinæ attribuat maiestati: procul dubio detestabilem illi infert iniuriam, ne dicam blasphemiam. vt qui peccati, deceptionis, aut erroris. authorem: diceret deum. Haud aliter qui a diuinæ bonitatis fonte profluentia munera, quorum præcipua effectrix causa est superna illa dei largitas: soli ascribit homini, perhibens illa duntaxat humana ope aut ingenio esse adinuenta: nonne & is etiam deo est iniurius? vt qui diuinum opus, humanum dicat: cælũq; terræ misceat improbus.

Leges ecclesiasticas: non esse cõstitutiones mere humanas.

¶Quamuis nonnulla fructuum aut herbarum genera dicantur prouocare libidinem: non tamen irrationabiliter, prohibitis carnibus, leguminum & olerum permissus est vsus. Cap. XXXV.

1 DEcima nona aduersariorum obiectio. Nonnulla sunt
reptilium genera, quæ carnium vocabulo nequaquam
comprehendũtur: plus alimoniæ & succi subministrã-
tia corpori, q̃ carnes ouinæ aut vitulinę. vt limaces, te-
studines & cochleæ: quæ tamẽ nequaquam ecclesiasti-
ca lege prohibẽtur. In oleribus itidem & arborum fœ-
tibus inueniuntur aliqua fructuum genera: quæ magis irritant libidi-
nem, q̃ carnes bubulæ aut veruecinæ. vt erucæ, palmulæ, fici, vuæ pas-
sę, tubera, cardui: & similia. quibus siquis ventrem disiẽderit: erit ad ve-
nerem propensior, & incentiua carnis persentiet. Horum tamen esus:
etiam tempore quadragesimali nobis permittitur. Cur non igitur eadẽ
ratione, etiam carnium in quadragesima conceditur vsus omnibus: qui
illum expetunt? Aut enim hæ quoque, ad esum quotidianum erãt om-
ni tempore quibusuis admittendæ: aut ea omnia quæ modo dicta sunt
reptilium & frugum genera, æqua ratione erant fidelibus interdicen-
2 da. ¶Responsio. Leges de rebus agendis aut fugiendis decretæ, de ijs
plurimum dantur: quę communiter ac sæpius accidunt, & quæ in com-
muni hominum vsu versari solent. non autem de ijs: quæ rarenter, infre-
quenterq; contingunt. Atqui carnes hominibus ad esum, crebro & ma-
xime communi vsu accommodantur: vt pene nulli sint qui natura eas
refugiãt. Cochleæ vero, testudines & colubri, non ita passim esui ada-
ptantur: frequenti & multis visitato more. quin potius inuenias com-
plures, qui eam abhorrent alimoniam & abominantur: & rari occur-
runt, qui eo velint vti nutrimento. Quãuis igitur succulentus sit huius-
modi cochlearum cibus, vt ferũt, & vitijs alimẽta ministrans vti carnes:
non tamen ecclesiastica lege, eadem debuit ratione prohiberi, qua car-
3 nes. ¶De oleribus autem & terræ fructibus in obiectione nominatis, Quare cochleę & erucæ nõ prohibẽtur sumi in esum: sicut carnes
dicendum: quantitatem potius eorum præiudicare castitati, q̃ qualita-
tem, natiuamque conditionem. Nam si in tanta sumantur copia vt ven
trem distendant: haud mirum videri debet, si irritamenta præbeant ve-
neri & noxios suscitent ignes, non ob naturalem eis insitam proprieta-
tem: sed propter exuberantiam eorum, & abundantiam ingesti alimen-
ti. Sed tunc non illa quæ sumpta sunt alimenta, in vitio sunt aut causa
mali: quin potius is, qui ea immoderatius sumpsit. vt qui copiosa ligna
ingessit foco: author est maioris ignis. Porro & legumina si auidius su-
mantur: teste Hieronymo, titillant genitalia. & panis solus magna in Hieronymus.
copia sumptus: immo & aqua sola, ingurgitatione & largo haustu epo-
ta, excitat incentiua libidinum. Non tamen idcirco cẽsuerit quis vsum

leguminum, aut panis aut aquæ solius, esse prohibendum: sed immo-
deratum eorum vsum. Ita nec olera prædicta nec fructus terrestres an-
te nominati: prohibendi erant ecclesiastica sanctione. sed sola intempe-
rantia & nimia quantitas: in illis inhibenda. quæ & in omnibus cibo-
rum & potuum generibus vetita intelligitur: per hoc salutare, & com-
Therētius. mune multis negocijs documentum. Ne quid nimis. Carnes vero &
oua, suapte natura & genuina conditione venerem prouocant: idcirco
ecclesiastico pręscripto recte sunt nobis ad tēpus interdicta. ¶ Qz siquis
aut experientia edoctus, aut a medico naturæ herbarum perito admo-
nitus, cognouerit aliquod genus oleris aut frugis, castitati præiudi-
cium inferre, concitareque libidinem: vt exempli gratia, erucam esse sa-
lacem. si suæ saluti consultum velit, debet ab illius vsu abstinere, quam-
uis ecclesiastico decreto non sit prohibitus. quoniam de ijs quæ raro ad
esum accōmodantur, vt eruca: non erat ferēda lex quædā prohibitoria.
Eusebius Cæsariēsis. Siquidē leges ipsæ in republica cū ciuili tū ecclesiastica, de ijs tantū re-
bus ferendæ sunt: quæ frequenter & vt plurimū accidunt, vsuq; veniūt.
Alcibiades. ¶ Vicesima & vltima obiectio. In quinto libro ecclesiasticæ historiæ, ca 4
pite tertio, circa illius cap. finē: refert Eusebius Cæsariensis. ꝙ inter vin-
ctos pro confessione fidei Christianæ sub Antonio vero: erat Alcibia-
Attalus. des quidam, qui vitam austeram & rigidæ abstinentiæ agebat, nihil ci-
bi volens accipere: sed tantum sale & pane cum aqua, vtebatur pro vi-
ctu. Cumque hunc vitæ rigorem vellet etiam in carcere positus tenere:
sancto martyri Attalo diuina facta est reuelatio, ꝙ non recte faceret Al-
cibiades, tanta se abstinentia affligens. Nam & creaturis dei videbatur
vti non velle: & alijs scandali occasionem inferre. Quod cum Atta-
lus, vti mādatum acceperat a domino, retulisset Alcibiadi: cœpit is de-
inceps omnia cum gratiarum actione percipere. Quia (inquit Euse-
Spiridon: episcopus Cypri. bius) quæ illi scilicet Attalo, reuelabat spiritus vt doceret: & huic vtpo-
te Alcibiadi, vt sequeretur atque perficeret: idem spiritus persuadebat.
¶ De Spiridone itidem episcopo Cypri, eximiæ sanctitatis viro: refert
historia tripartita, libri primi capite decimo, haud dissimile factum
his verbis. Instante (inquit) iam quadragesima, quidam ex itinere ve-
nit ad Spiridonem: quibus diebus consueuerat cum suis continuare
ieiunia, & die certo comedere, medios dies sine cibo consistens. Videns
itaque peregrinum valde defectum: perge (inquit suæ filiæ) laua pe-
regrini pedes, & cibos appone. Cumq; virgo dixisset nihil ciborum do-
mi esse quod possit apponi, propter ieiunium: orans primum, veniam-
que petens, filiæ iussit: vt porcinas carnes quas domi salitas habebat,
coqueret. Quibus coctis, sedens cum peregrino positis carnibus co-
Titum.1. medebat: & rogabat vt vna cum eo ederet peregrinus. Quo refutante,
Christianumque se profitente: propterea magis (inquit) refutare non
debes oblatum cibum, sed manducare. Omnia enim munda, mundis:

sicut sermo diuinus edocuit. hæc ibi. ¶ Ex priore quidem historia comprtum euadit (inquiunt aduersarij) spiritum sanctum damnare austeritatem abstinẽtiæ in victu: vt qui illam facta reuelatione, in posterum fieri ab Alcibiade prohibuerit. Ex posteriore vero constat (aiunt) tam celebris viri exemplo, non esse refugiendum in quadragesima esum carnium: quem egregia virtute insignis pontifex Cyprius, tam verbo q̃ facto docuit admittendum. Ex eadem quoq; (inpuiunt) liquet historia, non esse tanta districtione tenendum ieiunium, ex ecclesiæ instituto aut consuetudine inductum: quin aduentu amici (qui confectus inedia indiget cibo) possit illud sine scrupulo & hæsitatione animi solui: ad gra-
5 tiam hospitalitatis fratri peregrino impendendam. ¶ Responsio. Nullas hæc duo ex historijs deprompta exempla ferunt suppetias ijs: qui leges ecclesiasticas de abstinentia ciborum latas, improbant. Quippe in priore exemplo, non simpliciter & absolute damnatur abstinentia: vt obtendunt aduersarij, sed immoderata tantum & austerior æquo. ꝙ Alcibiades ille etiam vinculis pro fidei confessione constrictus, & duro detentus carcere: voluerit eundem abstinentiæ rigorem tenere, quem ante actis tenuerat temporibus: cum liber domi vitam ageret. Captiuitatis autem conditio & vinculorum asperitas, non patiebatur in eo similem vtrobique victus formam: sed exigebat in carcere pastum largiorem, mensamq; copiosiorem. Huic accedit, ꝙ Alcibiades suo facto alijs concaptiuis offendiculum ingerebat & scandalum: hanc fortasse infirmis opinionem ex suo opere inducens, ꝙ alimenta communia vinum & carnes: vt mala de se & immunda vitari deberent. Hæc autem vel sola causa, vtpote vitatio scandali in proximo: sufficiens est ratio, quare abstinentiæ voluntariæ, & sine præcepto ecclesiæ, assumptæ rigor: debeat interdum relaxari. Nihil itaque ex hoc Alcibiadis exemplo aliud colligere queas: nisi ꝙ in abstinentiæ vltroneę (qualis fuit ea quæ descripta est) disciplina, rationabile debeat esse obsequium nostrum, secundum beati Pauli monitũ: & sine cuiusquã offensione. Nemini (inquit) dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrum. Porro fugiendum esse summopere rigorem ieiunij vel abstinentiæ immoderatum: admonet etiam Hieronymus, his verbis, quæ in volumine decretorum adducuntur a Gratiano, de consecratione, distinctione quinta. cap. non mediocriter. in hanc formam. Non mediocriter errant: qui bono magno præferunt mediocre bonum. Nonne rationabiliter homo dignitatem amittit: qui vel ieiunium charitati, aut vigilias præfert sensus integritati? vt propter inediam immoderatam, atq; indiscretam psalmorum vel officiorum decantationem: aut amentiæ aut tristitię notam incurrat? Et paulo post, in eodem loco. Audiant itaque, qui ea quæ necessaria sunt corpori subtrahunt: illud quod per prophetam dominus loquitur. Ego dominus: odio habens rapinam holocaustorum.

Quare Alcibiadis abstinentia: a deo fuit improbata.

Roma. 12.

2. corin. 6

Hieronymus.

Esaie. 61.

De rapina vero holocaustum offert: qui temporaliũ bonorum siue ciborum nimia egestate, vel manducandi vel somni penuria, corpus suum
Roma.13 immoderate affligit. Videat itaque: quid apostolus dicat. Carnis curam ne feceritis in concupiscentijs. Sic ille. ¶ In posteriore vero historia, non 6
id memoriæ proditum est aut conscriptum eo in loco: ꝙ Spiridon vir sanctus, in quadragesima iam inchoata carnes comederit aut ieiunium soluerit: sed instante (inquit litera) & imminente atque appropinquante quadragesima. Quod enim instat atque propinquum est: nõdum adest. Necdum igitur tunc aduentarat quadragesima: sed iam in foribus erat & appropinquabat. Quibusdam autem, eo tempore (de quo loquitur adducta historia) abstinentibus deuotione quadam particulari, non autem ex præcepto ecclesiæ, a carnibus: Spiridon vir dei suo facto ostendit non esse tunc vetitum carnium vsum, sed licitum. potissimum occurrente legitima causa, vtpote hospitalitatis officio fratri exhibendo, & necessitate vrgẽte: ꝙ tum nihil aliud haberetur escarum in promptu, quod fratri fame confecto posset apponi. Quemadmodum & ieiunium illud quod illis diebus consueuerat obseruare idem sanctus pater: non erat ieiunium ecclesiastica sanctione institutum, sed voluntarie ab eodem & ex sola deuotione arbitraria assumptum. Quod tamen oratione ad deũ fusa, vt ignosceret discedenti a proposito opere bono: ipse non dubitauit soluere, & id quidem sine aliqua culpa, vt hospitalitatis gratiam fratri exhiberet. ¶ Ex hoc igitur Spiridonis exemplo, nihil aliud conficere 7
possunt aduersarij: nisi quod cum quispiam abstinentiam vltroneam aut etiam ieiunium arbitrarium & sine præcepto ecclesiastico voluerit obseruare, & superuenit eidem præter opinionem quippiam, ob quod non potest commode talem abstinentiam aut ieiunium tunc integre custodire: potest sine animi scrupulo supersedere pro eo tempore ab ea abstinentia & ieiunio, & vtrunque in aliud tempus magis oportunum differre. Quod sane & ipsi libenter admittimus: & ita faciundum esse sentimus. ¶ Porro ex harum viginti obiectionum dissolutionibus iam absolutis: satis arbitror omnibus constare, quomodo respondendum sit suasiunculis Erasmi Roterodami: in opusculo suo, de interdicto esu carnium prætitulato, positis. quibus illic annititur dissuadere ieiunia ecclesiastica & delectum ciborum: authoritate ecclesiæ indictum. Nempe in ipsis obiectionibus adductæ sunt (quantum ad sententiam: non autem verborum contextum) omnes ferme rationes suasoriæ: quibus suum nititur conficere propositum in ea epistola apologetica. Subiunctæ vero singulis obiectionibus nostræ responsiones, declarant apertius: quomodo rationibus illis Erasmicis, ad abrogãda ieiuniorũ & abstinẽtiæ præcepta ecclesiastica concinnatis, est pro veritate occurendum.
¶ Cæterum nunc est complicatis velis in portum subducenda nauis: 8
post emensum longo tractu procellosum æquor, finisque suscepto im-

Ex spiridonis facto: nõ infirmari leges ecclesiasticas.

Erasm⁹, de interdicto esu carniũ: improbat⁹.

ponendus operi. In quo pro viribus suadere sumus annixi (vtinam omnibus persuadeamus) Christianam pietatem: in triplici potissimum re subiecta, integre inuiolateque tenendam esse. vtpote in missæ secundum ecclesiasticum vsum celebratione, in illabefacta quoque sacrorum ecclesiæ ministrorum continentia: & denique in ieiuniorum & abstinentiæ iuxta ecclesiæ præceptum, disciplina. His sane tanquam tribus vallis suffultum extruere elaborauimus hoc propugnaculum: quo ecclesia sancta (contra quam, iuxta summæ veritatis vocem, nec portæ inferi præualebunt: quanto minus, homines improbi) aduersus insultus hostiles huius temporis sit munitior, & tandem adiutore deo victrix euadat. Cui sit laus, honor & gloria, atque gratiarum actio: in sempiterna secula. Amen.

Epilogus triũ librorũ huius operis.

Matth. 16.

TERTII LIBRI ET POSTREMI, PROPVGNACVLVM ECCLESIAE CONSVMMANTIS (QVI IEIVNIVM ET ABSTINENTIAM ECCLESIASTICIS LEGIBVS INDICTA, DEFENDIT) FINIS.

¶In tertio libro: hæc pertractantur.

¶INDICIS CAPITVM, TRIVM LIBRORVM HVIVS OPERIS: FINIS.

¶INDEX ALPHABETICVS EORVM QVAE IN HOC opere pertractantur: duplici numero digeſtus. Prior quidem, folium totius libri, in quo propoſita continetur quælibet ſententia: annotat & indicat. Poſterior vero numerus, in parte inferiori marginis ſignati folij perquirendus: eum deſignat aut primæ paginæ aut ſecundæ monſtrati folij locum, in quo materia quæ expetitur, particulatim declaratur & ediſſeritur.

A

D

O

P

¶INDICIS ALPHABETICI, IN TRES HVIVS OPERIS LIBROS: FINIS.

¶ABSOLVTVM EST HOC PROPVGNACVLVM Ecclesiæ contra Lutheranos, in tres libros diductum: atque in lucem prolatum, apud celeberrimam Parisiorum Academiam: in officina Simonis Colinæi, ad insigne solis aurei, e regione collegij Beluacensis, sita: vbi & venale proponitur. Anno ab incarnatione domini (qui veræ pietatis, sanctimoniæ & abstinentię est approbator) vicesimosexto, supra millesimum & quingentesimum: die vero decimaoctaua Maij.

¶REGISTRVM.

¶Omnes huius voluminis codices (qui sunt viginti sex) quaterni sunt: præter vltimum, qui est quinternus.

CLICHTOVEUS

PROPUGNAC

LUM ECCLE


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm